# IOANNIS DLUGOSSII

# ANNALES SEU CRONICAE INCLITI REGNI POLONIAE

LIBER QUINTUS

LIBER SEXTUS

VARSAVIAE 1973

PAŃSTWOWE WYDAWNICTWO NAUKOWE

Consilium editorum
S. BUDKOWA, I. GARBACIK, A. KAMIŃSKI, S. MIKUCKI,
I. MITKOWSKI, M. PLEZIA,
C. PIERADZKA, V. SEMKOWICZ-ZAREMBA

Textum recensuit

DANUTA TURKOWSKA

Adiutrice

MARIA KOWALCZYK

Moderatore

MARIANO PLEZIA

Commentarium confecit

CHRISTINA PIERADZKA

Libri tegumentum ornandum curavit

ANDREAS RUDZIŃSKI

Volumen editum adiuvante
Academia Scientiarum Polona

Biblioteka Narodowa
Warszawa
30001007413894

BIBLIOTEKA NARODOWA BN

III 694.435

Copyright by Państwowe Wydawnictwo Naukowe
Warszawa 1973

1973 E 10292/105

# PRAEFATIO

Tertio hoc volumine libri V et VI Annalium Dlugossii continentur, ex quibus historiam Poloniae in ducatus divisae inde ab a. 1140 usque ad a. 1240 exeuntem, i.e. usque ad primum Tartarorum incursum cognoscimus. Quod ad exterarum gentium res gestas pertinet, Dlugossius de Bohemis non tam multa quam in priore sui operis parte tradidit, vix etiam Hungarorum historiam attigit, fusius vero narravit de Russia, quae similiter atque Polonia in partes divisa fuit et cui cum Polonorum principibus frequentia fuerunt commercia, praecipue etiam de ducatu Haliciensi, de Russorum, Hungarorum Polonorumque contentionibus, quae demum Tartarorum in Russia interventu sopitae sunt. Inde ab a. 1240 Dlugossius historiam Russiae iam a Tartaris subactae scribere desinit. Altera ex parte nova quaedam in hoc volumine exponere incipit, res nimirum Cruciferorum in ora maris Baltici et primas in Prussiam expeditiones atque, quod res Poloniae domesticas attinet, Petri Vlostidis fata cum excursu de monasteriis ecclesiisque ab eximio illo viro conditis.

Cum horum librorum chartas, lector benevole, perlegeris, facile cognosces eam quoque operis partem, de qua agimus, commentationis prima manu adumbratae speciem habere, cum et nonnulla repetantur amplificenturque et diversa atque prorsus sibi contraria de una eademque re ad diversos annos tradantur.

Commentariis, quae ad multas monasteriorum fundationes pertinent, conficiendis Carolus Mieszkowski praecipuam dedit operam. In rebus a Russis et Polovczonibus gestis, quae aliquando difficillimae explicatu fuerunt, explanandis auxilio nobis venerunt: in libro V Agnes Winiarska, in libro autem VI — Danuta Czerska.

Praefationem et commentaria in linguam Latinam vertit Agnes Korusowa.

Restat, ut gratiae debitae reddantur Ministerio Instructionis et Scholarum Superiorum, Miecislao Klimaszewski Universitatis Cracoviensis rectori iisque viris doctissimis, qui Collegium Cracoviense Academiae Scientiarum Polonae moderantur, Mariano Mięsowicz atque Georgio Litwiniszyn, qui omnes nulli labori pepercerunt, ut hanc operis nostri partem in lucem edendam promoverent.

Consilium Editorum

# ABBREVIATIONES

a. — annus
*add.* — addidit, addunt
*adn.* — adnotatio
*adscr.* — adscriptum
*Annales* t. I, t. II — Ioannis Dlugossii, *Annales seu Cronicae incliti Regni Poloniae* (l. I–II), Varsaviae 1964, t. II (l. III–IV), Varsaviae 1970
Annales cap. Crac. — Annales capituli Cracoviensis, MPH t. II
archiep. — archiepiscopus
*atram.* — atramentum
*aut.* — Ioannis Dlugossii codex Autographus dictus in Bibl. Czartorysciana Cracoviae, sign. 1306
b. — beatus
Balzer, *Genealogia* — O. Balzer, *Genealogia Piastów*, Kraków 1895
bibl. — bibliotheca
c. — caput
Can. Visegr. — Kanovník Wyšehradský *(Kosmova letopisu českého pokračovatelé)*, FRB t. II, v Praze 1874
Chr. Bud. — *Chronica Hungarorum impressa Budae 1473*, ed. G. Ranschburg, Budapest-Wien 1900
chr. Hung. — chronicae Hungaricae
Chr. MP — *Chronica Poloniae Maioris* rec. et annot. B. Kürbis, MPH N.S. t. VIII, Varsaviae 1970
Chr. Ol — *Chronica Olivensis auctore Stanislao, abbate Olivensi*, MPH, t. VI, Kraków 1893
Chr. Petri — *Cronica Petri comitis Poloniae*, ed. M. Plezia MPH nova ser. t. III, Kraków 1951
Chr. PP — *Chronica principum Poloniae*, MPH t. III, Lwów 1878
Chr. Pol. — *Chronica Polonorum*, MPH, t. III, Lwów 1878
Chr. Vind. — *Chronicon pictum Vindobonense*, ed. A. F. Gombos, Catalogus Fontium Historiae Hungaricae t. I, Budapestini 1937
cod. Calv. — codex Calvimontanus s. XV in Bibl. Nationali Varsaviae (nr acc. 6906)
cod. Lucae — codex Lucae Premisliensis s. XV in Bibl. Jagellonica Cracoviae (sign. 34)
cod. Regius — codex Regius s. XV exeuntis in Bibl. Nationali Varsaviae (sign. 3005)
cod. Rozr. — codex Rozrażevianus s. XVI in Bibl. Jagellonica Cracoviae (sign. 33)
Cod. Sil. (M) — Codex diplomaticus nec non epistolaris Silesiae, ed. C. Maleczyński, t. I annos 971–1204 comprehendens, Wrocław 1956
col. — columna
*corr.* — correctum, correxit
Crac. — Cracoviensis
*del.* — deletum
distr. — districtus
Dl. — Dlugossius
Dypl. Mog. — Monografia opactwa Cystersów we wsi Mogile, Kraków 1864 cz. II, Zbiór dyplomatów klasztoru mogilskiego, ed. E. Janota
eccl. — ecclesia
*Ed. Crac.* — *I. Dlugossii seu Longini canonici Crac. Historiae Polonicae* l. XII, ed. A. Przezdziecki, Cracoviae 1873–1878
*Ed. Dobr.* — *Historia Polonica J. Długossii seu Longini canonici Cracoviensis in tres tomos digesta*, autoritate et sumptibus Herburti Dobromilski edita, Dobromili 1615
*Ed. Lips.* — *J. Dlugossii seu Longini canonici quondam Cracoviensis Historiae Polonicae l. XII*... ex bibliotheca et cum praefatione Henrici L. B. ab Huyssen, Francofurti 1711
ep. — episcopus

FRB — Fontes Rerum Bohemicarum
Gnesn. — Gnesnensis
*hist.* — historicus
*Hist. eccles.* — *Historia ecclesiastica Ptolomaei (Tholomaei) Lucensis*, ed. L. A. Muratori, Rerum Italicarum Scriptores t. XI, Mediolani 1727
*Jahrbücher* — Jahrbücher des deutschen Reiches
Kod. KK — Codex diplomaticus ecclesiae Cathedralis Cracoviensis ad S. Venceslaum, ed. F. Piekosiński, vol. I, Cracoviae 1874
KDM — Codex diplomaticus Poloniae Minoris, ed. F. Piekosiński, t. I, II, Cracoviae 1876, 1886
KDMaz. (K) — Codex diplomaticus et commemorationum Mazoviae generalis, ed. J. Kochanowski, t. I, Varsoviae 1919
KDW — Codex diplomaticus Maioris Poloniae, documenta ... annum 1400 attingentia ed. cura Societatis Litterariae Posnaniensis, ed. I. Zakrzewski, t. I. (987–1287), Posnaniae 1877
Kod. Pol. — Codex diplomaticus Poloniae ab antiquissimis inde temporibus usque ad a. 1506, t. I edd. L. Rzyszczewski, A. Muczkowski, Warszawa 1847
Kod. Tyn. — Codex diplomaticus monasterii Tynecensis, edd. W. Kętrzyński, St. Smolka, Leopoli 1875
KH — Kwartalnik Historyczny
*lac.* — lacuna
*Lat. hip.* — *Ipatiewskaja letopis*, PSRL t. II izd. I St. Pietierburg 1908
*Lat. ławrent.-suzd.* — *Suzdalskaja lietopis po ławrientiewskomu spisku*, PSRL izd. I 2, Leningrad 1927
LB — *Joannis Długosz, Liber Beneficiorum dioecesis Cracoviensis, Opera omnia* cura A. Przezdziecki, ed. t. VII–IX, Cracoviae 1863–1864
Lites — Lites ac res gestae inter Polonos Ordinemque Cruciferorum, t. I, ed. I. Zakrzewski, Posnaniae 1890
*m.* — manu
Madyda — Wł. Madyda, *Wzory klasyczne w Historii Polski Długosza*, Eos XLIX 1957/58, s. 177–201
Magister Vincentius — *Magistri Vincentii Chronica Polonorum*, MPH t. II, Lwów 1872
*marg.* — margo
Martinus Op. — Martini Oppaviensis *Chronicon pontificum et imperatorum*, ed. — L. Weiland, MGH SS t. XXII, Hannoverae 1872
MGH SS — Monumenta Germaniae Historica, Scriptores
MPH — Monumenta Poloniae Historica
MPH N. S. — Monumenta Poloniae Historica — Nova Series
Nowacki, *Archidiecezja* — Ks. J. Nowacki, *Dzieje archidiecezji poznańskiej*, t. II, Poznań 1964
*off.* — offusum
*om.* — omittit
*Opera*, t. I — *Joannis Dlugossii Senioris Canonici Cracoviensis Opera omnia* cura A. Przezdziecki ed., vol. I, Cracoviae 1887
*Otto Fris. Chron.* — Ottonis episcopi Frisingensis *Chronica* ..., ed. altera, rec. A. Hofmeister, *Scriptores rer. Germanicarum in usum scholarum*, Hannoverae et Lipsiae 1912
p. — pagina
palat. — palatinus
PH — Przegląd Historyczny
Pomm. UB — Pommerellisches Urkundenbuch, ed. M. Perlbach, Danzig 1882
Posn. — Posnaniensis
praef. — praefatio
Preuss. UB. — Preussisches Urkundenbuch (Politische Abt.), Bd I 1, edd. Philippi — Wölky, Königsberg 1882
princ. — princeps, principes
PSB — Polski Słownik Biograficzny
PSRL — Połnoje Sobranije Russkich Lietopisiej
Pulkawa — *Cronica Przibiconis de Tradenina dicti Pulkaua*, FRB t. V, v Praze 1893
*ras.* — rasura
rec. — recensuit
*Repertorium* — Z. Kozłowska-Budkowa, *Repertorium polskich dokumentów doby piastowskiej*, z. I do końca wieku XII, wyd. PAU, Kraków 1937
R. Hist. — Rozprawy Akademii Umiejętności, Wydział Historyczno-Filozoficzny
s. — sanctus
s. et saec. — saeculum
Schnayder — J. Schnayder, *Salustiuszowe echa w Historii Polski Długosza*, Eos XLVI 1952/53 s. 141–160
Semkowicz, *Rozbiór* — A. Semkowicz, *Krytyczny rozbiór Dziejów polskich Jana Długosza (do roku 1384)*, Kraków 1887
SRH — *Scriptores rerum Hungaricarum* vol. I–II, ed. E. Szentpétery, Budapestini 1937, 1938

SRPr — *Scriptores rerum Prussicarum*, t. I, hrsgg. v. Th. Hirsch, M. Toeppen, E. Strehlke, Leipzig 1861

SSS — Słownik Starożytności Słowiańskich

Stud. Źródł. — Studia Źródłoznawcze

*superscr.* — superscriptum

Turkowska — D. Turkowska, *Ślady lektury Justyna w Historii Polski Długosza*, Pamiętnik Literacki LII, 1961, s. 161–179

Turoczi — Ioannis de Thwrócz, *Chronica Hungarorum* SRH, ed. J. G. Schwandtneri, p. 1, Vindobonae 1766

ut s. — ut supra

*vac.* — spatium vacuum

Vlad. — Vladislaviensis

Vrat. — Vratislaviensis

ZVGS — Zeitschrift f. die Geschichte u. Alterthum Schlesiens

Zarembina — W. Semkowicz-Zarembina, *Powstanie i dzieje Autografu Annalium Jana Długosza*, Kraków 1952



Incipit liber sextus.

Annus domini millesimo centesimo septuagesimo quarto

Incipit liber septimus.

Annus domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo

Finit liber septimus. Incipit octavus.


Explicit liber tercius · incipit liber quartus

Liber quartus incipit

Annus domini millesimus octuagesimus secundus

Filholth

Liber Quintus.

Annus domini millesimus centesimus quadragesimus

BIBLIOTEKA NARODOWA BN

# INSCRIPTIONES NONNULLIS ANNALIUM LIBRIS IN AUT. PRAEPOSITAE

*Quae inscriptiones opere confecto a Dlugossio locis vacuis vel in ipso textu, vel etiam in paginae parte inferiore additae sunt. Bibliothecae princ. Czart. cod. mss 1306, p. 234, 235, 350, 405, 518, 689.*

# LIBER QUINTUS aut.|350**

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS HPII§1

### *Wladislaus consensu omnium baronum Poloniae in monarchia patri Boleslao succedit et regnum quadrifariam inter fratres partitur*

Lugubris et immaturus Boleslai Polonorum ducis[1] e vita excessus (qui cum bello, ferro et armis hostilibus consumi non poterat, dolore et merore nimio tabefactus et consumptus est) diu Polonos, ne ad substituendum alterum ducem et[a] ad providendum de rei publice forma, ordine et statu procederent, tenuit. Mortui enim principis desiderio adeo habebantur constricti, ut cuiuslibet alterius, illo sibi, sub quo tam mirifici, pavendi et gloriosi evaserant, sublato principatum fastidirent. Accedebat altera non dispar pernicies, Regni Polonie in quatuor[b] secutura divisio[2], quam velut quandam pestem, civilem collisionis procellam quandoque excitaturam [c]⟨et in civile⟩[c] malum recisuram haud casso augurio perhorrebant, ex Regni Polonici divisione se quoque ad interitum necessitate quadam pertrahendos ominati, cum omne divisionem capiens interitum quoque capere necesse sit. Postquam deinde rerum publicarum vacillacio principibus diversa sencientibus | diversaque HPII§2 iubentibus oriri cepit et principes quatuor filii Boleslai iuxta paternam ordinacionem ad ducatus et terras eis designatas se admitti flagitarent, fit apud Cracouiam omnium terrarum generalis conventus, ubi post varios tractatus et deliberaciones Wladislaus primogenitus et natu maior Boleslao patri in monarchia omnium prelatorum et baronum Polonie consensu succedit[3], frequentique et fratrum principum et prelatorum atque baronum assensu et ordinacione decernitur, ut circa Wladislaum primevitas et superioritas remaneat, ipse quoque ceteris fratribus, videlicet Bo-

---

[a] *eadem m. superscr.* [b] partes *add. cod. Regius, cod. Rozr., edd.* [c–c] *Dl. m. in marg. adscr.*

leslao[4], Mye⟨cz⟩szl⟨ao⟩[d][5] ⟨et⟩[e] Henrico parentibus imperitet; bella conformiter et ex equo gerant, assumendi quoque ea circa Wladislaum auctoritas consistat, ceteris non inferendi sed repellendi potestas permissa. Hiis taliter ordinatis tribus principibus in suas sortes: Boleslao Crispo in Mazoviam, Mye⟨cz⟩szl⟨ao⟩[f] Sene in Poznaniam, Henrico primo[6] in Sandomiriam secedentibus, Wladislaus dux et monarcha in Cracouia relictus est et illuc[g] stando alios suos principatus et dominia remque publicam disponebat. Aput illum quoque Kazimirus[7] infans et quintus dux relictus est, sibique illius cura tam a ceteris fratribus ducibus quam universis Polonie satrapis et consiliariis mandata. In hunc modum corpus Polonie in plures partes scissum, discordantibus processu temporis ducibus, Polonia arma contra se ipsam sumpsit ferrumque, quod in hostes versura erat, in propia viscera convertit et furencium instar iras concepit, gladios corripuit, corpus suum ac membra civili bello mutilatura[8]. Tunc quoque Regni Polonici decus et fortitudo, que in parcium consistebant integritate, precipitata sunt regno quadrifarie scisso et in monstruosam divisionem partito.

### *Fundatio monasterii Andrzeoviensis per nobiles familiae Griffonum*

Cum illis[h][9] temporibus Cisterciensis ordo floridus et celebris haberetur, nobiles de domo Griffonum, videlicet Iohannes alias Ianyk[10], vir venerabilis, primum quidem Wrathislauiensis episcopus, deinde Gneznensis archiepiscopus cum germano suo Clemente[11] eius devocione attracti in predio suo Brzesznicza[12] vocato in Cracoviensi diocesi monasterium Czisterciensium erigunt et opidum Andrzeowiense et septem villas, videlicet ⟨Brzesznicza⟩[i], Rakoszyno[13], Potok[14], Lyszakowo[15], Lanczno[16], Rachowo[17], Tharschawa[18], Chorzowa[19] pro fratrum sustentacione in dotem illi perpetuo largiuntur. Ex Morimundo[20] monasterio in Burgundia sito fratres accersiti primum locum illum ceperunt, unde et a plerisque monasterium Andrzeoviense eo, quod a Morimundensibus generacionem habuit, Morimundus vocatum est. Plantacionem novellam prefati Andrzeowiensis monasterii beatus Bernhardus[21] (qui in anno vicesimo secundo constitutus cum triginta sociis monachatum de nobili prosapia comitum de Castilione genitus assumpserat, qui propter perfeccionem vite

[d] cz *litterae Dl. m. superscr.*, ao *Dl. m. corr.* [e] *Dl. m. superscr.* [f] *cf. adn.*[d] [g] *malim* illic [h] Fundacio monasterii Andrzeoviensis *Dl. m. in marg.* [i] *Dl. m. in marg.*

regularis, quam in suo ostenderat ingressu, monasterium Clare Vallis regebat) visurus Poloniam cum fratrum agmine processerat, fratres, qui in Andrzeowiensi | monasterio degebant, visitaturus et eos in observancia et rigore, verbo et exemplo *aut.|351** confirmaturus[22]. Cum autem in huiuscemodi itinere constitutus Spiram venisset, humanissimum propositum eius et monasterio, ad quod ordinandum pergebat, et Polonis profuturum, adversa et gravis valitudo dampnavit; ea enim correptus et eius invalescenciam veritus in Claram Vallem ad monasterium suum rediit. [j]⟨Fundatores autem et dotatores prefati Andrzeyoviensis cenobii Iohannes Gneznensis archiepiscopus et Clemens miles ad nichil aliud prefatum monasterium voluerunt esse obnoxium, nisi ut in signum facte a se dotis opidani Andrzeovienses sibi sueque proximiori stirpi mactatorum pecorum et pecudum corda, et de singulis allecum vasis in opido prefato vendendis aliquot alleca representarent[23]. Quod quidem tam leve tributum cognacio fundatorum per abbatem Andrzeoviensem [...][k] redimi et aboleri consensit⟩[j].

### *Sobieslaus Bohemiae dux, cupiens minus iuste contra foedus occupare terras Slesiae, moritur*

S]OBIESLAUS Bohemie dux[24] pactum et fedus, quod cum Boleslao Polonorum duce iusiurandi obstriccione pepigerat, prevaricatus, audiens Boleslaum ducem Polonorum obiisse et Polonie Regnum quadrifariam scissum esse, Regnum Polonie et Slesziánam oram cum exercitu hostili invadit, depopulatur et vastat[25]. Sed neque vastacione hostili contentus, cum Wladislaus Polonie dux, cui ea ora obvenerat, iniurie oportunus videretur, in animum inducit, ut oram Sleziticam sibi faciat aut proprietariam aut feudalem, propter quod in vico Kosczan[26] vocato undique paludibus et lacubus septo et naturali situ plurimum munito opidum et municionem constituere et illi suum presidium imponere satagens, plures dies in opere moliendo consumit. Verum ulcio Divina, que in quoslibet federum } transgressores ferire *HPII54* solita est, illico illum percussit, nam febribus correptus cepto abscedere compulsus et a suis ambicionem suam et fedus prevaricatum carpentibus Pragam reductus, invalescente febre sedecimo Kalendas Marcii mortuus[27] et in Wischegradensi ec-

[j–j] *Dl. m. in vac.* [k] *lac. pluribus litteris scribendis apta*

BIBLIOTEKA NARODOWA BN

clesia sepultus, tres filios, Sobÿeslaum[28], Odalricum[29] et Venceslaum[30] relinquens. Successit tamen ei, filiis non obstantibus, Wladislaus filius Wladislai filii Wratislai[31] in Bohemie ducatu.

[k]⟨Decima die Februarii Iaropolkus Wlodimirovicz dux Kyoviensis moritur et in ecclesia sancti Andree sepelitur[32]. Et licet Wyeczislawus[33] frater suus sedem Kyoviensem accepisset, Wszevoldo tamen Olhovicz[34] in Kyow cum milicia sua veniente, ne dimicare secum cogeretur, per medium metropoliti pacificatur, et de Kyow excedit et vadit in Turow. Wszevoldus autem Kyoviensem in pace sortitus est principatum⟩[k].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS

### *Wladislaus multis uxoris suae precibus et persuasionibus ad expellendum fratres suos de Regno Poloniae inducitur*

Regni Polonie quadrifaria, quam demonstravimus, scissura haud multo tempore equis animis poterat perferri, sed pene in ipso sui inicio intestinorum bellorum excivit stridores. Wladislaus siquidem Polonorum dux primogenitus et natu maior, etsi inter fratres pociorem et magis insignem porcionem, Cracowiensem videlicet ducatum, accepisset[1] et tam patris, dum viveret, quam prelatorum, baronum et procerum Polonie designacione, fratrum insuper consensu superioritas et monarchia regni circa eum consisteret, omnes tamen eos principatus et dominia, qui in fratrum sortem cesserant, detractos et ereptos sibi ratus, multifariis angoribus anxietatibusque spiritum gestabat turbulentum et afflictum, frequentesque coram amicis huius sue ignominie et spolii repetebat querelas. Animum autem Wladislai ducis suapte huiuscemodi ambicionis et livoris peste flagrantem et infectum, superbum et immitem consortis sue ducisse Cristine ⟨sororis⟩[a] imperatoris Henrici[2] sermones contumeliis et improperiis referti ad hauriendam ampliorem in facinus bilem

---

[k-k] *Dl. m. in vac.* [a] *Dl. m. in ras.,* filie *m. XVI s. superscr.*

inflammabant. | „Non in hanc — inquit — tam truncatam et tenuem, que tibi relicta est, porcionem, sed in tocius Regni Polonie spem ⟨unius⟩[b] filia cesaris et [c]⟨et alterius soror⟩[c] sponsa etate viridis tibi tradebar poten|ciori et diciori, nisi hec spes genitorem cesarem fefelisset, desponsanda. En ad quam vilem et miseram condicionem te marito redacta sum, satis prospicio, in ampliorem, nisi interea aliquid provideris, cum prole ex te suscepta redigenda. Ex eo siquidem regno, in quo te morituri patris voluntas et maior sanguis splendidumque, quod ex me nactus es, coniugium, heredem et monarcham efficiunt, in quartam tantummodo partem es detrusus laceratoque tuo principatu et in tres alios fratres, quos magis tibi servire et tuo parere imperio quam ex equo principari conveniebat, translato, nonnisi semiprinceps mereris vocitari, tribus filiis in spem tocius Regni Polonie genitis[3] exiguam sortem et obscuriores fasces atque titulos relicturus. Eligibilius michi fuisset fatis absumi quam in tam ignobile connubium generis mei splendorem fuscaturum prolapsam esse. Expergiscere itaque, et tam fedam condicionem tibi et proli tue perpetuum decus inusturam dissolve[4] omnesque principatus a fratribus occupatos repete, et tam tue quam mee presenti et future ignominie, si virum te censes non feminam, dum licet, consule. Ad quod si te communis nostra non movet condicio, saltem moveat prolis communis respectus, sortem miseram, nisi prospexeris, subiture“[5]. Hiis et pluribus aliis muliebribus colloquiis sedulo egra mens W[l]adislai ducis stimulabatur, et tam animo quam vultu hiis vocibus illum et frangi et torqueri apparebat. [d]⟨Hiis quoque et aliis pluribus suggestionibus incendebat virum, donec ipsum affectu germanitatis enecato in bellum contra fratres perliceret et suis suasionibus ad scelestas demencie tenebras precipitaret, ut animo obtemperans suo germanis excidium inferret, idque, quod detestabilius est, qui curandos illos paterno testamento non exheredandos susceperat⟩[d].

*aut.*|352* HPII|5

### *Radosthoni episcopo Cracoviensi succedit Robertus episcopus Wratislaviensis, et huic Magnus*

C]RACOWIENSIUM antistes Radost decima nona Ianuarii cum annis viginti quinque Cracowiensem ecclesiam rexisset, cum demortuus esset et in ecclesia Cracowiensi sepultus[6], Robertus seu Rupertus, secundum alios Ropecius, episcopus

[b], [c–c] *Dl. m. superscr.* [d–d] *Dl. m. in vac.*

Wratislaviensis[7] in sedem Cracoviensem ab Innocencio papa ⟨secundo⟩[e] translatus, per ordinacionem ducis Wladislai, qui et Cracoviensem et Wrati|slaviensem *HPI I 6* regebat principatus, successit. Ad ecclesiam vero Wratislaviensem per huiusmodi translacionem vacantem Magnus[8] in episcopum est promotus [f]⟨per Innocencium secundum[9] promotus[g], Gneznensis custos, Wratislaviensis et Cracoviensis canonicus, ducalis cancellarius, genere Polonus nobilis de domo Zaramba⟩[f].

S]ECUNDO Idus Februarii Bela cecus Hungarie rex cum annis novem, mensibus undecim regnasset, moritur[10] et in Alba Regali sepelitur, et quatuor filios[11] Geÿszam, Ladislaum, Stephanum et Almum reliquit. Cui maior natu Geÿsza in regno successit, biennio post mortem patris in dominica Invocavit coronatus. Consors autem Bele ceci regis Helena filia imperatoris Constantinopolitani septuaginta Hungarie barones, qui cecacionem Bele procuraverant, capite dampnavit et bona eorum ecclesiis distribuit [h]⟨eciam post mortem mariti in cecacionis sue auctores et in omne genus eorum seviens [i]aut exilio aut bonorum confiscacione mulctavit[i]⟩[h][12]. |

*aut. | 353v*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS

### *Wladislaus contra vota consiliariorum Ruthenorum auxiliis a fratribus subiectionem et tributum petit*

Ad[1] occupandum germanorum suorum, Boleslai, Mÿe⟨cz⟩sz⟨la⟩u⟨i⟩[a] et Henrici, sortes et principatus Wladislaus Polonorum dux animum dietim intendens et gravidans, dum iam muliebribus suggestionibus inescatus ad execucionem propositi sui procedere decrevisset, frequenti numero prelatorum et baronum in Cracowiam advocato, an cogitata per eum prosequenda sint, cum illis deliberat. Adhibita est ad id consilium, quo in votum ducale consiliariorum sentencie facilius irent, ducissa Cristina pluraque ad colorandum ambicionis fervorem callido ingenio proposita, inter que id unum precipuum erat: expedire rei publice Polonorum unum esse principem, unum rectorem, unum monarcham divisionemque principatuum inter

---

[e] *Dl. m. in. ras.* [f–f] *Dl. m. in. vac.* [g] *vox superflua* [h–h] *Dl. m. in vac.* [i–i] *alio atram.* [a] cz *litterae Dl.m. superscr.*, la *litterae Dl. m. in ras.*, i *Dl. m. corr., seq. ras. 1 litterae.*

fratres celebratam pro subsistencia tocius corporis rescindendam et fratres non provinciis, non principatibus, sed aliquibus opidis et villagiis donandos eosque non pares, sed subiectos et obsequentes Wladislao velut monarche a patre et universo Polonorum concilio designato fieri oportere. Secus re acta et corpore Regni Polonie in plures sortes scisso et Poloniam perditum eversumque iri, et in predam vicinis regionibus oportune virtute debilitata concludebat[b] exponi. Ad hec et Sbignei fratris naturalis Boleslai ducis Polonorum defuncti opera, | quibus et in fratris et *HP II 7*
in tocius rei publice crebro grassabatur perniciem, memorabantur[2] nec eo vivo et superstite Poloniam a mutua cede et collisione vicinorumque hostium oppugnacione, nisi salubri consilio deperisset, quieturam unquam fuisse. Hiis et pluribus aliis recitatis mestum et pene obstinatum silencium consiliarios aliquanto tenuit apparebatque iam tunc illos in sentenciam ducis Wladislai et sue consortis ducisse Cristine minime transituros. Requisitis deinde consiliariorum sentenciis primores omnes fere propositum ducale detestabantur impiumque astruebant et crudele et ab humanitate alienum fratres de suis sedibus atque sortibus exturbari iuraque gencium et instituta tam Divinarum quam humanarum legum pessundari et confundi, nichil sancti, nichil pensi, nichil iusti inter homines hoc exemplo relinqui; nec eam rem impune cessuram, sed Divinitatem ledende contra ius fasque parti propiciaturam; causam Sbignei naturalis fratris nullo pacto huic conformandam, cum ille ex pellice susceptus, hii iusta matre familias, sua quidem matertera et imperatoria sorore, sint producti, nullo facinori eorum, quibus Sbigneus detestandus erat, obnoxii. Orabant deinde Wladislaum ducem, quatenus a tam exiciali crimine sibi et suis nocituro animum averteret et germanitatis memoriam subire in pectus pateretur, horrendos eventus stirpisque sue domus et principatus eversionem, clades insuper quam plurimas et non subditorum solum suorum, sed et forensium execraciones et ceteras res suo nomine indignas, si destinata effectui mandare ire pergeret, subiturus pluresque alios ipsis cladibus involuturus. In hanc sentenciam cum pene omnes consiliarii pedibus iisent, dux etiam Wladislaus illam secuturus sperabatur, natura tamen potencior et uxoris amor et paucorum consiliariorum respectus, ⟨qui⟩[c] assentando magis quam consulendo in rem ibant, modestum eius propositum et labefactavit et pervicit. Itaque uxoris tam consiliis quam precibus et improperiis expugnatus in facinus dudum cogitatum consenciens, primum quidem

---

[b] *in voce extrema* tur *compendio scr. del.* [c] *Dl. m. in ras.*

ne tirannides sua ab omnibus notaretur, subvencionem et tributum ab omnibus principatibus, qui in fratrum suorum sortem cesserant, iubet sibi velut monarche Polonorum persolvi. Mox deinde iubet sibi et nulli alteri per singulas regiones pareri, |
*aut.|354** rebelles et contumaces aut verbere aut carcere aut bonorum adempcione percelli. Et quoniam Polonorum proceres nobilesque ad id facinus tute perpetrandum rebatur sibi parum fidos, ex Ruthenis, cum et ipse matre Ruthena genitus sit, quosdam auxiliares accersit[3] eorumque ministerio occupacionem bonorum fraternorum pe-
*HPII|8* ragit [d]⟨eo quoque processit⟩ iniurie, ut ex omnibus possessionibus fratres deturbaret⟩[d]. [e]⟨Nam cum esset invidus et ambiciosus, uxorem quoque sortitus fastu arrogancie tumidam et procacem, in rebus eciam ad se trahendis rapacem, ipsum quidem per vicium invidie Regnum Polonie decrevit fratribus suis comunicandum non debere; ex ambicione vero decrevit fratres ipsos de terra exterminare. Uxor vero sua fastu tumens superbie, consorcia et mores aspernata Polonorum, officiales eciam suos, pincernas et dapiferos ad mensam suam vetabat accedere dicens sibi tedium ex eorum aspectu generari, eo quod hanhelitu feterent et amictu inculti eius displicerent oculis, unde et leviros suos dedignabatur fastidiebatque. Per avariciam vero pretextu paliate honorificencie sibi non immerito exhibende populo terre mandabat, ut in magnis festivitatibus pullos gallinarum, porcos, aucas, mel, triticum[f], avenam, quilibet pro sua possibilitate et facultate honorifice ad mensam ducis liberaliter presentaret. Quibus aliquot vicibus presentatis decrevit, ut hec imposterum ad fiscum annuatim persolvantur et per hanc astuciam populi libertatem[g] in debiti necessitatem et servitutem obnoxiam convertit⟩[e].

I]DEM PENE furor aput Bohemos qui et aput Polonos ea tempestate, sive id celestium vis sive ambicionis fomes[h] causabat, erat[4]. Bohemi siquidem principatum Wladislai ducis sui, propterea quod vegecioris sensus erat et quosdam eorum officiis summoverat, quibusdam vero frena licencie adegerat, non ferentes, Cunradum marchionem Moravie, filium Levtoldi[5] filii Cunradi fratris Wratislai primi regis Bohemie ad occupandum principatum Bohemie vafro et doloso ingenio subornant. Cunradus itaque marchio Morawie predictus ferentibus sibi solacia et ipsum personis et gentibus suis adiuvantibus Otthone Olomunczensi duce[6], Wratislao filio Odalrici[7] fratris dicti Cunradi, Wladislao filio Sobÿeslai[8] filii Wratislai primi Bohemie regis, Spitigneo[9] et Leupoldo[10] filiis Borziwoÿ filii Wratislai primi regis, qui et ipsi a suis

---

d–d *Dl. m. in vac.* e–e *Dl. m. in marg. inferiore p. 353* f *codd. XVI s., edd.,* tritricum *aut.* g *malim* liberalitatem h *cod. Rozr., edd.,* fames *aut.*

sedibus et ducatibus pulsi ad novandas res, quibus illis suus status reddi posset, animum intenderant, cum valido exercitu Bohemiam ingreditur et illam cedibus, igne et spoliis plurimum, velut terram hostilem vexat et contorquet. Eam vastacionem dux Bohemiae Wladislaus non ferens in monte Wiszoka septimo Kalendas Maii cum nonnullis militibus, qui partes suas sequebantur, occurrens confligit[11], et cede magna et plus quam civili[12] utrinque edita Wladislaus succumbit et in Pragam refugit. Sed nec illis subsistere tutum ratus ad Cunradum imperatorem, cuius sororem Gertrudim[13] nomine in consortem habuerat, auxilia petiturus decurrit. Cunradus interim } marchio Morawie victorem exercitum ad Pragam admovens, *HPII}9*
Pragam Theobaldo[14] fratre germano ducis Wladislai ad tuendam civitatem Pragensem relicto nequicquam resistente expugnat et conquirit, ecclesiamque kathedralem et monasterium sancti Georgii pluraque alia loca Deo dicata et profana incendit aut subvertit magnaque cede et crudelitate in ecclesiasticos et seculares usus ducatum Bohemicum sortitur, a quo post paucos dies Cunrado imperatore generi suo Wladislao personale ferente auxilium deiectus est[15].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS TERCIUS

### *Fratres Wladislai ducissam Cristinam pro gratia obtinenda accedunt et nullam impetrant*

Gliscente[1] in dies Wladislai Polonorum ducis in fratres suos Boleslaum, Mye⟨cz⟩sz⟨l⟩au⟨m⟩[a] et Henricum duces seva tirannide, dum iam pluribus castris, civitatibus, opidis, municionibus et possessionibus a prefato Wladislao duce, quem sue pupillaris condicionis protectorem speraverant, exuti forent, quid | agant, quo se ver- *aut.|355**
tant, cuius opem implorent, resistantne fratri duci Wladislao, an suos principatus occupari sinant, prorsus ignorant. In publicum quidem venire cum fratre certamen et etas infirmior et fratris Wladislai potencia suis viribus longe superior eos consulentesque pro illis prohibebat, veritos etiam, ne in victos gravius quicquam dux Wladislaus irritatus consuleret gerique rem armis et ferro inter fratres nemini

[a] cz *litterae Dl. m. superscr.,* l, m *litterae Dl. m. corr.*

eorum, qui pro pupillis stabant, satis placebat. In misericordia itaque et precibus omnem spem reponendam censebant et orandum Wladislaum ducem, ut sua sorte contentus fratrem se ageret non hostem. Primum tamen consortem suam ducissam Cristinam omnium eorum, que tum agebantur, comentatricem adire suadebant eaque placata et virum ad pietatem flecti posse, muliebri vero ira non expugnata et maritum inexorabilem fore. Eo consilio primum ducisse Cristine per pupillos supplicatum prostratique tres duces in femine conspectu, non tam vocibus quam fletibus et lamentis per communem sanguinem, qui illis et cum viro et secum esset, *HPII|10* orabant, quatenus principatus et possessiones, quos pro suis sortibus et | Polonorum more et gencium iure, ipso etiam Wladislao duce factum ratum tunc habente acceperant, sinerentur quiete retinere; ne quoque dux Wladislaus in eos amplius seviret et ⟨domini⟩a[b] eorum per scelus et nefas occuparet atque iura sanguinis, equitatis et iusticie omni principatu atque regno duceret pociora, plus ignominie et dedecoris quam honoris, plus dampni quam profectus oppressis orphanis tandem habiturus. Non movit trucem feminam neque iacencium ad pedes suos ducum et levirorum, fratrum etiam suorum respectus, non preces, non lacrime, non eiulatus. Obstinato ad omnia hec pectore preces pupillorum repudians ducem Wladislaum virum suum respondit iustam et necessariam rem egisse neque ob id carpendum fore, cum status rei publice Polonorum nisi regno reunito servari et prosperari non possit; scissionem eius, si et ipsi sapere possent, cunctis exicialem; salubrius eos atque magis sensate acturos, si se et sua arbitrio et voluntati ducis Wladislai velut natu maioris permitterent, rebellionem quamlibet et resistenciam in capita eorum, quique illis adhererent, recisuram. Ita rigidiore ducissa Cristina pupilli sua spe inventa amariores discedunt [c]⟨que nec salubres admittens timoratorum hominum consultaciones illam a proposito revocantes, nec levirorum summissas preces nec advocari se quidem passa est nec leniri⟩[c].

### *Roberto Cracoviensi episcopo succedit Mathaeus*

A]PRILIS MENSIS XII[a] die Robertus Cracoviensis episcopus biennio tantummodo, postquam de Wratislaviensi in Cracoviensem ecclesiam translatus fuit, in eius regimine exacto moritur[2] et iusto honore in ecclesia Cracoviensi, quam vivens dedi-

[b] domini *Dl. m. partim in marg., partim in ras. adscr.* [c–c] *Dl. m. in vac.*

caverat, conditur. Vir singularis probitatis, cuius optimarum virtutum fragrancia effecit, ut Cracoviensis ecclesia hunc pocius pro suo regimine postulatum deposceret quam aliquem de suis legeret. Matheus[3] Roberto succedens ab Innocencio secundo ecclesie Cracoviensi preficitur [d]⟨Wladislao Polonie duce eius substitucionem promovente, sumptuosus, prodigus et in gulositatem preceps, ex scolastico Stobnicziensi prefato Wladislao duce operante, cui in quadam necessitate subvenerat pecuniario subsidio⟩[d].|

F]IRMATO[4] principatu et solio suo Wladislaus Bohemorum dux et adversariis suis, assistencia et robore Cunradi imperatoris Romanorum, soceri sui, ex Bohemia effugatis et deiectis Moraviam cum hostili exercitu ingressus, } primum Cunradi marchionis Moravie, deinde Otthonis provincias crudelibus flammis, spoliis, cedibus vastavit ducensque varia spolia et predas, dum marchiones Moravie pugnam detractassent, in Bohemiam revertitur, cum fere universam Moraviam deussisset. aut.|356* HPII}11

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUARTUS

*Petrus Dacus comes de Skrzin,*
*qui pupillis astabat et ioco detraxerat famae ducissae Cristinae,*
*ad illius importunitatem lingua et oculis privatur,*
*multisque fundatis monasteriis et ecclesiis in Regno Poloniae,*
*tandem diem clausit extremum*

Repudium[1] precum suarum Boleslaus, Myeszlaus et Henricus duces aput ducissam Cristinam Wladislai Polonorum ducis et monarche glotis sue passi, ab omni spe retinendi sortes suas dilabuntur. Iam enim Sandomirienses, Maioris Polonie, Maszowie Lublinensesque barones crescente in dies Wladislai odio in pupillos, spem potencioris adiuvandam rati [a]⟨nonnulli vero largicionibus et promissis corrupti⟩[a] orphanis desertis ad Wladislaum deficiebant. Duo tantummodo reperti, Petrus de Dacia, qui et Pÿotrko Magnus[2] et comes de Skrzin appellabatur, et Wszeborius

---

[d–d] *Dl. m. in vac. atque in marg. inferiore, desideratur* promotus *vel simile quid* [a–a] *Dl. m. in marg.*

Sandomiriensis pallatinus[3], qui libera fronte pro pupillis starent causamque eorum, quoad poterant, tutarentur. Et Wszeborius quidem armis et ferro rem gerens, etiam in quibusdam particularibus certaminibus superior evadebat spemque Wladislai improbam retardabat. Comes vero Skrzinensis Petrus [b]⟨Swanthoslai filius[4] diviciis et potencia ceterisque eius generis[c] ornamentis clarus, probitate vero et existimacione, quamvis externus et advena, facile in Regno Polonico princeps, ne ab invidia invaderetur, quod magnis viris natura quodammodo ipsa comparatum est, evitare non potuit. Capud autem et origo sue invidie exhinc cepit. Dum etenim⟩[b] frequentibus familiaribusque sermonibus Wladislaum ducem accedens, tirannidem ceptam et hactenus continuatam carpebat dampnabatque, ostendens non verbis solum sed exemplis eum in propria viscera et propriam perniciem grassari[5] nec ea tirannide universale Regni Polonie dominium assequi illum, sed et proprium et legitimum verti in discrimen, nullaque re magis quam fraterna unanimitate et sociabili concordia in altum statum, quem tantopere cuperet, evasurum, non surdis autem *HP II ≀ 12* tan≀tummodo auribus, sed et iniquis, que a Petro comite Skrzinensi dicebantur, audita sunt. Tantam insuper et tam fervidam primum suspicionem, deinde indignacionis flammam Wladislaus dux Polonorum a Petro comite reprehensus hausit, ut in illum iuxta ac in fratres tirannidem vertendam cogitaret, veritus quam maxime, ne Petrus comes Skrzinensis, qui ea tempestate tam genere quam facultatibus clarus et potens habebatur, orphanis adiunctus, et propositum suum ad irritum deduceret, et potenciam suam vel confunderet[d] vel languidaret[6]. Infensum suapte Wladislai ducis Polonorum in Petrum comitem Skrzinensem animum coniunx Wladislai ducis Cristina, cum qua dux Wladislaus de rebus quibusque consultare solitus erat, cum et ipsa dudum gravida ira Petro comiti Skrzinensi infesta esset, in ampliorem bilem accendit[7]. Ferarum siquidem venaciones quodam tempore tam duce Wladislao quam Petro comite una simul tractanti, cum fera cursu suo utrumque in desertum et longe a stativis distans nemus abduxisset, rugiensque fame stomachus carne comprehense bestie egre fastidioseque impletus sitim glacie et nive exclusisset, *aut.*|357** ambo insuper nuda humo et sompnum et quietem capturi, delicias | suas, que illis et ex cibariis potibusque et ex parum molli stratu contigerant, familiari confabulacione recenserent[8] „Mollius — inquit Wladislaus dux — coniugem tuam, Petre, cum abbate Strzelnensi reor quam nos quieturam“. Huic faceto dicto et ad levan-

[b–b] *Dl. m. in marg.* [c] *cod. Regius, codd. XVI s., edd.*, genus *aut.* [d] *cod. Regius* (*corr. e* confungeret), *codd. XVI s., edd.*, confungeret *aut.*

dum presentem difficultatem a duce Wladislao probato Petrus comes sororium responsum redditurus liberius respondit: „Quid scis — inquit — non meam[e] tantummodo cum abbate, sed et tuam cum Dobyesz molles nunc cepisse sompnos“. Erat autem Dobÿesz[9] miles a ducissa Cristina amatus, cuius contubernium pudiciciam ducisse Cristine in sugillacionem aput plerosque perduxerat. Concepit illico dux Wladislaus ex ea responsione iras, caucius tamen eas supprimens, cum et seviendi opportunitas parum tunc tuta esset, et Petrum comitem velut affinem suum, qui matris sue propinquam sororem pro consorte habebat[10], maiori ultra omnes barones estimacione colens, nollet habere alienatum et infensum, sub silencio et paciencia rem in presens absolvit. In domum vero reversus tristiciam animi in vultu eciam preferens, sciscitanti uxori mutacionis causam, cum diu nequicquam restitisset, expugnatus tandem sedula importunitate secretum avida investigacione exigentis mulieris vel indignabundus vel, ut plerisque placet, iocabundus sermones, quos precedenti nocte cum Petro comite de uxoribus invicem cecinissent, ex ordine aperit. Qua relacione ducissa Cristina, dum pudiciciam suam per illos in dubium revo|cari credidisset, *HPII|13*
torta adeo et exacerbata est, ut ab illo tempore muliebri more, qualiter eam iniuriam ultum iri posset, variis studiis varioque estu mentis certaverit et ire impotens neglectam a viro et nimis leviter latam iniuriam suam indignabunda, qualiter de Petro comite severius ultum iri posset, exquisicione volvebat[11]. Ea itaque occasione, quam retulimus, oblata, omni conatu omnique nisu, consilio atque suasu, ut de Petro comite sumatur ulcio, Wladislai ducis viri sui egrum animum perlicit, suggerens eo incolumi ullo pacto plenum Regni Polonie dominium ducem Wladislaum optenturum. Studiosius quoque deinde compositis simulacionibus et per se et per alios, quos sibi ad id scelus facilius conficiendum adiunxerat, in necem Petri comitis, quasi rebellionem et deieccionem atque venenis necem ducalem meditantis animum viri urgere cepit. Et licet, ne id ageret, a timoratis viris admoneretur, nichil tamen Divinum, nichil dignum, nichil salubre auris admittebat mulieris, maiorique ulcionis flagrabat ardore, que pocius pro debito coniugalis muneris errata viri reprimere et officiis suis eciam flagiciorum invidiam compensare debuisset. Ceterum cum ad explendum in Petro comite facinus, quod muliebri animo comparatum erat, fidus minister, et cui archanum illud tute, ne proderetur, comitti posset, necessarius censeretur, cum appareret rem per se execrabilem et non sine administrantis illam

[e] *cod. Rozr., edd.,* meạ *aut.*

evidenti propter Petri comitis, qua pollebat[f], potenciam, periculo singulos quoque aspernaturos, Dobyesz ad id idoneus visus, privatam et ipse contumeliam in Petro comite ulturus deligitur[12]. Qui etsi onus detestandum in ducisse Cristine favorem, que eciam illi in facinoris premium Petri comitis, quo vigilancius studiosiusque rem ageret, bona pollicebatur, suscepisset, parum tamen se validum, ut id consequeretur, censebat, una ad id comodosa muliebri ingenio aperiebatur via, si Petrum nichil ex preparato agentem in alienis edibus oppressisset. Desponsaverat ⟨etenim⟩[g] Petrus Skrzinensis comes filiam suam Iaxe duci Serbye[13] celebracionemque nupciarum in Wrathislauiensi civitate, ut receptaculum hospitibus esset, et hastarum ludos premio proposito victoribus indixerat. Illic Dobyesz frequencia satellitum fultus accedens, Petrum comitem Skrzinensem incaucius se in hospitis morem gerentem captivat, vinctumque ex Wrathislauia educit et duci Wladislao presentat nupciarumque solennitatem perturbatis convivis fedat. Diu in eum Wladislaus dux quicquam gravius consulere cunctabatur, et innocencia viri et meritorum eius in
*aut.*|358** se et patrem patriamque recordacione deterritus. Verita | ducissa Cristina, ne mi-
*HPII{14* sericordia viri capti{vum Petrum absolvisset, non precibus solum et consiliis, sed minis discessuram se ab eo, si violatam suam honestatem a Petro inultam iri sineret, contestans, perpulit virum, ut supplicium de optimo atque bene merito milite sumeretur. Missi carnifices, qui linguam incidunt et utroque lumine Petrum cecant[14]. Ita vir et virtute et opere egregius femineo furore pro crimine prodicionis affficto ad penas raptus, nobilioribus membris spoliatus et exutus, indigna ulcione mulctatus est. Ab scriptoribus Polonorum tantum uni huic viro tribuitur, ut pro insigni sue innocencie atque virtutis memoria referatur Divina propiciacione et miraculo, in quem tot pietatis facinora contulerat, et oculos plenamque potenciam visivam et integram loquelam, lingua instaurata, recuperasse[h][15] et quinquennio, quo posthac vixit[16], monasteriis, ecclesiis et piis locis, hiis presertim, que ipse fabricaverat et fundaverat, largas donaciones fecisse, cetera quoque supplenda, que locis et monasteriis predictis deerant, filiis Constantino[17] et Egidio[18] in morte mandavisse[19]. Celebrem decedens habuit in monasterio sancti Vincencii extra muros Wratislauienses ordinis Premonstratensis, quod ipse vivens fundaverat, in chori medio terre mandatus sepulturam[20], magna Polonorum frequencia eius cohonestante[i] exequias, ipsisque funebriis monstrante, quantum vivum amaverant. Sed et in hanc diem

[f] *codd. XVI s., edd.,* polleat *aut.* [g] *Dl. m. in marg.* [h] illum recuperasse *cod. Rozr., edd.* [i] *codd. XVI s., Ed. Crac.,* honestante *Ed. Dobr.,* cohonestantem *aut.*

Petri comitis Skrzinensis nomen aput Polonos extat sonorum et celebre. Consors sua Maria expost fatis intercepta in eadem, qua[j] Petrus urna, mariti consocianda cineribus, condita est[21]. Duo insuper versus sepulcro huiusmodi inscripti utriusque attestantur sepulturam, qui tales sunt:

Hic situs est Petrus, Maria coniuge fretus,
Marmore splendente, patre Vilhelmo peragente[22].

Extant usque in hec tempora plures in Polonia ecclesie, que ab eo feruntur muris edificate, licet maior illarum numerus sit iam per novarum construccionem demolitus[23], videlicet ad sanctum Vincencium[24], item ad sanctum Michaelem in Wrathislauia[25], in Strzelno[26], in Klobuczsko[27], in utraque Skrzin[28], in Zarnow[29], in Antiqua Szyewyor[36], in Payaczno[31], in Ruda[32], in Chelmcze[33], in Wyerczicow[34], in Lancicia[35], in Kygye[36], in Oppathow[37], in Pkanow[38], in Chalino[39], in Thinyecz[40], in Chlewyszka[41], in Koszczelecz Wladislauiensis diocesis[42], ad Sanctam Mariam in Arena[43], ad sanctum Martinum in Wrathislauia[44], ad sanctum Laurencium in Kalisch[45], ad sanctum Salvatorem ante Cracoviam in Szwyerzinyecz[46], ad sanctum Swiradum[47], ad sanctum Laurencium in Kazimiria[48], { ad sanctum Iohannem et ad *HPII{15*
sanctum Andream Cracovie[49], in Kazimierz ad Quinque Fratres[50], in Mschow[51], ad sanctum Petrum in Nyssza[52] in Antiqua Konin[53], in Kothlow[54], in Numborg sanctimonialium Predicatorum[55], [in][k] Rambino[56], Czirwyony Koscziol[57], in Lavin conventualis et parochialis due[58], Tulcze[59], Gecz[60], sancti Egidii ante Crobya[61], in Iyezewo[62]. [l] CONSTAT insuper prefatum comitem Skrzinensem ingentis animi et spiritus virum extitisse et pro amplificanda exornandaque Polonorum regione raram et homine magnifico et liberali dignam monstrasse curam. Qui dum duas amplas provincias, Calischiensem videlicet et Cruszwicziensem suo regimini a duce Boleslao Crzywovsty[m] comissas administraret[63] et frequencia itinera de una in aliam *aut.*|339*
perageret, longitudinem itineris, qua una distabat ab altera, mensus, in earum meditullio columpnam de saxo, quam eciam in presens in cimiterio ecclesie parochialis in Konin cernimus[64], locari disposuit, cui eciam ea metra insculpi iussit:

De Calisch in medium in Cruszwicze fore punctum,
Indicat ista vie formula iusticie,
Quam fieri fecit Petrus comes palatinus[l][65].

---

[j] *Ed. Crac.*, quo *aut.* [k] *Ed. Crac., deest in aut.* [l–l] *in aut. in scheda inter p. 338 et p. 339 inserta, cf. Zarembina p. 21* [m] r *littera eadem m. superscr.*

*aut.*|558** INNOCENCIUS papa secundus, cum annis tredecim [n]secundum aliquos quatuordecim[n] mensibus septem diebus octo sedisset, Rome moritur et in concha porphirica miro opere fabricata in ecclesia Lateranensi honorifice sepelitur[66]. Cui Celestinus secundus, nacione Thuscus de Castro Felicitatis succedit, vir religione et sciencia preditus, cum magna cardinalium unanimitate ad Sedem Petri electus[67].

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUINTUS

*Wladislaus congregato ex Ruthenis maximo exercitu duos fratres expellit et per archiepiscopum propterea anathematisatus; expulsi autem cum Myeczslao se concludunt in castro Posnaniensi, prius mori quam se furori fraterno committere eligentes*

Petro de Dacia comite Skrzinensi detestabili crudelitate mutilato cecatoque[1] Wladislaus Polonorum dux tirannidem ceptam superintendens non ad occupandum HPI|16 solum fraternos principatus et sortes, sed ad eliminandum } eos de patria studia sua conatusque convertit, cum ad id non solum ambicionis ardore et uxoris irritamento, sed et impunitate scelerum et assentacione improborum ferretur[a], nullo eius tirannidi post crudelitatem in Petro comite Skrzinensi depromptam obstare aut eius conatus carpere seu, que vera et legitima essent, dicere auso. Contracto itaque ex omnibus principatibus et dominiis exercitu Ruthenorumque auxiliariis frequenciori numero quam unquam alias accersito[2], (Wszewolodus enim Kyoviensis dux[3] filium suum Swanthoslaum[4], item ducem Iszaslaum Davidovicz[5], item ducem Wszewoldimirum Haliczienscm[6] cum copiis Ruthenorum in solacium transmiserat) Boleslaum de Ploczensi, Henricum de Sandomiriensi castris fratres germanos depellit[7] ceteraque eorum presidia deiicit et omnes eorum principatus[b] | et terras iustis principibus fugatis subiugat. Unus tantummodo Myeszlaus Senex vocatus restabat, Gneznensis, Poznaniensis et Maioris Polonie dux, ad quem biduo fratres Boleslaus Crispus Mazowie et Henricus Sandomiriensis duces sedibus suis pulsi diffugierunt, arcemque Poznaniensem omnes tres adeuntes eciam viris armisque munierant, resisten-

*aut.*|559**|| XIV|XV

[n-n] *eadem m. superscr.* [a] *edd.*, fereretur *aut.* [b] *seq. verba expuncta* et terras iustis

ciam duci Wladislao, si illic quoque impeterentur, oppösituri[8]. Quod ubi Wladislaus dux agnovit, ocius illuc ire pergit, celeriori quoque quo potest cursu exercitum admovit et Poznaniense castrum fortissima obsidione vallavit, universos fratres uno loco unaque obsidione et debellaturus et comprehensurus. Cinxit deinde sepibus et frequentibus turribus Poznaniense castrum, ne cui de obsessis liceret de illo effugere, bombardis quoque et arietibus illud nocte et interdiu quaciebat, omnibus ingeniis et artibus humanis ad eius conquisicionem intentus[9]. Princeps autem Boleslaus, Mye⟨cz⟩szl⟨aus⟩[c] et Henricus, videntes se per obsidionem illam plurimum coartatos, ne vivi in manus hostiles venirent, ne quoque in captos quicquam gravi⟨us⟩[d] consuli contingeret, mittunt nuncios ad Wladislaum ducem rogantes, ut nubilo sue indignacionis mitigato illos hostiliter impetere et principatus eorum occupare desineret solveretque obsidionem et fratrem se atque defensorem, non hostem ageret, sorteque sua contentus esset, neque in exterminium eorum, qui eodem patre essent geniti et equale in Polonie Regno sibi ius cum eis foret, aspiraret, memor humanarum rerum, et suam fortunam modeste gereret et alienam ne urgeret[10]. Legacionem autem huiusmodi Wladislao duce fastuose repellente et irridente nichil quoque pacati respondente, ducibus Myeczslawo, Boleslao et Henrico, et omnibus cum eis obsessis maior pavor incessit, fortunamque suam miserandam et miserabilem lacrimosis eiulatibus crebro deplorabant. Pro more deinde ¦ ingenii humani ad condi- *HP II 17*
ciones pacificacionem aliquam laturas versi, dedicionem plerique facere, ceteri de aliqua sorte principatuum cedere et furorem ambicionemque ducis Wladislai utcumque placandum decernebant. Sed cum condicio utraque gravis et intolerabilis videretur, et dux Wladislaus non aliter estimaretur quieturus, donec cum fratrum exterminio plenum illi Regni Polonie regimen proveniret, perseverare in obsidione, eamque tollerare et omnia pati extrema diffiniunt sperantes Divinitatem, que pro iusta causa stare consuevit, se et suam oppressionem aliquando respecturam.

Sub ipso autem obsidionis tempore Wladislai ducis exercitus, auxiliares precipue Rutheni, predis, spoliis et innumerabilibus maleficiis non contenti, eciam ingenuis matronis et virginibus stupra[e], plerisque cedes et corporum cruciatus, cetera quoque abhominanda et katholicis indigna rabie barbarica inferebant. Quibus malis venerandus Iacobus tunc sedis metropolitane Gneznensis antistes[11] permotus, in castra ducis Wladislai quadriga vectus (gravis enim iam annis excesserat) amictu et mitra pontificali, quo terribilior esset, vestitus advenit, et in eadem, qua vehebatur,

[c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d] *ius litterae Dl. m. in ras.* [e] *vox corr., Dl. m. in marg. iterum scripta*

quadriga papilionem ducis Wladislai ingressus, prudenti et digesto sermone, ut ar-
mis depositis obsidioneque soluta in graciam cum fratribus rediret, patriamque,
que illum produxerat, extulerat, barbarica invasione stupra, cedes, spolia, predas
et incendia in eius exterminium et ludibrium inferente, persequi et vexare desiste-
ret, et sua sorte contentus aliena contra ius fasque non ambiret, benignius quo po-
terat, exhortabatur, certum illum reddens ea mala, que egisset, non sibi impune
cessura, sed fusum fundendumque sanguinem in eius perniciem redundaturum,
huiuscemodique illum convenit sermone: „Venio — inquit — ad te, clarissime princeps,
senio quidem gravi, sed anxietate et dolore maiori confectus, rogaturus, ut bello
pernicioso ommisso, quo fratres eliminare contendis, summoto, labem eciam,
qua[f] te et genus tuum fedare instituisti, attendas, eo quidem maiorem, quo testa-
*aut.*|360** mento patris curator fratrum scriptus, | amplitudinem illorum non exterminium
procurare debueras. Tu siquidem ex curatore insidiator, ex amico inimicus, ex fratre
hostis, arma, que pro fratribus opponere conveniebat, in ipsos vertis, quos tutandos
assumpseras, quatis multipharie et collidis, humani generis res, fidem, societatem,
fraternitatem, sanctissima federa, ipsum denique sacrosanctum humani generis vin-
culum violas, securitatis auxilia in metum vertis, malorum omnium unde minus
expectabantur, pericula in fratres et patriam congeris. Optimum crede tempera-
*HPI}18* mentum, oppressa ambicione, qua cales, deposita tirannide, quam exerces, } cum
fratribus ex equo vivere et post bella execranda, post vultus et actus minime fra-
ternos subituram tandem aliquando tibi germanitatis et curatoris memoriam. Hor-
rendam hanc existima, quam prosequeris, et plus quam civilem discordiam[12], stir-
pem vestram, illustre dominium et regnum funditus, nisi celerius resipueris, ever-
suram; honorem amplum et fructum cumulatissimum, si monitis meis parueris,
sin minus, Divinam et humanam ulcionem percepturus. Revolve animo, quam
fedum, quamque plenum dedecoris et iniquitatis est te hominem Christianum et
principem de Deo suo et Eius assidue pendentem iudicio id agere, quod gentiles
occulta Veri Dei et katholica religione alienos constat execrari et plus in pectore
tuo possit cupiditas regni inanis quam fraterne pietatis affectus“[13]. Wladislaus
autem dux fuga et discessione fratrum in unam arcem elatus, salubres pontificis mo-
nitus clara voce sibi successuum varietatem predicentem aspernari substinuit et
prosperitatis sue velocem cursum, vana sibi quedam ominans et pleno velo semper se
navigaturum confidens, a moderacionis contubernio exclusit, sed renitendo tam opti-

[f] *cod. Rozr., edd.,* quo *aut.*

me consulacionis et prudentissime persuasionis bono declaravit, quod non in omnes cadit donum ⟨prudencie⟩[g] salutaris nec quemlibet patitur possessorem et superborum atque insensatorum principum avaricia obcecatorum more in sua persistendum duxit sentencia. Obstinato ad ea, que a presule optimo dicebantur, edito a Wladislao duce responso, dum appareret illum a rabie concepta nullo pacto quieturum, Iacobus archiepiscopus predictus a spiritu Divino impletus, scutum fidei et loricam spei velut preliabundus assumens, e sella, cui insederat, alcius[h] consurgens „Postquam –inquit– lege Divina et humana prophanata, iure eciam gencium et naturali prevaricato, tantos ausus assumpsisti, ut neque Dei metus et reverencia, neque humane persuasiones et monita, neque mee exhortaciones et consilia te queunt a pravis et execrandis facinoribus abstrahere et ad rectum inclinare, auctoritate Dei Omnipotentis, cuius vices in hac parte prosequor, te velut principatuum fraternorum iniustum violentumque invasorem, fidei et patrie hostem, legum Divinarum et humanarum transgressorem et meorum paternorum monitorum rebellem contemptorem, ad omnia salutaria obstinatum, pharaonicam cordis duriciem[14] pre se ferentem, primum quidem coram presenti, que astat, multitudine excommunico, deinde velut pertinacem anathematiso et ultimo velut incorrigibilem ulcioni Divine puniendum relinquo. Execratus deinde in caput et exercitum Wladislai ducis et hospitales, superos violate ab eo religionis et fidei, sui quoque saluberrimi spreti consilii testes } invocans, anathemate quoque illum dampnans[15] in vehiculo vectus ex papilione ducali recedebat, interminans stipendia, que fratribus inferebat, a se propediem per fratres iustius expetenda. Sed neque is ingestus terror saxeum movere pectus[i] nec excruciatam ambicionis igne mentem sanavit. Non tamen in presulem se ferientem contumeliis, improperiis aut cominacione principum more utendum duxit, sed singula sub paciencia perferens, nichil se aut corripiente indignum deprompsit motusque omnes animi in potestate habuit. Egrediente archiepiscopo de tabernaculo ducali auriga archiepiscopi quadrigam et equos incaucius agens ultimo axe columpnas, quibus papilio ducalis sustentabatur, | evertit, tabernaculum quoque exinde corruens usque ad solum decidit, nec longe abfuit, ut suo prolapsu Wladislaum ducem opprimeret[16]. Eum quoque casum dux Wladislaus ira suppressa, quam moris sui esset, paciencius tulit et non bili tantum, sed nec obiurgacioni indulsit pluresque sue paciencie admiracione tenebantur. Nonnulli vero lapsum ta-

HPII,19

scheda inter p. 360 et 361 inserta (recto)**

[g] *Dl. m. in marg.* [h] *seq. ras. 3 litterarum* [i] *desideratur* poterat (*ut cod. Rozr.*) *vel simile quid*

bernaculi scrupulosius notantes velut presagium et evidens futuri casus adversi signum augurabantur accidisse, in brevi temporis spacio post eas, quas a metropolitano suo salubres admoniciones spretum iri sciverat, post fratrum suorum, quos preter iustum equumque paterna hereditate exuere estuabat, humiliacionem supplicem, quam ludibrio habuerat, ducem Wladislaum ominantes ruiturum. Unde et ab aliquibus suis consiliariis aditus atque rogatus est, ut feroci animo deposito pacificari fratribus sub equis condicionibus dignaretur, vereri se asserentibus, ne pro armis iniuste sumptis secum una simul Divina obruerentur ulcione[17].

O]BTURATAS ad omnia salutaria monita aures et obstinatum animum Wladislai ducis, dum principes Boleslaus, Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[j] et Henricus et barones principatuum suorum, Sandomiriensis, Maioris Polonie, Mazowie et Cuyawye[18], qui cause eorum turpe et fedum deesse putarunt, literis et nunciis Iacobi archiepiscopi Gneznensis singula ex ordine, que pro illis gessiset, denunciatis sensissent, in ultimam desperacionem versi, eciam in mortem et omnia queque indigna, antequam se tam impio fratri et iniusto hosti dederent[19], devovent et destinant. Videntes insuper se longa obsidione inclusos et maceratos, undique insuper constrictos nec ullum effugii locum in misericordia quoque et pietate fraterna, archiepiscopo Gnez-
scheda inter p. 360 et 361 inserta (verso)** nensi illum inflectere non valente, nichil amplius restare spei, ipsa desperacione | sumpsere audaciam, prompcioresque in pugnam et in mortem faciebat ultima necessitas et preruptum periculum et unusquisque ita animatus accingebatur in id,
*HPII}20* quod } facturum esse debuerat, prelium, ut devoveret se pocius telis hostilibus, si ita sors ferret, quam miseracioni fraterne sepius petite et nunquam obtente, caput obiecturum. Una et ipsa tardior, quam tempus postulabat, evadendi spes erat, si hiberno tempore superveniente solvi hostilem exercitum inopia pabulorum et intemperie hiemis contingeret, sed interim quoque et aput se noscebant defutura alimenta. Res itaque suas videntes ad extremum versas nocte et interdiu suum exicium meciebantur et crescebat assidue in singulorum pectoribus desperacio, quoniam nulla racio toleranciam amplioris obsidionis, dum nulla ventura auxilia expectare fas erat, afferebat. Complexi deinde se invicem certissimum moriendi propositum datis dextris factisque osculis, quam primum occasio suberit, assumunt. Crebro itaque in staciones hostiles et in opera insilientes magnam stragem conficiunt. Sed dum ob eam rem militum numerus pro tuendis operibus duplicaretur,

---

[j] *cf. adn.* [d] *a. 1140*

obsessorum principum milites per multiplices insidias incautos intercipiunt. Sepius
quoque certamine inter utrosque accenso mirificum prelium sequebatur; plures
tamen de exercitu Wladislai ducis aut capti aut occisi quottidie succumbebant, in
Ruthenos tamen maior quam pro numero in congressionibus et excursionibus
huiusmodi clades edebatur. Pluribus deinde diebus ab obsessis nichil movebatur
principesque obsessi suos omnes intra arcem continebant, cum lacessendi magis
quam sustinendi hostes levibus certaminibus experienciam accepissent, nulla parte
virium hostibus pares. Dilapsi et ex stacionibus custodiaque operum | Wladislai *aut.*|361a
milites, postquam ab obsessis copia pugne non fieret, corpora curabant aut luxui
ebrietatique operam dabant, omniaque in castris Wladislai quasi victi et expugnati
hostes forent soluciora; fractos quoque et ultima desperacione fatigatos principes,
Boleslaum, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[k] et Henri⟨cum⟩[l] eosque qui una secum obsidebantur
ratus, letus et gloriabundus dedicionem eorum Wladislaus dux operiebatur. Contemptus deinde hostium, post negligencia in exercitu Wladislai, velut a re prospere succedente et successura haberi cepta sunt. Paucis ad staciones et opera relictis ceteri
se in varia loca sparserant, plerique in lasciviam explendam abierant, pars aut ludo
aut comessacioni vacabat, quidam hesternam eructantes crapulam sompno strati
iacebant inermes, inordinati, ut quibus velut pro comperto erat obsessos de cetero
nichil hostile moturos[20]. Ubi satis principes obsessi contemptum sui viderunt aput
Wladislaum et milites eius insedisse scirentque ex captivis et profugis negligenciora
omnia aput hostes esse, arma suos capere fortunamque temptare iubent, gloriosius
aliquanto in pugna adversis vulneribus, quam in arce fame et inedia strati, morituri.
Omnibus tam equiti⟩bus quam peditibus ad erumpendum preparatis signum quo- *HPII*⟩*21*
que rubrum in turris cacumine principum iussu erectum est. Cuius ereccio dum
militibus in exercitu Wladislai, duci⟨bus⟩[m] presertim Russie, [n]⟨Swanthosla[o][o],
Iszaslao et W[sze]voldimiro[p]⟩[n] tunc ad latus Wladislai considenti⟨bus⟩[q] admiracionem ingessisset, significatum signi Ruthenorum principi⟨bus⟩[r][21] operosius sciscitanti⟨bus⟩[s] Wladislaum ducem respondisse ferunt principes obsessos et dedicionem offerre et misericordiam flagitare. Cumque Ruthenus parci victis seque dedentibus abstinerique fraterna et propriorum cede summopere equum censuisset, ferox
Wladislai pectus sive ulcionis sive exterminii fratrum avidum respondit clemencie

---

[k] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [l] cum *litterae Dl. m. in ras.* [m] bus *litterae Dl. m. superscr.* [n-n] *Dl. m. in marg.* [o] o *littera abscisa* [p] sze *litterae abscisae* [q, r, s] *cf. adn.*[m]

et reconciliacioni locum de cetero non superesse. Sub hac confabulacione et sermone principes obsessi cum fortissimis et exercitatissimis militibus morique [potius][t] quam cedere persuasis[22], adhec cum permiscua cuiusque ordinis etatisque, que castro claudebatur[u], turba media ferme die, dum magis sopiti aut epulis hostes intenti essent, erumpunt clamorque ab omni etiam infirma etate sublatus diu Wladislaum ducem et suum exercitum suspensum et attonitum, amenciam enim illam non audaciam plerique rebantur, tenuit. Ubi vero effusissimo [v]⟨et subito⟩[v] cursu eos ad se pergere advertunt, [w]⟨omnibus rebus vehem[enter] perterriti neque con[silii] habendi, neque ar[ma] expediendi spaci[o] [da]to perturbaban[tur]⟩[w]. Tum primum trepidacio, sive numine occulto metum illis ingerente, sive quod se nudos inpreparatos et inermes cernerent, sive quod cause sue et futuro certamini iniustis armis tractando parum fiderent, iuxta ac si insidiis circumventi forent, coorta est. [x]⟨Diversi diversa moliebantur, nulli, quid potissimum agendum esset, constabat⟩[x]. Nec homines solum, sed et equos terror ex tumultu et rumore pervaserat. Pauci itaque inermes equis utcumque correptis, dum ordinatis et armatis occurrerent, facile trucidantur, sparsi et semisomnes opprimuntur. [y]⟨Nonnullis res preciosiores servandi cura erat, diversa rerum conspiciebatur facies, nec quisquam pre trepidacione aliquid consulebat in comune⟩[y]. In castra hostilia igne ingesto incendium late diffundi cepit, materia arida et sicca ex culmo et stramento, quo castra operta erant, alimentum subministrante. Fuga deinde passim ferrum et flammam evitare conancium et expost cedes erat. Sub modico intervallo validum robur ex Polonis et Ruthenis congestum, fusum fugatumque et castris exutum est[23]. Et dum in omnes partes capessunt fugam, equites fugientes persecuti magnam cedem in fugientibus, Ruthenis presertim, ediderunt. Nonnulli ab undis suffocati ⟨Wartham⟩[z] et Glownam fluvios[24], ad quos certamen gerebatur, cadaveribus impleverant.
HPII{22 Wladislaus Polonorum { dux cum Ruthenorum ducibus et paucis quibusdam effugiens, versus Cracoviam a suis desertus concessit, merensque et calamitate plenus equos mutando Cracowiam, sine militum frequencia, velut si privatus foret, pervenit[25],
aut.|362* documentum|que sui exemplo et presentibus et posteris dedit, ne quis de potencia confidens in aliorum oppressionem cum legis Divine et humane prevaricacione et salutarium monitorum obaudicione inexorabiliter aspiret. Principes Bo-

---

[t] *Ed. Dobr., desideratur in aut.* [u] *inter* a *et* t *litteras 1 littera erasa* [v–v] *Dl. m. superscr.* [w–w] *Dl. m. in marg. litterae uncis inclusae in chartae parte abscisa scriptae desiderantur* [x–x, y–y] *Dl. m. in marg.* [z] *Dl. m. in ras.*

leslaus, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[aa] et Henricus victoria modeste usi, omnes, qui ex Polonis capti fuerant, libertate donaverunt. Ex eoque tempore res eorum contra Wladislaum fratrem prosperate sunt et omnia, que illis abstulerat, brevi recuperata. [ab]⟨Castris insuper tam Wladislai Polonorum quam trium Ruthenorum ducum potiti, variis quoque ex manubiis utriusque exercitus, Polonici videlicet et Ruthenici, ditati rebus plures pro sui solacio, non ex propriis tantummodo, sed eciam ex forensibus milites armaverant. [ac]Ruthenorum duces Swanthoslaus, Yszaslaus et Wszewoldimirus[ad] per fugam Cracoviam advenientes, exinde tam militibus quam rebus nudati, in Russiam cum paucis comitibus rediere[ac]⟩[ab].

CELESTINUS secundus papa, cum mensibus quinque diebus tredecim tantummodo sedisset, Rome moritur et aput Lateranum sepelitur[26]. Cui Lucius secundus, nacione Bononiensis ex patre Alberto succedit[27] [ae]⟨vir pro mansuetudine et humilitate sui officio summi sacerdotis dignus, qui ex presbitero cardinali tituli Sancte Crucis in papam assumptus totam illam ecclesiam et claustrum renovavit. Qui a Romanis gravem persecucionem passus venire Cunradum Romanorum regem ad suam defensionem literis invitavit. Romani enim priscum fulgorem resumpturi creatis senatoribus et patricio Lucium papam de oblacionibus et decimis antiquorum sacerdotum more vivere cogebant, omnium regalium intra Urbem et extra sibi nequiter usurpando potestatem. Horum malorum tedio papa vexatus brevi tempore supervixit⟩[ae].

HENRICUM Olomunczensem episcopum [28] Romam proficiscentem Cunradus marchio Morawie pacifice captivare nitebatur. Qui dum manus suas effugisset, Cunradus marchio familiaribus aliquibus episcopi trucidatis omnique sua suppellectili usurpata hospicio etiam episcopali incenso recessit[29].

### *Fundatio monasteriorum in Landa et in Wangrowyecz eorumque praerogativa*

DIVINE propiciacioni [af]humanam graciam Mye⟨cz⟩szl⟨aus⟩[ag] Senex dux Maioris{ *HPII{23*
Polonie pro consecuta nobili et memorabili victoria, quam de germano suo Wladislao Cracowiensi duce et Russÿe principibus contra suam et omnium spem retulerat,

[aa] *cf. adn*[d]. *a. 1140* [ab–ab] *Dl. m. in vac.* [ac–ac] *nitidiore atram.* [ad] Wsze *litterae superscr.* [ae–ae] *cf. adn.* [ab–ab] [af] Fundacio monasteriorum in Lyanda et in Wangrowyecz *Dl. m. in marg.* [ag] cz *litterae Dl. m. superscr.*, aus *Dl. m. corr.*

relaturus, ad fluenta fluvii Wartha in villa sua ducali La̸nda monasterium ordinis Cisterciensis fundat et erigit, et illud ducali munificencia villis, prediis et amplis introitibus donat, dotat et libertat[30]. [ah]⟨Ad monasterium autem huiusmodi et aliud eiusdem⟩[ah] [ai]⟨ordinis vocatum Wangrowyecz[31] monachi in primaria monasteriorum huiusmodi fundacione ex monasterio, quod vocatur Vetus Mons[32], tribus miliaribus a Coloniensi civitate supra Rhenum sita distante, sumpti. Ab eo autem tempore mos fuit laudabilis et omni comendacione dignus usque ad tempora mea observatus, quod nemo in monasteria prefata in regularem observanciam assumitur, nisi sit genere Coloniensis. Ex quo nimirum provenit, quod monasteria prefata optimo diriguntur ordine tam in spiritualium quam temporalium gubernacione, passura illico et religionis et rei familiaris naufragium, si hunc morem quandoque deseruerint. Nec mos ipse nude et fortuite, sed racionabiliter et ex evidenti causa et merito prefatis duobus monasteriis pro iure perpetuo et lege perenni ob eam causam fuit concessus. Visitanti siquidem Myeczslao [aj] Maioris Polonie duce ecclesiam Aquisgrani et corpora Trium Regum in Colonia[33], dum a Coloniensibus maximis certatim celebraretur honoribus, hanc Coloniensibus refundit graciam, super qua et privilegium scripsit, ut in vicissitudinem officii sibi a Coloniensibus exhibiti nullus ad duo monasteria prefata nisi sit Coloniensis, possit assumi aut in eisdem tolerari⟩[ai].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEXTUS

*Wladislaus desperans rebus suis,*
*relictis uxore et filiis Cracoviae, fugit ad regem Romanorum;*
*capta tamen Cracovia missa uxor cum filiis ad ipsum*
*et Boleslaus monarcha eligitur*

Principatibus propriis Boleslaus Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] et Henricus miro omnium baronum et nobilium favore et consensu recuperatis, cum preter insitam invidiam et execracionem, qua erga Wladislaum ducem occupatorem iniustum militares Polonie tenebantur, etiam in eam partem versi erant, quo se iam fortuna inclinarat, col-

[ah–ah] *Dl. m. in vac.* [ai–ai] *Dl. m. in marg. inferiore* [aj] *codd. XVI s. et edd.*, Mszczislao *calami lapsu aut.* [a] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

lectis tam equestribus quam pedestribus copiis ad ⟅ Cracowiensem urbem et arcem, *HPII* ⟅ *24* in qua Wladislaus post fugam delitescebat, procedunt, Wladislaum inde propulsaturi et suas iniurias [b]⟨dampnaque⟩[b] antequem ex clade aput Poznaniam accepta se reficeret, ultum iri, rati eo monarchiam Polonorum obtinente novis bellis cum Ruthenorum assistencia se quandoque infestaturum[1]. Wladislaus autem dux clade Poznaniensi perculsus et tam militibus quam fortunis armisque exutus, cum et omnes homines, omnia loca temporaque [c]nec satis cuiquam fideret, omnium animis ab eo alienatis[c] suspecta haberet de Cracouia in Ratibor, et exinde in Almaniam per Slesianam oram ad Cunradum Romanorum regem, auxilia sua imploraturus[2], ne in iratorum et pro suo demerito sibi[d] infestorum fratrum manus incideret, confugit, uxore et tribus filiis in arce Cracowiensi relictis. Cracowienses autem cives, dum ducibus Boleslao, Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[e] et Henrico urbem obsidentibus aliquantis diebus obstitissent, tandem dum nichil spei in Wladislao et filiis | eius sibi viderent su- *aut.*|363* peresse, portas apperiunt, pacti ne quid hostile paterentur. Nec ita post multos dies arx cum uxore filiisque Wladislai dedita est[3], in quam etsi magnitudo accepte iniurie consultacioque et instancia nonnullorum, et presertim amicorum Petri comitis Skrzinensis, id magnopere et deposceret et exigeret, neque animadversum quicquam neque sevitum est, sed sine iniuria, sine contumelia habita est et omnis illi honos ab exacerbatis iniustaque ira candentibus victoribus ducibus et leviris servatus. Quia tamen liquebat ea in Polonia agente Poloniam satis pacificam esse non posse, verebanturque principes Petrum comitem Skrzinensem aut propinquos et affines eius suam quandoque cecitatis iniuriam in ea contumelia aut occisione ultum iri, ne future calamitatis aut mortis eventus sibi inferendus ipsos quoque duces in suggillacionem adduceret, in Almaniam cum tribus filiis suis ex Wladislao susceptis Bole⟨sla⟩o[f] Alto, Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[e] et Cunrado Loripede ad virum suum deducta est. Et que alienos principatus ardencius expeciit, iustissimo Dei iudicio etiam proprios amisit[4]. [g]-⟨Consortem suam Cristinam cum pignoribus ex Polonia propulsam[5] ad se venire Wladislaus Polonie dux conspiciens, contricione geminata affligebatur, quod et ducatus Polonie amiserit, et in exteras regiones cum uxore et filiis stipe aliena victurus exulatum ire coactus fuerit. Tunc quoque primum in malis, que illi accide-

---

[b-b] *Dl. m. in ras.* [c-c] *verba haec non satis apte in textum inserta post vocem* haberet *potius ponenda esse videntur* [d] *eadem m. superscr.* [e] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [f] sla *litterae Dl. m. in. ras.* [g-g] *Dl. m. in vac.*

rant, reatum suum in Deum et fratres recognoscens, de aspernata ammonicione Gneznensis archiepiscopi Iacobi corpore et animo torquebatur, tum quoque primum muliebris consilii, quod preceps magis quam necessarium senserat, penitere cepit⟩[-g].}

HPII{25 P]ULSO Wladislao duce ex Polonia pulsaque tandem ducissa Cristina consorte sua, pulsis filiis, dum pax integra per omnes regiones Polonie affulsisset, Boleslaus Crispus cognomine inter fratres secundi matrimonii natu maior, et fratrum prelatorumque et omnium baronum militariumque consensu maiorem principatum et monarchiam Polonorum optinuit[6] et sorte sua, ducatu videlicet Maszowie et Cuÿawie in eius dicione integre remanente, etiam Cracouiensis principatus illi, ita ut fratrem minorem natu Kazimirum, cui a patre nulla sors relicta erat, curaret, adiectus est[7]. Qui cupiditatis causas et occasiones, propter quas animadvertebat inter fratres a Wladislao procellam gravium cedium et bellorum exortam esse, succidens, fratres omnes magna colebat affeccione et caritate, nec solum modestiam summam in eos exercuit, sed etiam liberalitatem plerasque possessiones iuris sui eis largiens et condonans. Qua quidem munificencia et modestia effecit, ut illi summa fide, summa devocione ab omnibus pareretur [h]⟨et fratres absque querela et murmure eius obirent iussiones et imperia. [i]Qui eciam Kazimiri germani iunioris curam et regimen suscepit, cuius iam tunc tam continentes, tam culti et ornati a singulis notabantur mores, ut vim etatis superarent.[i] [j]Sub quo tempore a Polonis maxime vulgata practica notatum est, quam validissima res est iusticia, eo alcius emergens, quo obscenius fuerit proconculcata temeratoresque[k] suos atrociori mulcta percellit, graviorem penam infligens in se delinquentibus et criminosis[j]⟩[h].

L]UCIUS papa secundus cum mensibus undecim diebus quatuor in Sede Petri sedisset, moritur Rome et in Lateranensi ecclesia sepelitur[8]. Post cuius mortem cardinales in ecclesia sancti Cesarii de Urbe[9] in conclavi inclusi, dum super eligendo futuro summo pontifice in vota varia scissi essent aliquantoque tempore concordia inter illos provenire non posset, in Bernardum abbatem sancti Anastasii extra Urbem ordinis Cisterciensis[10], beati Bernhardi conversacione filium et virtutum suarum emulatorem, virum reverende senectutis et vite sancte, nacione Pisanum ex insperato dirigunt vota sua et ipsum in papam per inspiracionem eligunt. Qui Eugenius tercius

---

[-g] *cf. p. 35* [h-h] *Dl. m. in vac.* [i-i] *nitidiore atram.* [j-j] *alio atram. minutioribus litteris* [k] que *superscr.*

vocatus est [l]⟨in consecracione, quam⟩[l] [m]⟨dum non auderet Rome explere, in Farfense monasterium[11] se transferens, illic eam accepit. [n]Ad hunc[n]⟩[m] | ⟨beatus⟩[o] *aut.|364** Bernhardus librum de consideracione, vicia prelatorum, clericorum et Romanorum evidentissime carpens, scripsit[12]. Iordani autem patricii[13] et Romanorum suscitatam in se persecucionem vitaturus in Galliam se transtulit et a Lodowigo Francie rege[14] graciose susceptus concilio Remis celebrato predi{cari crucem in subsidium Terre *HPII{26* Sancte multipliciter tunc a Saracenis afflicte mandavit; et multos principes predicacio ipsa ad assumendam crucem et transfretandum accendit[15]. Hunc Deus, quia simplex, purus et rectus erat, mirabilem ostendit, perfusum gracia in facundia et sermone. [p]⟨Sub eius pontificatu, dum aput Viterbium ageret, ab ultimo pene Oriente ab Armenorum Ecclesia et illorum patriarcha venerunt solennes nuncii[16], grate ab Eugenio suscepti, omnem illi subieccionem et obedienciam offerentes formamque sacrificii, pro qua cum Grecorum contendebant Ecclesia[q], a Romana Ecclesia velut omnium magistra sibi dari deposcunt. Quos Romanus pontifex, suo sacrificio eos astare et cunctos rittus ad plenum addiscere iubens, plene edoctos remisit. Princeps autem legacionis unus ex illis episcopus inter sacrificandum, summo pontifice Divina agente splendido fulgore radium solis super caput eius coruscare et in ipso duas columbas ascendentes et descendentes vidit. Quo miraculo in obedienciam Romane Ecclesie accensus, cunctis, que viderat, apperuit⟩[p].

## *Magno Wratislaviensi episcopo succedit Iohannes secundus*

M]ORITUR eo anno Magnus Wratislawiensis episcopus[17] ,cum paulo plus quam lustro uno kathedre Wratislawiensi presedisset, et Iohannes secundus, vocatus Ianik[18], de consensu et favore Boleslai ⟨Crispi⟩[r] Polonorum ducis et monarche [s]⟨concorditer a capitularibus electus⟩[s] succedens, ordinatur [t]⟨a Iacobo primo Gneznensi archiepiscopo⟩[t] [u]⟨nacione Polonus et genere nobilis de domo Griffonum, quem cum germano suo milite Clemente in patrimonio suo Brzesznicza monasterium Andrzeyoviense fundasse et dotasse in superioribus monstravimus⟩[u][19].

---

[l–l] *Dl. m. in ras.* [m–m] *Dl. m. in vac. atque in marg. inferiore* [n–n] *alio atram.* [o] *Dl. m. in. marg. adscr.* [p–p] *Dl. m. in vac.* [q] *seq. ras. 3 litterarum* [r] *Dl. m. superscr.* [s–s] *Dl. m. in. marg.* [t–t] *Dl. m. in ras.* [u–u] *cf. adn.*[p–p]

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

*Excipitur honeste a rege Romanorum Wladislaus et obtinet ab eo legatos mitti ad fratres sortem dominii eius petituros, iis narrata sunt facinora Wladislai ducis; quibus auditis rex Romanorum omne auxilium et favorem illi negat*

Venientem ad se Wladislaum Polonorum ducem Cunradus Romanorum rex HPII§27 primum benigne comiterque excipiens, cum adventus causas intellexis§set, spe bona data animum ⟨quoque⟩[a] bonum habere Wladislaum iussit[1]. Postquam vero et Wladislai consors ducissa Cristina cum tribus filiis a leviris de Polonia expulsa, suos et mariti filiorumque casus et erumpnas longo sermone Cunrado Romanorum regi enarrasset, ut sui et filiorum suorum misereri dignaretur et per ius sanguinis et per officium imperatorium adiectis lacrimis precabatur. Wladislaus quoque Polonorum dux et per ipsum et per aulicos regis sedulis precibus Cunradum regem, ut sue calamitati prestaret solacia et se cum uxore et filiis in exilio consenescere non sineret, fatigabat. Ad ducem insuper Bohemorum Wladislaum personaliter se conferens[2], ducem vero Ruthenorum per nuncios solicitans, ut se in regnum suum restituant, variis conatibus instigabat. Rumoribusque continuis Boleslaus Crispus Polonorum dux et fratres sui Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[b] senex et Henricus primus terrebantur, tam Cunradum Romanorum regem quam Wladislaum Bohemie ducem cum potenciis validissimis ad restituendum fratrem eorum in regnum contra se ab una, Ruthenum ab altera partibus venturos. Equo tamen animo vulgatos et iniectos excipiebant terrores et future resistencie atque dimicacioni se parabant. Cunradus autem Romanorum rex etsi precibus Wladislai Polonorum ducis et consortis sue Cristine ducisse motus auxiliaturum se eorum cause et restituturum in regnum pollicitus frequencius fuisset, rebus tamen imperii et calamitatibus, que Terre Sancte et Christianis in ea habitantibus inferebantur, pluribusque aliis publicis et privatis negociis, ne quam pollicitus fuerat opem Wladislao prestaret, avertebatur[3]. Expugnata siquidem ea tempestate fuerat civitas Edissa[4], que in Sacra Scriptura Arach[5] nominatur, per regem Alaph de Turcorum genere[6], qui omnes Frankos, quos illic invenit, aut morte

[a] *Dl. m. superscr.* [b] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

aut servitute dampnavit, archiepiscopum | vero civitatis cum toto clero in confessione *aut.*|365* Christi constantissime se gerentem, felici cruore necavit. Adhec et super aram beati Iohannis Baptiste speciosissime et nobiles matrone et virgines stupra pati coacte sunt, et civitas, que ab Agaro rege[7], cui Christus ante suam passionem epistolam direxerat, ortodoxe instituta, tunc primum a gentibus profanatur. Ex hoc autem casu Christianitas in partibus Orientis plurimum debilitata succurri sibi magnopere flagitabat. Ne autem Cunradus Romanorum rex causam Wladislai Polonorum ducis prorsus deseruisse et ex animo licenciasse putaretur, primum quidem gentes armorum illi concessit, quorum adiutorio castra duo Nyemcze et Greedis[8] construens, pluribus excursionibus Poloniam lacessebat; deinde nunciis et literis aput Boleslaum Crispum Polonorum du|cem et monarcham fratresque suos institit[9], quatenus sors *HPII*|28 Wladislaum contingens sibi redderetur, sibi quoque adimeretur necessitas et affinem et oppressum adiuvandi. Huic legacioni a Boleslao Crispo Polonorum duce et fratribus modestum responsum edebatur: nichil se unquam in fratrem Wladislaum ducem hostile molitos esse, sed tirannicum suorum principatuum spolium ab eo passi, mox quoque ⟨eciam⟩[c] exterminium (dum omni humanitate nedum germanitate exutus, nullis precibus, nulla equitate, nulla submissione placari posse videretur) passuri, ex obsidione, qua inclusi et pene extincti eramus, erumpentes, pro principatibus et sortibus, pro spoliis, pro ipsa quoque vita cum fratre inexorabili non aliud quam sanguinem nostrum siciente acie decertare compulsi, ipsum propicia Divinitate cum exigua manu vicimus bellumque illatum et mucronem nostris cervicibus impendentem[10] propicia Divinitate vicimus, abegimus et repulimus; scire se eque atque magis quam Wladislaum Cunrado Romanorum regi sanguine iunctos esse, suam quoque causam iustiorem fore et ob id sui magis velut Romanorum regis quam maxime interesse, ne iniusto bello se miscendo contaminet et se affinibus et innocentibus bellum illaturum cogitet [d]–⟨discernat, appendat et calculet imperator, quantus hostis noster fuerit, quot insidiis nos petiverit, quot suis, quot auxiliaribus potenciis in capitis nostri periculum usus fuerit, quanto studio, quanto ardore necem nostram maturaverit; habeat pocius iratum cezarem quam propicium, qui crudeliter nos excarnificare contenderat, non insidiatoris modo, sed cum insidie parum processissent, hostis publici, carnificis et percussoris speciem induens gessit, preces quoque archiepiscopi Gneznensis, quibus vitam nobis deposcebat relinqui, repudiavit; talem

---

[c] *Dl. m. in ras.* [d–d] *Dl. m. in marg. inferiore*

eum fuisse imperator sciat, ut nec quid ageret, nec quid sentiret aut diceret, dummodo nos aut propelleret aut deleret, quicquam pensi habebat. Et proinde induxisse se in animos, cezareanos nunccios certificant, cum hoste pocius quam fratre se placitaturos. Expulit enim illum non livor noster sed suus, non nostra ambicio sed uxoria,
*HPII 29* non nostris eiectus est armis sed moribus suis, quibus nobis principandi po|testate ablata exilium inferre et mortem, regnandi cupidine omnem pietatem et archiepiscopalia monita, mulieri soli morigerari ardens, perosus maturabat⟩[-d]. Hac responsione Cunradus rex adeo fractus mollitusque est, ut ardor, quem ad promovendam causam Wladislai ducis Polonorum ⟨ex⟩[e] ingeminacione querelarum Wladislai et sue consortis hauserat, prorsus in eo defluxisse notaretur[11]. [f]⟨Exulem insuper Wladislaum Polonie ducem carpens, iuste ad illi exilium contigisse iustam quoque fratrum suorum iram esse deducebat. Qua correccione ipse amplius quam exilio tortus, omnem sui exilii culpam in consortem Cristinam tacitis et crebris suspiriis retorquebat. In Almania autem consistens ex honorato contemptus, ex divite egenus usu et processu temporis esse cepit. Unica spes in fratrum miseracione restabat, quam cum sibi videret negari, quotidie crescentis inopie alciori gemitu vim perferebat neque se a sua calamitate brevi liberatum iri sperabat⟩[f].

*Iturus Romanorum rex ad recuperandam Terram Sanctam*
*cum duce Bohemiae iter facit per Poloniam;*
*ubi per Boleslaum et fratres eius optime usque ad mare tractatus,*
*non potuit Wladislao gratiam apud fratres obtinere*

I]N SUBSIDIUM autem Terre Sancte Cunradus Romanorum rex, qui iam a beato Bernhardo in Franckfordia supra Maynum[12] cum multis principibus et baronibus Germanie ad passagium complendum cruce insignitus erat, transfretaturus, iter suum per Poloniam destinavit[13], quod et compendiosior et expers periculorum esset via, simul quod sperabat inter Wladislaum ducem Polonorum et Boleslaum, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[g] et Henricum discordias sua interposicione sedaturum. Qui cum frequentissimo et principum et baronum numero, equestris quoque et pedestris ordinis milite (nam et Bohemie dux Wladislaus cum fratre germano Henrico[14] et Spitigneo

---

[-d] *cf. p. 39* [e] *Dl. m. in ras.* [f-f] *Dl. m. in vac.* [g] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

patrueli | se illi cum suis copiis coniunxerat)[15] ad fines Polonie accessisset, Boleslaus Polonorum dux et monarcha cum utroque fratre Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[h] et Henrico illi ad terminos Regni Polonie occurrit et per omnes regiones Polonie Regno subiectas regio apparatu excepit omnesque sumptus et commeatus, quibus exercitus regius indigebat, liberaliter, ut rege Romanorum et se conveniens erat, subministravit et in honorem cesaris pontes in fluminibus transitusque difficiles munivit. Qua quidem comitate adeo se Boleslaus et fratres sui Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[i] et Henricus Cunrado Romanorum regi et suis principibus insinuaverat, ⸾ ut alienacione mentis, quam contra illum ad Wladislai ducis Polonorum [j]⟨suggestionem conceperat, abrogata miro illis[k] affectu et familiaritate iungeretur[l]. Egit tamen Romanorum rex Wladislai ducis Polonorum aput[m]⟩[j] Boleslaum et fratres suos Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[n] et Henricum causam, instare quoque, quo in Polonia moratus est, non desiit, ut Boleslaus Polonorum dux et fratres sui preteritarum iniuriarum obliti cum Wladislao duce in amiciciam redirent. Nec cesar solum, sed et Wladislaus Bohemie dux cetérique Almanie principes, ut cum fratre duce Wladislao in graciam redirent, Boleslaum et fratres eius crebris obsecracionibus perurgebant. Boleslaus contra hec etsi multis facinoribus, quibus a Wladislao duce ipse et fratres sui petebantur, enarratis, omnem reconciliacionem maiores motus perniciosioresque utrisque simultates, livores bellorumque stridores suscitaturam respondisset, in cesaris tamen potestate postquam passagio prospere acto rediret, se et fratres suos futurum pollicebatur. Ita cesar rebus Wladislai ducis Polonie magis temptatis quam sanatis, nolens tam munifico et amico hospiti molestus esse, ex Polonia per Russiam et Walachiam procedebat[16], inde quoque non per Poloniam solum, sed per Russiam et Walachiam prosequente Boleslao Polonorum duce et preparante omnia, ad mare Leoninum perventum est. Ubi et cesar et principes navibus ad id preparatis, milite et armis impositis versus Constantinopolim navigarunt [o]⟨et aput Iconium⟩[o][17] se Lodovigo Francorum regi et principibus Galliarum et Hispaniarum coniungens res Terre Sancte aliquanto tempore prospere gerens Ascalonam[18] cepit, licet multi de peregrinis, Alexio Constantinopolitano ⟨imperatore⟩[p][19] et Grecis calcem farine immiscente, infirmati obierint. Sed nec Deus Alexii imperatoris facinus tam horrendum tulit, nam et ipse pessima morte, et omne genus suum interiit. Ex baronibus insuper et militaribus

*aut.*|366* — *HPII*⸾30

---

[h, i] *cf. adn.* [g]  [j–j] *Dl. m. in marg.*  [k] s *littera alio atram. adscr.*  [l] *corr. e* iungerentur  [m] *in textu seq. vox superflua* aput  [n] *cf. adn.*[d] *a. 1140*  [o–o] *Dl. m. in marg., in textu seq. vox* Iconium *quam delere oblitus est Dl.*  [p] *Dl. m. superscr.*

Polonie aliqui voluntarii cruce assumpta premium propositum merituri, secuti ⟨imperatorem⟩[q] [r]⟨transfretarunt et in suo exercitu, donec rediret, militando versati sunt⟩[r][20].

*Martino Posnaniensi episcopo succedit Boguphalus*

[s]⟨Martinus Poznaniensis episcopus annis decem et novem pontificatu administrato obiit, et in ecclesie Poznaniensis choro sepultus[21], Boguphalum genere Polonum nobilem de domo Rosze, custodem Poznaniensem[22], per capitulares concorditer HPII|31 electum et a Iacobo Gneznensi archiepiscopo, Myeczslavo | duce Poznaniensi[t] aput Zneinam [u]confirmatum et in Poznansiensem[u] [episcopum][v] consecratum habuit successorem⟩[s].

P]OST DISCESSUM[23] Wladislai ducis Bohemie in Terram Sanctam Sobÿeslaus filius Sobyeslai, dux Bohemie[24] sed de patria exiliatus, ex Almania redit, ducatum Bohemie duce Wladislao absente foventibus et adiuvantibus nonnullis Bohemorum baronibus spem suam invasurus. Verum dum plerosque barones Bohemie dulcibus sermonibus et promissis ad votum suum inclinare contendit, a Theobaldo duce Bohemie Wladislai germano[25], cui Bohemiam regendam Wladislaus commiserat, capitur et custodie carcerali deputatur in Przemunda[26] [w]⟨bellumque intestinum in Bohemia accendendum captivitate prefati Sobyeslai oppressum est⟩[w].

[x]⟨Duodecima Iulii moritur Wszevoldus dux Kyoviensis[27] et dux Ihor [y]filius Wszechwoldi[y][28] occupat sedem Kyoviensem. Quod cum Kyoviensibus molestum fuisset, dux Iszaslaw Pereaslawiensis[29] ab eis accersitus venit in Kyow. Contra quem etsi dux Ihor cum fratre suo Swanthoslao[30] egressus fuisset, dimicacione tamen non temptata[31] fugit uterque et Iszaslaus in castrum Kyoviense introiit cum favore et gloria. Post quatuor autem dies Ihor adducitur ad Iszaslaum captivus, quem in monasterio sancti Iohannis in Pereaslaw adhibitis custodibus tenuit in carcere; cuius cruciatus evasurus petivit, ut liceret ei in sacerdotem tondi, et permittente Iszaslao tonsus est. Nec post multos dies conspirantibus fratribus Ihor ducibus de Czirnyeow sedicione Kyoviensium exorta (quam Wlodimirus[32] frater Iszaslai

[q] *Dl. m. in ras.* [r–r] *Dl. m. adscr.* [s–s] *Dl. m. in vac.* [t] *desideratur* conscentiente *(Ed. Crac.) vel simile quid* [u–u] *Dl. m. in marg.* [v] *deest in aut.* [w–w] *Dl. m. adscr.* [x–x] *Dl. m. alio atram. in extrema pagina atque in marg. inferiore* [y–y] *superscr.*

sedaturus, parum abfuit, quin et ipse violaretur) de ecclesia, in qua Ihor orabat, eductus interficitur[z]〉[-x]. |

[aa] Suggestione hostis generis humani duces Russye, videlicet Georgius[33], Rosczislaus[34], Olech[35] et Swanthoslaus[36] stimulis invidie agitati contra Isaslaum Kyowiensem ducem insurgunt, de sede Kyowiensi illum exclusuri. Qui collectis copiis vadit contra eos. Et quamvis metropolitus Kyowiensis[37] recipere pacem multifarie persuasisset, Isaslaus tamen in multitudine sui exercitus confisus fideli consultacione reiecta congreditur et multis hinc inde cadentibus ad extremum succumbit[38], pluribus quoque de suis aut desideratis aut captis, ipse fugiens venit in Kyow, obsidionemque a victoribus veritus recepta uxore et filiis in Luczsko divertit. Georgius vero dux ceteris illum ducibus adiuvantibus primum Pereaslaw ingressus, posthec in Kyow pervenit et in sede paterna et avita consedit. Isaslaus autem dux et sedem Kyowiensem recuperaturus et cladem acceptam correcturus, cepit in Polonos et Hungaros donativum erogare veneruntque illi in suffragium in hieme anni eiusdem duo germani, videlicet Boleslaus [ab]〈Cracoviensis et〉[ab] Maszovie et Henricus Sandomiriensis duces cum gentibus et militibus suis; veniunt et Hungari integraque hieme aput illum immorati ad decernendum cum adversariis suis estuabant positis circa Czemyerin[39] stativis. Verum videntes eum cunctanter omnia agere et virum pavidum esse, tam duces Polonorum Boleslaus et Henricus quam Hungarorum copie faciunt ab eo discessionem[40]. Quo duces Russye comperto veniunt contra illum, videlicet Georgius dux Kyowiensis[41] cum duobus filiis Rosczislao et Andrea, item Wyeczeslaus frater Georgii, pluresque alii duces auxiliares, et obsident Isaslaum in Luczsko, non sinentes aliquid ad obsessos importari. Cum autem Isaslaus diucius obsidionem tolerasset, auferunt illi duces usum aque. Qua necessitate difficultateque Isaslaus cum suis perculsus pacem, quam alias spreverat, per Wlodimirkonen ducem cepit petere. Cuius peticioni Rosczislaus filius Georgii Kyoviensis et Georgius filius Iaroslai[42] duces adversabantur. Andrea vero filio Georgii Kyowiensis[43] ducis pacem dari petitam persuadente Georgius Kyowiensis dux cum ceteris ducibus Russye in eius sentenciam vadens, pacem cum Isaslao conficit et eam firmat iureiurando solvensque obsidionem in Kyow revertitur[aa].|

aut.|375*

HPI 32

[ac]-〈In concilio Remensi pro medio Quadragesime in concilio seu sinodo generali

---

[-x] *cf. p. 42* [z] *sc.* Ihor [aa-aa] *in aut. in scheda inter p. 374 et 377 inserta superscr. titulo* Annus Domini millesimus centesimus quadragesimus septimus, *cf. Zarembina p. 38* [ab-ab] *Dl. m. superscr.* [ac-ac] *Dl. m. in marg. inferiore p. 364*

per Eugenium tercium celebrata iunior Henricus, qui patri successerat, missis nunciis cum bulla aurea et sublimacionem suam ad Romanum imperium pape significat, et querelam contra tres duces Polonie[44], videlicet Boleslaum, Myeczslavum et Henricum deponit, quod quartum fratrem suum germanum Wladislaum in regno dividendo in sorte sua et porcione sua excluserant. Querebatur et contra Iacobum archiepiscopum Gneznensem metropolitanum Polonie, et alios episcopos Polonie suffraganeos suos, videlicet Matheum Cracoviensem, Magnum Wratislaviensem, Swidgerum Crusszwiczensem, Bernhardum Lubuczensem, Boguphalum Poznaniensem, Alexandrum Ploczensem, quod contra iusiurandum patri suo duci Boleslao prestitum in exclusionem prefati ducis Wladislai consensissent⟩-[ac]. ||

*aut.*|369* A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS OCTAVUS

*HPI|33*

*Rediens Romanorum rex ex Terra Sancta*
*per oratores suos iterum pro Wladislao exule fratres rogat;*
*qui ambiguum responsum ab eis retulerunt*

Vix anni dimidio in Terra Sancta Cunradus Romanorum et Lodwigus Francie reges et principes, qui secum una illuc laturi Christianis auxilium conscenderant, immorati, dum, ut premisimus, magna multitudo militum ex pane calce et farina malicia Grecorum et Turcorum cocto infecta deperiisset, in regna et principatus suos irritatis magis quam confirmatis rebus Terre Sancte revertuntur[1]. Cunradum itaque Romanorum regem ex passagio predicto reversum Wladislaus Polonorum dux exilium in Almania agens accedit et ut rebus suis filiorumque suorum consulat, flagitare cepit. Cunradus vero, quia in sua ad Terram Sanctam profeccione a Boleslao Polonorum duce speificatus erat singula pro arbitrio suo Boleslaum Polonorum ducem in ea re obedienter facturum, Wladislaum ducem et ipse, quibus potest, verbis eam spem sequi confirmat. Mittuntur itaque a Cunrado Romanorum rege ad Boleslaum Polonorum ducem nuncii[2], qui Boleslao aput Cracouiam offenso mandata cesarea edicunt precanturque, ut pollicitacioni sue prestita virtute Wladislaum

-ac *cf. p. 34*

Polonorum ducem in sortem suam et Cracowiensem ac Slesiaticum principatum restituat, commiseracionemque fratri tanto tempore cum uxore et filiis exulanti impendat, satis eum penarum pro temeritate et piaculo suo exolvisse. Boleslaus autem Polonorum dux legatis cesareis magnifico sumptu magnificis quoque donariis tractatis ambiguum edit responsum, restitucionem Wladislai ducis in Polonie Regnum sibi quidem et fratribus suis Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[a] et Henrico aiens non adversam esse, pro honoreque et benivolencia cesaris desiderio et voluntati sue se et fratres suos morem gesturos, sed non vereri se solum, sed etiam probe prospexisse et nosse reditum Wladislai ducis statum Regni Polonie hactenus pacificum turbaturum cladibusque et sanguine civili fedaturum. Proinde in re taliter qualificata sic utrisque cum pari sanguine utrique sibi iungantur, cesarem prospicere equum cense|bat, ne dum sue instancie et decreto paritum sit, bellicus furor inter fratres *HP II 34* alcius serpens mutua collisione Regnum Polonie horrenda pernicie ipsi etiam cesari miserabili involvat.

## *Iacobo archiepiscopo Gnesnensi succedit Iohannes episcopus Wratislaviensis, et huic Walterus*

A]BSUMPTUS est eo anno Iacobus Gneznensis archiepiscopus, vir optimus et grandevus, qui in ecclesie Gneznensis regimine multas de se probitates et virtutes [b]⟨annis octo et viginti vivens⟩[b] monstraverat, et in ecclesia Gneznensi pontificali honore tumulatus[c] [3]. Successit autem ei Iohannes alias Ianik sive Ianislaus Wratislaviensis episcopus[4], de ecclesia Wratislauiensi ordinante Boleslao ⟨Crispo⟩[d] Polonorum duce a papa Eugenio tercio translatus. Wratislawiensi vero ecclesie ex translacione huiusmodi vacanti Waltherus Polonus genere[5] prefectus est [e]⟨scolasticus Cracoviensis et canonicus Wratislaviensis, a Gneznensi archiepiscopo Iohanne iuxta eleccionem canonicam confirmatus et consecratus, nobilis de domo Zadora, qui ecclesiam Wratislaviensem ad id tempus ligneam muro fabricavit et ecclesie Lugdunensis ex Galliis habitum et cultum in eam introduxit⟩[e]. |

---

[a] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [b–b] *Dl. m. in marg.* [c] *seq. nota, qua verba inserenda significari solent* [d] *Dl. m. superscr.* [e–e] *Dl. m. in vac.*

aut.|370* A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS NONUS

*Cunradus rex Romanorum cum duce Bohemiae exercitu magno congregato vadunt in Poloniam, Wladislaum exulem secum ducentes, quibus sub fide Boleslaus obviam factus astu et ingenio persuasit ad propria redire*

Ambiguum Boleslai[1] Polonorum ducis et fratrum suorum Myesz⟨lai⟩[a] et Henrici responsum Cunradus Romanorum rex ad nauseam et fastidium accepit et ignibus iracundie contra Boleslaum Polonorum ducem et fratres eius, haustis etiam per Wladislaum Bohemie ducem, qui partes Wladislai Polonorum ducis in Boleslai ducis et Polonorum odium promovebat, pluribus ad id accendebatur irritamentis. Ipse insuper Wladislaus Polonorum dux in conspectu Cunradi regis assidue versatus, ut in patriam restitueretur, non tam quottidianis precibus et querelis, sed ipso solo aspectu commiseracionem et pollicitum suffragium exigebat. Cunradus itaque Romanorum rex non amplius differendum ratus, expedicionem contra Poloniam
HPI R 35 indicit, ex re|gionibusque Almanie imperio subiectis, tam pedestribus quam equestribus copiis collectis Poloniam invasurus et Wladislaum ducem exulem et secum presentem restituturus[b] procedit. Sed et Wladislaus Bohemie dux, Polonorum hostis quam Almanus infestior, cum omni suorum exercituum ex Bohemis et Morawis collecto robore personaliter adveniens cesareum exercitum suapte magnum frequenciorem effecerat. Crescebat Wladislao Polonorum duci exuli certa in dies spes, et quanto propinquius cesar et exercitus suus gradum et stativa promovebat, tanto ampliori fiducia replebatur. Iam ad metas Polonie perventum erat, Odra quoque fluvius tunc solito undis intemperancior et quidam motus ex Almania nunciati Cunradum regem et suum exercitum an traiiceret, distinebant. Boleslaus interim Polonorum dux fratribus suis Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[c] et Henrico enixius adiuvantibus, etsi gentes, quas hostibus opponeret, ex Polonis tantummodo contraxisset, non tamen rem fortune committere et in casum universe dimicacionis venire, terrente illum confertissimo hostium numero ex variis nacionibus et regionibus collecto, audebat,

---

[a] lai *litterae Dl. m. in ras.* [b] *Ed. Crac.*, restiturus *aut.* [c] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

sed patrium morem secuturus milites locaverat, qui in impeditis et iniquis locis cesareum exercitum lacesserent et occasionem bene gerende rei non ommitterent, plus se eo genere pugne quam dimicacione aperta ratus perfecturum. Verum antequam res ad ferrum et arma veniret, ingeniis verbisque magis quam acie dimicaturus et superimminentem bellicam molem, cui se nequaquam videbat parem, dissoluturus, in cesarea castra petita et prestita securitate pervenit, in frequentique concilio a cesare dato fraternis facinoribus, ducis videlicet Wladislai, expositis adeo de iusticia sua atque equitate disseruit, ut cesar et principes responsione Wladislai ducis [d]⟨ad liquidum⟩[d] satisfaciente a furore concepto lentescerent et de pace magis quam de bello agendum componendasque fraternas discordias putarent. Sed et ius hospicii, quod Cunrado regi cum Boleslao Polonorum duce erat, in cesareum, ne quid illi hostile moliretur, subibat pectus. Verbis extemplo Boleslaus Polonorum dux res adiecit, et primum Cunradum regem, deinde primores principum et baronum, eos presertim, quorum consiliis et monitis didicerat regem agi, sumptuosa largicione ⟨et⟩[e] donacione pervicit permulsitque, ut discessionem reversionemque frequentes decernerent, nec in eo bello, quod non inter domesticos solum, sed etiam germanos gerendum erat, Boleslao Polonorum duce et fratribus eius, quicquid cesar equum censebit, acceptare offerentibus, immorandum. Et licet Wladislaus dux Polonorum adiutorio etiam Wladislai Bohemie | ducis fretus, id decre{tum quam maxime *aut.*|371*
improbare et avertere conatus fuisset, principibus tamen et militibus Almanie ad *HP II*{36
penates et coniuges redire anhelantibus, nullo pacto poterat infirmari. Motisque altera die castris Cunradus rex cum suo exercitu et Wladislao Polonorum duce in spe sua ludificato in Almaniam rediit, et Boleslaus Polonorum dux bellum ingens sine dimicacione et sine armis solo astu et prudencia conficiens, magnus et gratus in suis et exteris cepit haberi.

---

[d–d] *Dl. m. in ras. litteris off.* [e] *Dl. m. superscr.*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS

### *Cunradus ob adversam valitudinem saepius flagitatum subsidium Wladislao ferre non valens, certos illi reditus largitur*

Maximo et periculoso bello, in quod universam Almaniam et Bohemiam constabat arma sumpsisse, a Polonie Regno ingenio et prudencia Boleslai Polonorum ducis dispulso, tranquille aput Polonos res erant, principes quoque Polonie aut iura reddebant populis aut venaciones tractabant. Non quievit tamen Wladislai Polonie ducis[1] instancia, quin Cunradum regem Romanorum in novam expedicionem Polonie inferendam accenderet, consecutusque fuisset Wladislaus Polonorum dux suarum molicionum effectum, nisi interim Cunradum regem valitudo adversa oppressisset[2], cuius diutinus languor Wladislaum ducem instanciam suam remittere coegit. Nonnullas tamen possessiones et redditus Wladislao duci cesar largitus est[3], quo ⟨et⟩[a] equanimius restitucionem suam bellumque contra Poloniam instaurandum ferret, et honestati atque condicioni sue congruum statum ageret. Sed et filium prefati Wladislai ducis minorennem Cunradum nomine[4], propterea quod in tibia deformis esset et ob id Loripedis cognomen sortitus, abbati Fuldensi asservandum et tam literis quam moribus imbuendum, ut successu temporis religionis eum amor caperet, commisit [b]⟨uterque enim parens eius ipsum ob deformitatem tibiarum monasterio magis quam seculo destinabat⟩[b].

### *Boguphalo episcopo Posnaniensi succedit Pianus*

[c]⟨Boguphalus Poznaniensis episcopus cum annis duobus sedisset, senio, incertum
HPII 37 est, confectus an morbo, fato absumptus et in Poznaniensi ecclesia } sepultus est[5]. Capitularibus discordantibus Pianus Italus nobilis genere ab Eugenio papa tercio provisus succedit[6]⟩[c].

---

[a] *Dl. m. in ras.* [b–b] *Dl. m. adscr.* [c–c] *Dl. m. in vac., nitidiore atram.*

# A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS PRIMUS

## *Boleslaus et Myeczslaus Polonorum duces duas Russiae ducis filias sibi accipiunt in uxores*

Boleslaus Polonorum dux et monarcha cognomine Crispus, Polonie Regnum undique paccatum et solium sue monarchie Divinitate propicia animadvertens prosperatum, volens illi ampliorem pacis procurare amenitatem et stabilimentum, cum ⟨Wszevoldimiro⟩[a] Russie tunc principe ⟨Halicziensi⟩[b] affinitatem iungit et filiam suam Anastasiam[1] accipit in uxorem. Que cum ampla dote a patre et principibus Russie Cracouiam deducta Boleslao prefato copulata est et nupciarum solennitas pluribus diebus Cracowie habita, prelatis et baronibus Polonie sua presencia, militibus vero hastarum lusu ceterisque militaribus actibus eam cohonestantibus. [c]⟨Exemplum cuius Myeczslauus alias Myesko Maioris Polonie dux secutus, alteram Wszewoldimiri Russie ducis filiam, Evdoxiam nomine[2], accipit in uxorem, nupciasque ex more apud Poznaniam celebrat; [d]que brevi tempore supervivens masculini[d] sexus prole infecunda[e] obiit⟩[c].

## *Piano episcopo Posnaniensi succedit Stephanus*

[f]⟨Pyanus Poznaniensis episcopus, cum anno uno mensibus sex sedisset, fato absumitur et in Poznaniensi ecclesia sepelitur[3]. Cui Stephanus, genere Polonus nobilis de domo Agricolarum, que in campo rubeo roszam albam [cum][g] duobus vomeribus defert pro insigni[4], electus a capitularibus, et a Ianislao archiepiscopo Gneznensi confirmatus et consecratus succedit de Myeczslai principis Maioris Polonie consensu⟩[f]. |

M]ORTUUM hoc anno ferunt Iohannem de Temporibus nacione Gallicum[5], qui cum armiger Karoli Magni extitisset, comunem tamen et usitatum etatis et vivendi modum excedens, tricentis septuaginta et duobus annis pro comperto habitus est vixisse, ut priscorum etate perfunctus magnum mira|culi specimen presenti et future etati de tam protenso vite sue spacio reliquerit. *aut.*|372* *HPII*|38

[a, b] *Dl. m. in ras.* [c–c] *Dl. m. in vac.* [d–d] *alio atram. in ras.* [e] *in litterae Dl. m. superscr.* [f–f] *Dl. m. in marg. inferiore, nitidiore atram.* [g] *Ed. Crac., desideratur in aut.*

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

*Wladislaus collectis militibus*
*fines Poloniae ingreditur et duo castra intercipit,*
*quae mox Boleslaus princeps et monarcha recuperat*

Ex diutino[1] languore Cunrado Romanorum rege ad meliorem valitudinem paulisper redeunte Wladislaus Polonorum dux in Almania cum uxore et filiis exilium agens, novis precibus cesarem, ut sui et filiorum misertus illum amplius exulem non paciatur fore, fatigat. At Cunradus rex, etsi subveniendum Wladislao decrevisset subvencionemque ipsam crebro polliceretur, imperii tamen rebus dietim ad se confluentibus impeditus sperare magis Wladislao Polonorum duci suffragium cesareum quam habere licuit. Moram itaque tam longam atque continuatam Wladislaus non ferens, miliciam sibi saltem a Cunrado rege dari expeciit. Quam cum liberalitate cesaris impetrasset, Poloniam advenit et duo castra [a]⟨superiori tempore a se constructa, videlicet⟩[a] Greedis et Nÿempcze ex trabibus roboribusque ⟨fortificat⟩[b] fossisque et vallis munivit, et militum presidio utrique imposito Wratislawiensem civitatem, que vicinior extabat, ceterasque Polonici Regni oras affligere et infestare cepit. Non tulit eam Boleslaus Polonorum monarcha iniuriam, sed cum utroque germano, Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[c] videlicet et Henrico, et exercitibus dominiorum suorum consurgens utrumque castrum obsidione vallavit populacionemque regni sui prohibuit. Wladislaus dux superimminentem obsidionem non ferens, sed strenuis militibus in castris relictis ad Cunradum pro solacio militum, quo obsidio solvi posset, rediit. Et quamvis milites Wladislai animose castra fidei sue credita tutati fuissent, longa tandem mora obsidionis fracti, dum et ex Almania ferendum subsidium spes eorum fefellisset et fames primum, morbi deinde in corpora succrescerent, castra Boleslao duci et monarche pacti, ne quid hostile paterentur, tradunt.

R]EDIIT ex Francia in Urbem[2] Eugenius papa tercius, et tam a clero quam populo, cum tanto humilitatis fervore susceptus est, ut universa concio in laudem suam
HPII|39 vociferacione alta depromeret: „Benedictus qui venit in no|mine Domini"[3] [d]⟨Romanis omnibus pollicentibus unquam se de cetero illum, sed nec successores suorum[e] in iuribus Ecclesie Romane vexaturos⟩[d].

[a–a] *Dl. m. in marg.* [b] *Dl. m. in ras.* [c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d–d] *Dl. m. adscr.* [e] *potius* suos

S]ECUNDO Kalendas Iunii Geÿsza Hungarie rex, filius Bele ceci, moritur, cum annis viginti regnasset[4], quatuor filios Stephanum[5], Belam[6], Arpad[7] et Geÿszam relinquens. Cui filius eius maior natu Stephanus in regnum successit. |

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS TERCIUS aut.|373*

*Myeczslaus dux Poloniae filiam Belae Hungariae regis ducit in uxorem*

Maioris Polonie dux Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] propter prudenciam singulari indole in eo ab etate tenera relucentem Senex appellatus, qui in Maioris Polonie et Pomeranie regionibus, quemadmodum in superioribus premisimus, principabatur, Iohannis Gneznensis archiepiscopi ceterorumque prelatorum et baronum dominiorum suorum actus persuasione et consilio, filiam Bele ceci Hungarie regis mortui et sororem Geÿsze Hungarie[b] regis Gertrudim[1] nomine, virginem et moribus et forma inclitam accepit in consortem, que ex Hungaria in Poloniam traducta splendidam et magnificam dotem in vasis aureis et argenteis ceteraque suppellectili invexit, nupciarum quoque solennitas in Poznaniensi civitate pluribus diebus sub frequencia plurimorum hospitum habita. Ea enim affinitas ideo expetita et accepta est, ut priorum veterumque discordiarum et bellorum inter Belam Hungarie regem et Boleslaum Polonorum ducem Crziwovstÿ vocatum, patrem Mÿe⟨cz⟩sz⟨lawi⟩[c] initarum obliteraretur memoria, et inter finitima sibi Hungarie et Polonie Regna quies et animorum idemptitas atque tranquillitacio proveniret.

U]NDECIMO Kalendas Marcii Cunradus Romanorum rex, ducum Polonie Boleslai, Mÿe⟨cz⟩sz⟨lavi⟩[d], Henrici et Kazimiri avunculus, aput Haÿnberk, postquam de transmarinis partibus redierat, continua infirmitate decumbens, vita decedit, regni sui anno quinto decimo, sepultusque est in eadem Haÿnberk civitate[2]. Hic licet imperialem benediccionem assiduo languore eum premente sortitus non fuerit, nichil tamen illi preter solum titulum ad imperialem deerat[3] splendorem, cum et virtute militari fuerit strenuus, et in singulis accionibus providus et animosus.

[a] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [b] e *littera Dl. m. superscr.* [c,d] *cf. adn.*[a]

N]E AUTEM diutina esset imperii vacacio, electores imperii aput Frankfordiam in
HPII 340 Quadragesime medio Fridericum | primum filium Friderici ducis Swewie et Cunradi Romanorum regis defuncti nepotem germanum in castro nobilissimo, quod Stuffa[4] vocatur et altitudine sua ethera tangere videtur, natum, summo omnium favore et consensu (magnam enim de se atque rarem transmarinis partibus sub Cunrado Romanorum rege et patruo suo militans probitatem comitatemque monstraverat) in Romanorum regem assumunt[5], qui ab Arnoldo Coloniensi archiepiscopo Aquisgrani [e]⟨in Dominica Letare⟩[e] coronatur[6]. Hic successu temporis Fridericus Barbarossa cognomen, cum adusti crinis et colere esset, sortitus, octuagesimus sextus ab Augusto [f]⟨strenuus, nobilis atque facundus [g]cognominatus Barbarussa[g]⟩[f] |

aut. |374*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUARTUS

*Henricus dux Sandomiriensis*
*cum exercitu ad subsidium Terrae Sanctae ferendum profectus,*
*annum illic exegit, tandem rediit*

Tribus Polonorum ducibus et Boleslai Crziwovsti filiis, Wladislao videlicet, Boleslao et Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[a], et terrenarum accionum occupacione deditis et matrimoniali iugo alligatis, Henricus germanus illorum in geniture ordine quartus, cui Sandomiriensis et Lublinensis provinciarum principatus obtigerat[1], a suorum dominiorum baronibus et consiliariis ad nupciarum fedus subeundum non poterat impelli[2]; sublimioris etenim animi illum ceperat cura magnusque animus terrenis et infimis contemptis, magna quottidie, quibus et virtus enitescere et propiciari Divinitas posset, meditabatur. Id tamen in desiderio suo precipue versatum est, ut in Terre Sancte subsidium, cuius pro ea tempestate a regibus et principibus katholicis recuperacio agebatur, cum milicia, qua posset ampliori se conferret, presidium publicis katolicorum rebus laturus. Quod cum superiori tempore et per etatem et propter bellorum patriam infestancium repressionem mandare execucioni non posset,

---

e–e *Dl. m. in marg.* f–f *Dl. m. adscr.* g–g *nitidiore atram.* a *cf. adn*[d]*. a. 1140*

quietis tempus, quo Polonie Regnum in pacis amenitate siluerat, nactus, voluntariorum militum facto delectu in Terram Sanctam cum pulcerrimo militum apparatu, terris suis Sandomiriensi et Lublinensi in condicionem et gubernacionem Boleslai Polonorum ducis et monarche comendatis, transfretavit[3]. In ipso autem profeccionis sue articulo ecclesiam parochialem in Zagoscz, villagio suo ad fluenta Nide sito[4], in honorem sancti Iohannis Baptiste fundat, et ampla illi dote collata eam fratribus Cruciferis Hospi|talariis, qui et Templarii vocitabantur, quorum religio *HPII|41* propter defensionem Terre Sancte magna colebatur devocione, cum ad illius defensionem primario respectu fuerit instituta, comendat in regimen. Postquam vero Terram Sanctam incolumis attigit, Sancto Sepulchro adorato milicie Baldwini Iherosolimorum regis[5] se coniungit fortissimique militis in certaminibus cum Saracenis habitis opera exercens, martirii palmam[b] se suspirabat adepturum. Verum cum hec illi sors tunc obtingere non posset, anno integro illic exacto aliquibus militibus suis, partim in conflictibus huiusmodi occisis, partim intemperie eris absumptis in patriam sospes rediit, et tam a germanis suis Boleslao et Mye⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[c] quam universis Polonie optimatibus maximo honore et animorum gratulacione exceptus est. Cuius relacione et qualitas, condicio statusque Terre Sancte et quam acerrima quamque fortissima cum barbaris pro illius defensione agantur prelia, cepit vulgari et diffundi.

*Andrzeoviense monasterium reditibus augetur;*
*nomina villarum, quibus monasterium Andrzeoviense dotatum est*

C]UM Andrzeowiense cenobium Cisterciensis ordinis[6] in fundo nobilium Griffonum Brzesznicza vocato, Cracowiensis diocesis, tenuibus redditibus provisum esset nec numerus fratrum in eo Deo militancium subsistere illic posset, Iohannes Gneznensis archiepiscopus, qui illius primarius extitit, dum adhuc minor illum haberet status, fundator, certas illi mense archiepiscopalis decimas largitus est. Cui quidem loco[7], antequam conventualis esset, Maurus primum, deinde Radost, Cracowienses episcopi etiam aliquas decimas mense episcopalis Cracowiensis donaverant[8]. Exinde autem locus ipse amplificatus et tunc quidem cepit subsistere, et in hactenus pro-

---

[b] am *litterae compendio scr. Dl. m. in ras.* [c] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

picia Divinitate [d]⟨subsistit. Contulit autem monasterio prefato Iohannes Gneznensis archiepiscopus prefatus patrimonii sui villas[9]: Brzesznicza[e], Rakoschino, Pothok, Lysszakowo, Lanczino, Rachowo, Tharszawa, Chorzewa, contulit et decimas manipulares mense sue archiepiscopalis Gneznensis in eisdem villis consistentes. Maurus item episcopus Cracoviensis monasterium prefatum consecrando donavit eidem decimas manipulares[10] in villis Marovicze, Przewyezlanye, Conari, Michowo, Weglowo.[f] Radosth vero, alius episcopus Cracoviensis contulit decimas manipulares de mensa episcopatus Cracoviensis[11] in villis Borowa[12], Przecopa[13], Lunyowo[14]. Hasque omnes
*IIPII*|*42* uterque episcopus | Cracoviensis decimas monasterio prefato inscripsit. Item prefatus Iohannes Gneznensis archiepiscopus dedit eidem cenobio Andrzeoviensi decimam manipularem in Holuszy[15], mense sue archiepiscopalis. Item dedit decimam quinquaginta aratrorum, quam postea specifice consignavit in villis Zlothniky[16], Skothniky[17], Rambyesszicze[18], Iasszlikowicze[19], Zarczicze[20], Szdanovicze[21], Czaczow[22], Brzeszna[23], Brzem[24]. Item idem Iohannes archiepiscopus dedit hereditates istas[25]: Vgyasd[26], Blonye[27], Zerzicze[28], Blonicza[29], Skowrodno[30], Kamenczicze[31], ad eum ex parte cognati sui Szmil[32] devolutas; item villas per eum emptas: Dzerszanszna[33], Buszkow[34], Tropiszow[35], Byala[36], Beszdin[37], Mirzewa[38]⟩.[d]|

*aut.*|*377** M]ITTIT Isaslaus filium suum Msczislaum Polonos et Hungaros contra Wlodimirkonem conducturum. Et non venientibus Polonis venerunt Hungari et rex eorum ⟨Stephanus⟩[g] cum Msczislao. Et Wlodimirko Haliczienſis dux visa multitudine Hungarorum non audet confligere cum eis, sed ex occultis locis lacessit eos. Et tandem invasus ab eis transit fluvium, ubi plures ex suis occiduntur, alii capiuntur, alii submerguntur. Et fugiens venit in Przemisl, et secutus est eum Hungarie rex ⟨Stephanus⟩[h] et obsidet eum. Et cepit petere Wlodimirko pacem, antequam veniret Isaslaus, a rege Hungarie. Et statim posthec venit Isaslaus cum exercitibus suis, et dimisso fratre suo Swanthopelko[40] cum exercitibus in terga, venit solus ad regem Hungarie ⟨Stephanum⟩[i] cum paucis. Et dum venisset ad fluvium San[j] [41], ⟨offend⟩it[k] obstaculum, omnia vada quippe fluminis Wlodimirko Halicziensis dux per suos equestres et pedestres occupaverat. Et processit Hungarie rex ad fluvium cum suis

[d–d] *Dl. m. in marg. inferiore* [e] *in marg.* [f] Nomina villarum et decimarum, quibus monasterium Andrzeoviense dotatum est *Dl. m. in marg.* [g] *Dl. m. in marg.* [h] *Dl. m. superscr.* [i] *cf. adn.*[g] [j] n *littera corr., seq. ras. 2 litterarum* [k] offend *litterae Dl. m. in ras.*

exercitibus, et Wlodimirko videns multitudinem magnam refugit in castrum Przemisl multis de suis cesis aut captis. Et videns se in angustia magna Wlodimirko, cepit petere pacem. Et Isaslao duce concedere pacem abnuente ⟨Stephanus⟩[1] Hungarie rex dedit illi pacem, et pace conclusa discedit rex in Hungariam et Isaslaus in Kyow.

Eodem anno venit Georgius[42] cum filiis suis, et cum Rostowczi et cum Szuszdalczi et cum ducibus de Reszam[43], et vadit in Russiam versus Kyow. Et Isaslaus exivit contra illum et Wlodimirko reversus est in Halicz. Dum autem esset Georgius aput Hluchow[44], venerunt sibi Polowczy in auxilium in multitudine magna et dux Swanthoslaus filius Oleh[45]. Isaslaus autem Kyowien|sis dux misit fratrem suum *HPII{43}* Rosczislaum[46] in auxilium Isaslao Dawydowicz[47]. Et venit Georgius et obsedit Czyrnyeow, et fiebant pugne magne inter obsidentes et obsessos. Sed dum sensissent Polowczy advenire Isaslaum Czyrnyeowiensibus in auxilium, territi diffugiunt. Quibus discedentibus discedit et Georgius, et vadit in Nowogrod Schewyorsky, et relicto filio Waszilkone[48] vadit in Szuszdal. Et Isaslaus non inveniens Georgium aput Czyrnyeow, vadit versus Nowogrod illicque dedit pacem petentibus, et reversus est in Kyow. Et Waszilko ivit ad patrem suum in Szuszdal, filium Msczislaum[49] mittens in Polowczos. Qui solus existens vastat Polowczos, et magna preda equorum et pecorum capta, etiam tabernaculis eorum potitur et multos Christianorum solvit, et revertitur cum gloria. Eodem anno Wlodimirko Haliczlensis dux moritur[50]. |

E]UGENIUS tercius cum annis octo mensibus quatuor diebus novem sedisset, Tibure *aut.*|379* moritur et per mediam Urbem fere cum totius cleri et populi turba et maximo luctu in ecclesiam beati Petri in Vaticano deductus circa altare sepelitur[51]. Erat autem vir simplex, sed religiosus; adherebat namque carni eius tunica lanea et diebus ac noctibus cuculla, intus monachi habitum retinens, extra se pontificem vestibus et moribus exhibebat. Cui Anastasius tercius nacione Romanus, primum Cunradus dictus[52], ex patre Benedicto, successit.

---

[1] *Dl. m. in marg.*

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUINTUS

*Fundatio monasterii in Lubens et ecclesiae in Kalisch per Myeczslaum ducem Poloniae facta*

Famosam et celebrem Cisterciensium religionem et que propter personarum in ea Deo militancium sanctitatem supra ceteras eo tempore relucebat, Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] Maioris Polonie dux in suos ducatus et dominia introduxit et in Lubens[1] diocesis Wratislauiensis loco monasterio constructo religionem ipsam primus in diocesi Wratislauiensi plantavit[b]; ducalique munificentia erga monasterium a se fundatum usus villas, opida, introitus et predia in dotem liberaliter illi contulit vasisque et vestibus necessariis ad sacra et ornamenta spectantibus mirifice insignivit. Hunc locum veteranorum relacio ferebat templum idolorum famosum quondam fuisse,
HPII§44 dum Polonorum nacio ⟆ gentilibus ritibus et erroribus tenebatur astricta. In opido insuper Kalish Gneznensis diocesis ecclesiam ex dolatis lapidibus in honorem doctoris Divini Pauli fabricans[2], prepositum et aliquot canonicorum numerum in ea constituit et dote sufficienti providit. Ad que quidem opera pro laude nominis Divini et salute fidelium instauranda non solum proprie devocionis ferebatur ardore, sed etiam Iohannis archiepiscopi Gneznensis incitabatur persuasione, qui ad cultum Dei propensius in diebus suis augendum estuabat.

O]DALRICUS filius Sobÿeslai Bohemorum ducis, dum Wladislai Bohemie ducis, qui patri suo Sobÿeslao in Bohemie ducatu successerat, conspectum fugiens in Almania aliquanto tempore stetisset, in Bohemiam rediit. Verum Wladislaum ducem non tam sibi purum ac propicium, prout speraverat, considerans, tirannidemque suam pertimescens, cum suis sequacibus in Poloniam, cui pater suus Sobÿeslaus pro beneficiis acceptis plures hostilitates intulerat, diffugit et a Boleslao ⟨Crispo⟩[c] Polonorum duce et monarcha nedum susceptus et recollectus, sed etiam propicie ac favorabiliter habitus est[3]. |

*aut.* 380* A]NASTASIUS tercius cum anno uno mensibus quatuor, diebus quatuor et viginti

---

[a] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [b] Fundacio monasterii in Lubens per Myeczslavum ducem Polonie facta *Dl. m. in marg.* [c] *Dl. m. in marg.*

sedisset, moritur, et in ecclesia sancti Petri in concha porphirica accepit sepulturam[4]. Post cuius mortem Albanensis episcopus et cardinalis Nicolaus nacione Anglicus, qui Adrianus tercius[5] vocatus est, in summum pontificem succedit.

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEXTUS

### *Myeczslao duci Maioris Poloniae filius Otto nascitur*

Operum suorum bonorum Mÿe⟨cz⟩s⟨laus⟩[a] Maioris Polonie et Pomeranie dux, que in fundando cenobio Lubensi et ecclesia[b] sancti Pauli in Kalisch in collegiatam erigendo egerat, mercedem et fructum gloriosum excepit. Coniunx etenim sua Gertrudis ducissa filium illi peperit, de cuius nativitate Mÿesz⟨laus⟩[c] dux exhilaratus in Poznaniensi civitate curia indicta solennitatem baptisteriorum diebus aliquot celebravit nomenque filio in baptismate Ottho[1] imposuit [d]⟨ne cezarum Otthonum, ex quibus ipse materno sanguine satus erat, nomen obliterari posset⟩[d]. }

### *Stephano Posnaniensi episcopo succedit Radwanus* HPII§45

[e]⟨Lustro uno Stephanus Poznaniensis episcopus in pontificatu exacto, paralisim incurrens, moritur et in Poznaniensi ecclesia sepelitur[2]. Cui Radwanus scolasticus Poznaniensis substituitur per eleccionem canonicam, nobilis de domo Srzenyevitarum[3], a Ianislao Gneznensi archiepiscopo confirmatus et in ecclesia Vnyeovieni de consensu Myeczslaui Maioris Polonie ducis benedictus⟩[e].

### *Fridericus Barbarossa Romae in imperatorem coronatur*

F]RIDERICUS[4] Romanorum rex vocatus Barbarossa collecta Germanie principum et militum multitudine in Italiam, imperialem benediccionem accepturus, processit[5]. A quo cum Veronenses pro transitu pecuniam exigendo iter suum retardarunt,

[a] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [b] *potius* ecclesiam; *in aut.* a *littera corr., seq. ras. 1 litterae* [c] l *littera corr.,* aus *Dl, m. adscr. in marg.* [d–d] *Dl, m, adscr,* [e–e] *Dl, m, in vac,*

promissa pecunia difficultatem dissolvit et duodecim Veronensium legatos ad se pro pecunia venientes in patibulum egit. Terdona munitissima civitate victa, Spoleto vero exusto Romam perveniens ab Adriano papa cum magno gaudio omnium susceptus et in imperatorem coronatus est. Coronacionem[6] autem suam ingens sedicio secuta est; nam Romani in porta sancti Angeli familia sua invasa, dum plurimos trucidassent, rumore coorto a cesareis militibus victi et magna cede adeo, ut Tiberis sanguine interfectorum rubras undas ostentaret, domiti sunt[7]. Agente tamen Adriano papa pacificatus est imperator Romanis, et plures, qui capti fuerant, Romanos absolvit. Et quamvis imperator magna fuerit Adriano pape familiaritate coniunctus, post imperatoris tamen ex Urbe discessum plures simultates inter eos conflate et aliquanto tempore ventilate sunt, cum papa coronacionem ei prestitam pro beneficio, imperator pro debito computarent.

### *Swidgero Crusviciensi episcopo succedit Honoldus*

[f]⟨Szwidgerus Crusszwicziensis episcopus cum annis tribus et viginti prefuisset, ex epatis vicio moritur[8] et in Crusszvicziensi ecclesia sepelitur. Cui Honoldus genere
*HPII{46* Italus, ab Adriano papa quarto ad peticionem capitularem et } Boleslai Crispi Polonie ducis et monarche provisus; sub cuius regimine de prisco Crusszvicziensi loco in Wladislauiam translata est⟩[f][9].

### *Boleslao Crispo Polonorum monarchae nascitur filius Boleslaus*

A]NASTASIA ducissa Boleslai ⟨Crispi⟩[g] Polonorum ducis et monarche consors primario partu filium effudit, de cuius ortu pater leticia singulari repletus, nomen illi suum Boleslaus imposuit[10].

V]ETERES[11] hostilitates Isaslaus Kyowiensis dux ultum iri satagens, contra filium Wlodimirkonis ducem Halicziensem[12] movet bellum. Utrisque autem copiis ad fluvium Sereth[13] convenientibus fit conflictus, a quo abstinere et in Halicz redire Wlodimirkonis filius (unicus enim erat) rogatu milicie sue coactus est. Utrisque

[f–f] *Dl. m. in vac.* [g] *Dl. m. superscr.*

autem pro victoria adnitentibus, fit cedes ingens et tanta involucio, ut se invicem non agnoscerent et utrique abirent pro victis. Et captivati sunt plures ex Halicziensibus per milites Isaslai, et plures Isaslai milites per Haliczienses. Diffugientibus autem fratribus Isaslai Swantopelko[14] et Wlodimiro[15] et filio suo Msczislao[16] remansit Isaslaus in loco certaminis cum pauca milicia, sed timens, ne iterum occuparetur per Halicziénses, iussit occidi captivos exceptis[h] notabilioribus, quos secum deducit in Kÿow.

*Alexandro Ploczensi episcopo succedit Wernerus*

[1]‹Alexander Ploczensis episcopus cum annis septem et viginti pontificatum gessisset, obiit et in Ploczensi ecclesia accepit sepulturam[17]. Cui Wernerus scolasticus Ploczensis, genere nobilis de domo Rosze[18], concorditer electus succedit. Cuius eleccionem Ianislaus Gneznensis archiepiscopus facile de consensu [Boleslai][j] Crispi ducis Polonie, vir enim erat eximie religionis et devocionis in Deum, confirmavit et aput Lanciciensem ecclesiam in Ploczensem ordinavit episcopum›[1]. |}

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS *aut.*|581* *HPI*{47

*Celebrantem Fridericum imperatorem comitia Herbipoli Wladislaus exul rogat, ut in patriam reduceretur ;*
*et imperator a Boleslao et fratribus eius dum per oratores id obtinere nequit, tum quia illi etiam tributum solvere nolebant, bellum eis indicit*

Ex Italia[1] et Galliis Fridericus imperator discedens in Almaniam rediens, omnium principum Almanie in Wirczburk alias Herbipoli pro Pentecosthes festo die agit conventum, in quo et filiam Burgundie ducis Beatricem[2] sibi matrimonialiter iungit, et de bello Mediolanensibus inferendo, quos constabat aperta rebellione erga cesarem

---

[h] *seq. ras. 2 litterarum* [1–1] *Dl. m. in marg. inferiore* [j] *desideratur in aut.*

usos esse, cum principibus consultat[3]. Inter hec et Wladislaus Polonorum dux coram cesare et principibus causam suam agere cepit. „Duodecimus — inquit — cesar optime, labitur annus, ex quo cum coniuge et liberis patria per fratrum odium et livorem pulsus in terris tuis indignum exilium ago, nec spei mee pollicitacionique cesaree aliquis effectus respondet. Predecessor quidem tuus Cunradus dum crebris legacionibus restitucionem efficere nequiret, armis illam effecturus, legiones in Poloniam duxerat, sed a fratribus meis Polonie ducibus falsis promissis et blandiciis victus campoque detractus est neque posthec, curis imperii et languore distentus, arma in mei restitucionem, licet id crebro polliceretur, resumpsit. Non mea me iam sors, sed filiorum, ne et ipsi in exilio mecum una consenescant, perurget. Quos consulam, quos deprecer, a quibus commiseracionem sperem, preter te unum cesar, quem in hanc diem colui, cuius quoque subvencione et beneficio vivo, fratribus infestum et implacabilem animum gerentibus, non habeo. Si te condicionis mee non miseret, saltem sororis tue, coniugis mee, que et ipsa mecum exulat, et nepotum tuorum, filiorum meorum, quos in viros, dum huc pueri illati essent, crevisse vides, miseria movearis"[4]. Dixit et tres filios iam adolescenciam transgressos, pulcerrime et rare indolis iuvenes, pedibus imperatoris, quo facilius illum ad miseracionem flecteret, admovit [a]⟨extorrem se factum habitacionis patrie subintulit; terram, in qua sit natus, negari sibi; Boleslaum, Myeczszlaum[b] et Henricum incubare principatibus suis, qui sibi et filiis per scelus erepti forent⟩[a]. Dux deinde Bohemie
HPII{48 Wladislaus { livoris magis in Polonos quam pietatis in exulem respectu, ne id ludibrium ferret cesar pertinaciamque Polonie principum suo calcaneo adversancium domaret, admonuit. Universi deinde principes Almanie huic peticioni assensi, ut restitucionem Wladislai Polonorum ducis efficeret, cesarem consiliis precibusque impellebant. Wladislaus enim Polonorum dux et ex continuo contubernio, et ex diuturna mora fere omnium sibi Almanie principum et familiaritates, et amicicias meruerat. Fridericus autem cesar cum et suapte ad ferendum exuli subsidium moveretur, frequentibus tamen principum sentenciis et precibus adeo pervictus accensusque est, ut priorem in Polonos quam in Mediolanenses expedicionem indiceret, et exulis causam perprius agi quam propriam, mallet. Verum quia estate illa expedicio ipsa minime propter temporis defluxum proventura videbatur, quo iustior belli causa esset, mitti primum ad duces Polonie, qui nomine cesaris restitu-

---

[a-a] *Dl, m, in marg.* [b] *cf. adn,* [d] *a, 1140*

cionem exulis admonerent belloque inferendo terrerent, placuit legatos[5]. Hii cum ex eodem conventu in Wirczburk habito missi essent, Boleslaum quoque ducem et monarcham Cracowie offendissent, imperialia mandata, ut erant instructi et iussi, coram eo et duobus reliquis fratribus Mye⟨cz⟩sz⟨lao⟩[c] et Henrico, quos gracia audiende legacionis prefate Boleslaus Cracouiam acciverat, edicunt. [d]⟨Orabant autem, ut ducis Wladislai fratris sui veniam errori, veniam transgressioni tribuerent, moverenturque etsi non germanitate, saltem calamitate hominis et cesarea intercessione; satis Wladislaum ducem pro delicto penarum dedisse⟩[d]. Boleslaus autem Polonorum monarcha fratrum et consiliariorum suorum deliberacione legacionem cesaream digerens respondet nichil se et fratres suos in Wladislaum ducem admissi facinoris conscios esse neque se fratri bellum movisse, sed illatum propulsasse; illum tam crudelem in se fuisse, ut non comunione sanguinis, non eorum adolescencia, non precibus, quo|minus ad exterminium eorum suos omnes conatus *aut.*|382* intenderet, moveretur. [e]⟨Indignum Wladislaum ducem venia, indignum misericordia et intercessione disserunt, qui omnis cognacionis, omnis equitatis oblitus nec iuris Divini, nec humani, sed nec iuris gencium sancciones, nec patris testamento scripta legitima pati et custodire potuit imperia⟩[e] sed nec tunc, dum se ad unius Poznaniensis castri angulum redegisset, precibus poterat[f] Gneznensis pontificis Iacobi paterna obsecracione placari; se quidem non tam impios esse, ut non velint fratri tanto tempore exuli misereri, sed vereri, ne restitutus ad exterminium eorum ardencius, dum ambicioso animo exulceracio accessit, intendat; rogarent proinde cesarem, ut erga illos } indignacione non moveretur, restitucionem fratris *IIPII*{*49* civile bellum cedemque et exterminium multorum effecturam. Cum hac responsione imperiales nuncii, comiter et liberaliter habiti, dimissi cum redissent, Fridericus imperator responsione ipsa magis offensus quam mollitus, expedicionem contra Poloniam in futuram estatem, Wladislaum restituturus, Almanie principibus et militibus pronunciat [g]⟨occasione belli hinc maxime recepta, quod Polonie duces eius imperio calcitrabant. Imperatori enim sacramentum fidelitatis prestare et tributum quingentarum marcarum argenti annis singulis publico erario imperii inferre ab eis exigenti[6] negabant, sacius ducentes mori quam Polonie[h] Regnum subicere tributis, apertisque et evidentibus responsis nusquam se sub imperio aut tributis fuisse et non clanculam sed manifestam opposicionem se pro libertate facturos molliebantur⟩[g].

[c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d–d] *Dl. m. in marg. inferiore* [e–e] *Dl. m. in marg. superiore* [f] *seq. ras. aliquot litterarum linea obliterata* [g–g] *Dl. m. in vac.* [h] *in marg.*

*Myeczslao duci Maioris Poloniae filius Stephanus nascitur*

E]FFUDIT et hoc anno consors Mye⟨cz⟩s⟨laui⟩[1] Maioris Polonie et Pomeranie ducis ducissa Gertrudis[7] alterum infantem, cui matre obsecrante Stephanus[8] nomen inditum est; in Hungarie enim Regno Stephanus rex suus nepos ex fratre germanus principabatur. Nec multo post diem puerpera obiit.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS OCTAVUS

*Fridericus Barbarossa imperator cum maximo exercitu in Poloniam vadit, ubi dum parum feliciter rem se gerere videret, cum duce Boleslao et fratribus eius pacem certis conditionibus init et affinitate firmat*

Boleslai monarche ducisque Polonorum et fratrum suorum Mye⟨cz⟩sz⟨lavi⟩[a] et Henrici responsione Fridericus Romanorum imperator irritatus magnas concipit iras et suo in Herbipoli condito decreto satisfacturus, expedicionem in Poloniam movet, maximumque tam equestribus quam pedestribus copiis per Saxoniam exercitum traducens [b]⟨mense Augusto⟩[b] illam ingreditur[1]. Cui in Saxonie finibus Wladislaus Bohemie dux cum Bohemis Morawisque se coniungit et exercitum imperatoris per se magnum efficit ampliorem; omnes enim imperii vires et omnem HPII|50 Almanicam nacionem, Frankos, Swewos, Ri|nenses, Baworos, Saxones, Lothoringos, Misznenses, et quod magne execracionis poterat videri, ipsos etiam Morawos et Bohemos, unius pene et nacionis cum Polonis et lingue, contra Poloniam vidisses infesta arma induisse. [c]⟨Imperator[2] itaque Fridericus contra Polonos procinctum movens, cum maximis copiis ad fluvium Odram cum magna difficultate penetravit, et undecimo Kalendas Septembris Odram cum omni exercitu preter opinionem Polonorum transvadavit⟩[c]. Boleslaus itaque, Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[d] et Henricus Polonorum duces, quamvis et ipsi cum suorum militum exercitatissimo robore imperatori

---

[1] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [a] *cf. adn.*[1] *supra* [b–b, c–c] *Dl. m. in marg.* [d] *cf. adn.*[a]

Friderico occurrissent, vires tamen suas meciendo dum illas constaret hostilibus multo inferiores et dispares, hostem ex insidiis et paludinosis et iniquis locis lacessire contenti, in discrimen notorium universe dimicacionis non veniunt. Turmis quoque militum et belli muneribus inter se partitis in loca diversa abeunt atque ex illis hostes incaucius predatum aut pabulatum progressos aut capiunt aut interimunt. Omnia insuper loca, per que imperatorius exercitus transiturus erat, et eis viciniora [e]⟨inter que castra et opida munita, videlicet Glogow et Bithom⟩[e] igne iniecto consumunt[3]. Que res in magnas difficultates commeatu et pabulo deficiente imperatorium exercitum induxit. In singulis quoque stativis magnus equorum numerus fame tabefactus subsistebat frequentesque milites ex ordine equestri ad peditum numerum redacti erant; nec | pabulatores sine manifesto periculo ad remociora loca progredi *aut.*|383* poterant querendi pabuli gracia, periculosis insidiis aut trucidandi aut capiendi; crebra quoque priorum mors et trucidacio reliquos adeo terruerat, ut in singulis silvis, rubis aut silvetis insidias Polonorum consistere vererentur. Accessit et amplior exercitui caesareo pernicies, mollia enim et delicata Almanorum corpora, et vini aut cervisie ex ordeo cocte, quorum in Polonia usus non est, assueta ex assiduo aquarum haustu in disenteriam prolapsa sunt; adeoque disentericus morbus in eorum corpora vulgatus erat, ut maiorem partem cesarei exercitus ea pestis pervaserit. Cumque grassacio eius nulla arte nullisque herbis aut antidotis inhiberi posset, omnes a cesare reversionem flagitabant, neque in male auspicato bello censebant cum sua pernicie et interitu immorandum. Cesar etsi vocibus precacionibusque hiis, sed et suorum mortibus et egritudinibus moveretur, pudore tamen, ne ceptum bellum leviter ommitteret, retrahebatur; quid tamen ageret aut quem fructum ex bello huiusmodi sperare possit, cum Poloni in aciem non prodirent, assidua perplexitate urgebatur. Sed nec expugnacioni castrorum aut urbium intendere poterat, quippe urbes rare et ⸾ castra aput Polonos ea tempestate habebantur, sed et plerasque *HPI I*⸾*51* Poloni sub adventu cesaris proprio igne deleverant, nonnullas deseruerant, ad paludinosa quoque et avia loca diverterant. Sola itaque agrorum populacione tam validus et numerosus exercitus contentus tectis innocuis ignem iniiciebat [f]⟨territoria quoque et districtus Wratislawiensem et Poznaniensem incendio et spolio vastabat⟩[f]. Inter hec solertissimus imperator et expedicionem illam, cuius illum sepe penitebat, et discessionem suam, quam famis et morborum pernicies militumque clamor et

[e–e], [f–f] *Dl. m. in marg.*

vociferacio exigebat, honestaturus per Wladislaum Bohemie ducem, velut comunem parcium amicum egit, ut Polonorum duces Boleslaus, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[g] et Henricus pacem a cesare expeterent, certitudine facta eos pacem consecuturos[4]. Bohemie itaque ducis pollicitacione Polonorum duces permoti sub securitatis conductu in cesarea castra [h]⟨aput villam Crisogwe[5] stativa habenti⟩[h] perveniunt et in tabernaculum imperiale, ubi frequens consiliariorum numerus convenerat, deducti per organum Boleslai verba faciunt. „Si scrupulosius — inquit[i] — cesar optime, et nostram et fratris nostri Wladislai, in cuius restitucionem et favorem bellum nobis infers, causam examinasses, nequaquam contra nos hostilem animum induisses; ea enim iusticia causam nostram remur preditam, ut magis illi defensa quam vexacio debeatur. Qui etsi tuus gener sit, inficiari tamen non potes et nos de sanguine tuo satos esse. Nobis quidem persuasum est neque tibi neque tuorum cuiquam fratrem nostrum Wladislaum exilii supplicio iniuste affectum videri, quo tres omnes nos fratres suos, nisi iusto Marte concidisset, affecturus erat. Et quamvis plurimis dampnis patriam nostram sine demerito afflixeris, in castra tamen tua venimus, singulis causis et querelis fratris nostri Wladislai, propter que presens bellum initum est, iusta responsione satisfacturi". Ad ea Romanus imperator: „Diuturna –inquit– fratris vestri Wladislai calamitate, cui nullam miseracionem a nobis et predecessore nostro Cunrado rogati prestare voluistis, moti, in presens bellum descendimus. Quod etsi maximo geratur sumptu, humanitas tamen nostra tanti est, ut facile vobis ignoscat, si frater vester Wladislaus plenam suorum ducatuum sortem acceperit"[6]. Inter-
*aut.*|384* ponuntur post hec placitacionum | tractatus, et inter imperatorem Fridericum ducesque Polono⟨rum⟩[j] sub duabus condicionibus pax componitur, ut videlicet fratrem Wladislaum suis ducatibus duces Polonorum restituant et tricentas lanceas cesari in bellum Mediolanum mittant[7]. Et dum utraque condicio a ducibus Polono-
*HPI*}*52* rum Boleslao, } Mye⟨cz⟩s⟨lauo⟩[k] et Henrico accepta esset, imperator Fridericus ex agro Polonico legiones deducens, in Almaniam multis suorum ammissis revocavit. Neque solum ducibus Polonie pacem sub condicionibus dedit, sed etiam affinitatem cum illis[l] iunxit, Mye⟨cz⟩sz⟨lao⟩[m] Maioris Polonie et Pomeranie duci neptem suam Adleÿdam[8] dando cum dote insigni in consortem, magis diuturnam existimans pacem, ad cuius equas condiciones sanguinis vinculum adiiceret. [n]–⟨Purgavit eciam se

[g] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [h–h] *Dl. m.in marg. non satis apte in textum insertum* [i] *ita aut. pro* inquiunt, *cf. adn.*[i] *a. 1176* [j] rum *litterae Dl. m. in ras.* [k] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [l] is *litterae corr.* [m] *cf. adn.*[k] [n–n] *Dl. m. in vac.*

tunc Boleslaus Polonie dux cum fratribus iureiurando, quod fratrem suum Wladislaum non ad ignominiam imperii expulisset, pollicitus pro die Nativitatis Christi ad curiam in Maÿdburg venire personaliter et iuxta iudicium et sentenciam Polonorum et Bohemorum super expulsione fratris sui Wladislai respondere et parere[9]. Omnibus tamen, que promiserat, neglectis, nec ad curiam cesaris pro die constituto venit, nec sufficientes pro se procuratores misit; Italicam tamen expedicionem adimplevit[o] magnifice et animose⟩[-n] [10].

A]NASTASIA[11] ducissa Boleslai Polonorum ducis consors filio edito, cui nomen Lestko[12] datum est, morte absumpta est. Ex cuius obitu Boleslaus dux diuturno cruciatus merore, alteram superducere aliquanto tempore abnuebat.

E]CLIPSIS notabilis ⟨solis⟩[p] eo anno [q]⟨nonarum hora⟩[q] apparuit, et Iherusalem sancta a zoldano Babylonie capta est [r]⟨multis Christianorum militibus illic aut desideratis aut captis. Obscuracionem autem solis fames valida, qua plerique mortales consumpti sunt, sequta est, que Poloniam et eius regiones notabiliter afflixit⟩[r] [13].

[s]–Tredecima Novembris[14] moritur Isaslaus Msczislawicz dux Kyoviensis et sepelitur in monasterio sancti Theodori, et Isaslaus Dawidowicz[15] volens intrare Kyow, non est permissus a Wyeczeslao et Msczislao filiis Isaslai. Et venit Rosczislaus ex Smolensko frater Isaslai[16], et Kyoviensem accepit sedem. Posthec venit Hleb Georgii[17] cum multitudine Polowczonum in Pereaslaw contra Msczislaum; et Pereaslawienses fortiter resistendo dimicant secum, et discedit Hleb cum Polowczis ea nocte ex Pereaslaw. Et Rosczislaus assumens secum Swanthoslawkonem Wszewoldowicz et Msczislaum Isaslawicz vadit versus Czyrnyeow contra Isaslaum Dawidowicz[18], et dum pertransisset, nunciatur sibi mors patrui sui Wyeczislai[19]. Ipse autem dimissis exercitibus suis cum Swanthoslao revertitur in Kyow, et in ecclesia sancte Zophie sepelit Wyeczislaum, et recepta milicia vadit versus Czyrnyeow. Et audiens Isaslaus Dawidowicz mittit pro Hleb Georgii, qui venit cum Polowczis in eius subsidium. Et Rosczislaus cum suis exercitibus stetit circa ⟆ Belewyesza, et exivit Isaslaus et Hleb contra eum, et certabant sagittarii pro ripis[20]. Rosczislaus videns magnam multitudinem Polowczonum territus est, et mittit ad Isaslaum dando sibi pro se Kyow et Pereaslaw pro Msczislao nepote. Quod audiens Msczislaus indignatus dicebat: „Nec ego habebo Pereaslaw, nec tu Kyow", et recessit cum milicia sua. Quod videntes

*aut.*|367* (margin, beside "sepelitur")

*HPII*⟆53 (margin, beside "Belewyesza")

---

[-n] *cf. p. 64* [o] *post* ad *litteras seq. ras. 2 litterarum linea obliterata* [p, q–q] *Dl. m. superscr.* [r–r] *Dl. m. in vac., seq. verba* XIII Novembris *s. XVI m.* [s–s] *in scheda inter p. 366 et 369 inserta superscr. titulo* Annus Domini millesimus centesimus quinquagesimus octavus, *cf. Zarembina p. 38*

omnes alii fugiunt, et Polowczy eos persecuti plures occidunt aut capiunt, ceteri disperguntur. Et Rosczislaus fugit in Smolensko, et Msczislaus et Swanthoslaus Wszewoldowicz procedunt fugiendo in Kyow. Et captus est Swanthoslaus Wszewoldowicz a Polowczis, et Msczislaus evasit et venit in Pereaslaw, et assumpta uxore sua vadit in Luczsko[21]. Kyovienses autem plurimum aggravati mittunt et recipiunt Isaslaum in Kyow, qui locat Hleb in Pereaslaw, Polowczis patrantibus multa mala circa Pereaslaw, ecclesias comburentibus atque villas. Posthec Georgius venit versus Kyow et post multos tractatus cessit sibi Isaslaus de Kyow et sedit Georgius in Kyow sede sua avita, et distribuit regiones inter filios: Andree dat Wiszehrod, Borzisch Turow, Hleb Pereaslaw, et Waszilkoni Porszy-[s][22].

*aut.*|384v A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS NONUS

### *Wladislaus exul parans in patriam reditum, in itinere moritur*

Ad patriam et principatus suos ex diuturno[a] calamitosoque exilio, quod in Almanie oris annis tredecim cum coniuge et liberis stipe aliena et precario vivens Wladislaus Polonorum dux pertulerat, quos sibi fratrum benignitas iuxta fedus cum Friderico cesare ictum restituendos spoponderat, reversurus[1], arma equos quadrigasque et subvecciones ceteras, quibus sarcine deferri possent, et reversionis in patriam et rehabitacionis dominiorum cupidus expediebat, cum interim languor gravissimus illum occupavit, a quo ebdomadis aliquot cruciatus [b]⟨quarto Nonas Iunii mensis⟩[b] tandem animam exalat, et in Aldemburk accipit sepulturam[2]. Quem quidem locum et consors sua Cristina usque quo fatis intercepta est[3], incoluit; cuius consilia et persuasiones Wladislaus secutus, propria perdidit, qui usurpare nitebatur aliena[4],
*HPI 1,54* primumque exul, deinde et hostis patrie habitus est. A cuius possessione ⟩ in ipso sue restitucionis limite excidit et temeritati condam sue et in exterminio fratrum, et in cecacione Petri Daci comitis Skrzinensis patrate penas iustas dedit, ut in exilio |

---

[-s] *cf. p. 65*   [a] *seq. ras. 2 litterarum linea obliterata*   [b-b] *Dl. m. in marg.*

contabescens exulisque more in alienis sedibus occumbens neque propriam patriam *aut.*|385** propriosque principatus et penates, quamvis restitucione patefacta contingeret, quemadmodum Iacobus Gneznensis archiepiscopus maiorem in modum eius vicem dolens, talem rerum suarum illi cecinerat exitum eventurum. Post cuius e vita excessum tres filii, videlicet Boleslaus, Myeszl⟨aus⟩[c] et Cunradus Loripes[5] ab eo relicti in Poloniam redire cunctabantur, veriti, ne pro paterno facinore a patruis grave aliquid in illos consuli contigisset, ut non in patrem solum, sed in filios diffunderetur sceleris correpcio. Esto nonnuli asserant Wladislaum prefatum ducem in Poloniam cum pignoribus et suppellectili tunc reversum, tria castra imperatori sumptibus et suffragio, videlicet Wlen[6], Grothecz et Nyempcze edificasse bellumque fratribus movisse. Pro quo rescindendo dum ad colloquium in Plodek[7] cum fratribus venisset, veneno extinctum fuisse[8].

## *Fridericus imperator Mediolanum oppugnat et Bohemiae ducem coronat*

F]RIDERICUS imperator cum et ex Almania, Italia, Bohemia ceterisque nacionibus et regnis frequentem exercitum adunasset, tricente quoque illi lancee viris armis equisque insignes per duces Polonie Boleslaum, Mye⟨cz⟩sz⟨laum⟩[d] et Henricum, ita ut unusquisque ducum centenarium expleret, in solacium sue contra Mediolanenses expedicionis misse[9]. Cum validissimis itaque legionibus Italiam ingressus Brixiensem primum regionem vastat, deinde Mediolanum obsidere aggressus, cum plures illic principes et milites in civitatis oppugnacione ammisisset, Mediolanensibus victis petentibus victus et ipse a misericordia pacem dedit et obsidionem solvit legionesque in propria redire iussit[10]. Sed Mediolanenses brevi post dolo usi iusiurandum imperatori prestitutum prevaricati magnam stragem, castra dicionis imperatorie conquirendo, fallaciter ediderunt[11]. Wladislaus autem Bohemie dux quoniam in expedicionem huiusmodi contra Mediolanenses personaliter se contulerat, in sui laboris premium a Friderico imperatore in Bohemie ⟩ regem coronatus est[12], abrogatisque veteribus insigniis, nigra videlicet aquila, novis, albo videlicet leone, insignitus[13]. *HPII*⟩*55*

[c] l *littera corr.,* aus *Dl. m. in ras.* [d] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

A]DRIANUS papa cum annis quatuor mensibus octo diebus viginti octo sedisset, moritur et in ecclesia beati Petri honorifice sepelitur[14], vir civilis, strenuus, largus, facundus et in omnibus actibus suis gloriosus. Cui Allexander tercius, Rulandus ante vocatus, patria Senensis patre Romano[15], a maiore parte cardinalium electus renitens et indignum se hoc onere vociferans successit. Eligitur eciam Octavianus, qui Victor dictus est[16], et gravi scismate Ecclesia turbari extunc cepit. [e]⟨Octauianus prima Dominica Septembris, Rolandus decima octava Septembris in papas consecrantur⟩[e] [17].

K]YOWIENSIS DUX[18] Georgius gravem et iratum animum contra ducem Mscislaum Pereaslaviensem filium Iszaslai gerens, non contentus illum de Pereaslaw expulisse, ordinatis et congestis exercitibus et in potestatem Georgii Iaroslavicz et Iaroslai ducum comissis ipsos contra Mscislaum ducem in Przeszopnicza se continentem transmittit. Qui terrore hostili actus, cum se imparem future dimicacioni videret, ex Przeszopnicza fugit[f] in Luczsko. Et castro Luczsko in fidem et defensionem fratris germani Iaroslai[19] comendato, ad Polonorum duces Boleslaum, Mye⟨cz⟩sz⟨laum⟩[g] et Henricum confugit, intelligens et pro comperto habens, quod Georgius Kyovienses eciam ad exclusionem suam de Luczsko aspiraret copiasque congereret. Principes autem Polonie, videlicet Boleslaus Cracouiensis, Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[h] Poznaniensis, Henricus Sandomiriensis exule Msczislao benigne excepto et omnibus necessariis aput se foto[20], congregatis dominiorum suorum potenciis versus Russiam hostiliter procedebant, Msczislaum ducem ⟨non⟩[i] in Pereaslaviensem tantummodo, sed eciam in Kyowiensem sedem restituturi. Potenciam autem Polonorum Georgius Kyowiensis dux veritus, per medium Roscislai ducis Premisliensis[21] pacificatur cum Msczislao duce et germanis suis Wlodimiro et Iaroslao filiis Iszaslai[22], et tam ducatum |
aut.|586** Pereaslaviensem, quam omnia, que ad eos pertinebant, eis restituit, iureiurando se astringens nunquam ad occupacionem eorum dominiorum aspirare. Qua reconciliacione inter eos confecta Msczislaus dux cum magna gloria rediit Russiam, pluribus Polonorum militibus eum usque in Wladimiriam conducentibus et plerisque remanentibus aput eum. }

---

e–e *Dl. m. adscr.* f *seq. ras. 1 litterae* g, h *cf. adn.*[d] *a. 1140* i *Dl. m. superscr.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS

### *Myeczslao filius Boleslaus nascitur, et Boleslaus Crispus secundas nuptias celebrat*

Nova Mye⟨cz⟩s⟨laui⟩[a] Maioris Polonie et Pomeranie ducis nupta Adleyda ducissa novum progenuit infantem, qui a Iohanne Gneznensi archiepiscopo in Poznaniensi ecclesia baptisatus Boleslaus[1] vocatus est. Mye⟨cz⟩s⟨laus⟩[b] autem dux de filii nativitate exultans corrogatis plurimis Polonorum primoribus diem natalis filii prefati magna celebravit festivitate, et tam in ecclesias quam in ministros eorum viduasque et orphanos gracia et liberalitate usus multorum precibus et necessitatibus benigna concessione respondit. Affuerunt eciam solennitati prefate Boleslaus ⟨Crispus⟩[c] Polonorum dux et monarcha, in cuius honorem infans suo nomine vocitatus est, et Henricus Sandomiriensis dux, qui in plurimis inter se vicissitudine vicaria transmissis muneribus in magna animorum tam caritate quam conformitate in sedes suas reversi sunt. Verum quia inter sermones, quos invicem secreto duces disserebant, id precipuum extiterat, ut Boleslaus ⟨Crispus⟩[d] dux et monarcha viduitatis nomine exuto alterum coniugale iugum exciperet, frequentibus fratrum et consiliariorum persuasionibus expugnatus, Cracouiam reversus Helenam virginem, principis Przemisliensis Roszczislai filiam[2], recipit in consortem nupciarum quoque solennitas Cracouie pluribus diebus acta est. Ad quam Boleslaus et germanos suos et prelatos, baronesque universi Polonie Regni, nonnullos quoque Russie boyarios et nobiles invitatos et splendide tractavit et liberalibus honoravit donariis.

### *Honoldo Wladislaviensi episcopo succedit Rudgerus*

[e]⟨Quatuor annis Honoldus Wladislaviensi ecclesia potitus moritur et in Wladislauiensi ecclesia sepelitur[3]; cui Rudgerus vir nacionis Theutunice[4] succedit, per Alexandrum papam tercium provisus⟩[e]. {

[a,b] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [c] *Dl. m. superscr.* [d] *Dl. m. in marg.* [e-e] *Dl. m. in vac.*

IIPII}57 A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS PRIMUS

*Mediolanum rursus ab imperatore Friderico fortissime oppugnatur; ubi Wladislai ducis Polonorum exulis filius gloriae cupidus facinus heroicum et egregium edit*

Frequentibus et acerbis iniuriis contumeliisque Fridericus imperator Romanus post datam acceptamque fidem a Mediolanensibus irritatus, cum et nuncios cesareos ad se missos probris affectos in mortem, nisi sibi per fugam consuluissent, destinaverant, et castris cesareis, que in circuitu suo erant, potenter et celerrime, ipso Friderico adhuc in Italia agente, expugnatis milites suos in illis deprehensos aut necassent aut duris coniecissent carceribus[1], Fridericus ipse nova expedicione indicta Mediolanum fortissima milicia obsidere cepit, tantoque contra Mediolanenses gracia et misericordia sua abusos furore incanduit, ut iuraret se ex obsidione non nisi victa Mediolano discessurum. Boleslaus itaque Altus Polonorum dux, Wladislai ducis et exulis primogenitus, ne ocio et desidia torperet, cum in patriam et principatus suos neque sibi neque fratribus tutum putaret reverti, duobus germanis Myeszlauo[a] et
*aut.* 387* || Cunrado sub cura genitricis sue Cristine in Almania[b] | relictis, in Italiam se con-
XV/XVI tulit[2] et in castra imperatoris Mediolanum obsidentis pervenit, miliciam suam et animositatem, ubi facto opus foret, monstraturus. Sub ipso autem obsidionis tempore miles quidam Mediolanensium et roboris et stature singularis et que ad ciclopum staturam accedebat, eques ex Mediolano prodibat, provocans cesareaneos milites de viribus corporis fretus, ad singulare certamen. Cumque pluribus diebus provocacionem ipsam repeteret[c] et omnes evidens periculum declinarent, miles[3] ipse improperiis erga cesareaneos usus, timiditatem illis et molliciem pectoris exprobabat. [d]⟨Que res ad demonstrandum heroici animi virtutem Boleslao Polonie duci materiam prestitit et segetem fortuna ingenio suo subministravit. Ipse siquidem⟩[d] Boleslaus[e] Polonorum dux glorie fameque avidus, cum et de corporis viribus satis fideret et in nulla alia re quam in huiusmodi singulari certamine audaciam et virtutem suam eque explicari atque aput imperatorem mereri posse videretur, impera-

---

[a] lauo *litterae eadem m. corr. in ras.* [b] *in aut. seq. verba* relictis in Italiam [c] *littera* t *corr., seq. ras. 1 litterae* [d–d] *Dl. m. in marg.* [e] *seq. ras. aliquot litterarum linea obliterata*

tore Friderico eciam inconsulto et iniussu eius in certamen singulare cum milite giganteo eques et ipse descendit magnumque spectaculum utrique exercitui prebuit, cum et impe}ratorii milites ex castris effusi et Mediolanenses ex turribus et menibus *HPII}58*
eventum futuri certaminis cum silencio et magna omnium admiracione spectaturi convenissent. Subibat autem cesareaneorum militum vehemens indignacio atque cura, cur tam difficile, periculosum et dispar certamen Boleslaus Polonorum dux iniussu imperatoris et suorum prefectorum suscepisset [f]⟨et sese prerupto miscuisset periculo⟩[f] magnum dedecus non tam sibi quam imperatori et universo suo exercitui, si eum frangi contingeret, inusturus. Dissimulante tamen magis quam probante imperiali exercitu, singulare inter utrumque initur certamen et rapacissimo equorum cursu infestisque lanceis primum concurrunt, et Mediolanensi milite frustrante ictum Boleslaus Polonorum dux adeo illum lancea excepit vibravitque, ut lethali vulnere gigas excepto moribundus ex equo in terram deflueret. At Boleslaus nichil cunctatus, cum vir rare agilitatis esset, ex equo et ipse desiliit et iacentem gigantem obtruncat armisque spoliatum cadaver exanime in palestre medio reliquit. Maximus subinde clamor a cesareanis sublatus maximam exultacionem, quam universus exercitus imperialis de triumpho conceperat, testabatur. Ad cesarem deinde Fridericum Boleslaus Polonorum dux spolia occisi gigantis [g]⟨egregium sue virtutis testimonium⟩[g] referens, a frequenti militum imperialium cetu certatim eius virtutem probitatemque efferentibus deductus est, omniumque militum vociferacione concinna exoratus cezar, quatenus heroicum Boleslai opus in suam et sui exercitus amplissimam laudem patratum absque digna retribucione esse non sineret. Cesar autem et pro sui debito et pro Boleslai merito militumque precacione se gratissimo animo obtulit tam nobili facinori responsurum, Boleslaum tamen Polonorum ducem tunc quidem coram militibus collaudans, posthac ad secretum colloquium paucis consiliariis consciis evocatum temeritatis arguit, quod iniussu suo periculosum discrimen subisset. „Ego te–inquit cesar– laudo et admiror, Boleslae, probitatique tue gratulor, de qua universo exercitus mei testimonio macte vir virtutis celebraris, eo[h] tamen uno offendor, quod discrimen notorium me neque consulto neque requisito aggredi voluisti, qui quanto michi propinquiori sanguine iunctus es, tanto maiorem in modum amplior dolor et ignominia, si fortuna pro hoste stetisset, ad me videbantur perventura. Nunc quidem tibi tuisque ausibus facile ignosco, admonitum

---

[f–f], [g–g] *Dl. m. in marg.* [h] *inter* e *et* o *litteras ras. 1 litterae*

tamen te esse volo, ne in posterum ad ea, que cum publico discrimine agenda sunt,
*aut.*|388* *HPI*|59 iniussu meo | ceca temeritate prorumpas". Hiis verbis increpitum li|beralissime tamen muneratum dimisit, ⟨cui⟩[i] et tum et deinceps et a cesare et principibus suis atque universo exercitu maximus pro devicto hoste honos habitus est, in altumque gradum sua crescere ascendereque cepit estimacio. [j]⟨Sed et quocumque illum incendere aut versari contingebat, gigantis tum admiracione omnium demonstrabatur victor, heroica quoque sua virtus universorum sermonibus celebrabatur; [k]fugaverat enim in illo seculo Israhelita Philisteum et loricatum Goliad David inermis in funda et lapide spectatus est occidisse[k]⟩[j] [4].

[l]⟨Pridie Kalendas Iunii Geysa secundus Hungarie rex, cum annis viginti mensibus tribus et diebus undecim regnasset, moritur et in Alba sepelitur[5]; in cuius locum Stefanus filius eius coronatur⟩[l] [6].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS SECUNDUS

### *Duorum monasteriorum, videlicet Myechoviensis et Zwyerzinyecensis per Jaxam fundatio*

Magno in Deum et in meritum Passionis Iesu Christi miles nobilis Iaxa de Mÿechow dominicellus et armiger Cracowiensis diocesis[1] actus ardore, vir pro ea tempestate magnarum possessionum atque opum, in subsidium Terre Sancte personaliter cum familiaribus atque armigeris suis profectus, aliquanto tempore illic moram gessit et enixius quo poterat pro Terre Sancte defensione cum suis militavit. In Poloniam autem reversurus inter alia sue devocionis insignia aput patriarcham Sacri Sepulcri Iherosolimitani Monachum nomine[2] et eius conventum sub sancti Augustini regula Deo militancium bifforcatamque crucem rubram deferencium optinuit, ut secum unus ex canonicis suis in Poloniam, ordinem predictum in Poloniam plantaturus, mitteretur[a]. Tres itaque villas patrimonii sui, videlicet Mÿechow[3], Zagorzicze[4] et

[i] *Dl. m. in ras.* [j-j] *Dl. m. adscr.* [k-k] *nitidiore atram.* [l-l] *alia m. XV s. in vac.* [a] Duorum monasteriorum, videlicet Myechoviensis et Zwyerzinyeczensis per Iaxam fundacio *Dl. m. in marg.*

Komorowo[5], in dotem ordini prefato conferens, in villa principali Mÿechow, quam nunc in civitatem frequenciam populorum et reddituum habentem profecisse videmus, ecclesiam et primum cenobium de speciali consensu et voluntate Mathei Cracowiensis episcopi constituit[6]. Hiis quoque non contentus aliud monasterium in villa sua Swyerzinÿecz prope Cracouiam sita pro virginibus Premonstratensis religionis ordinem profiteri volentibus, aliquot villis etiam illud dotans erexit[7]. Et ne temporis processu dotacio sua duobus locis } predictis facta, a suis proximioribus *HPII*}*60* et cognatis posset labefactari aut infringi, suppliciter illam peciit a Boleslao ⟨Crispo⟩[b] Polonorum duce et monarcha confirmari. Cuius prestantissimis precibus dux Boleslaus permotus, et operi sancto confirmacionem prestitit et bona utriusque monasterii per Iaxam collata a ducalibus serviciis, oneribus et tributis libertavit; statuit siquidem, ut homines villarum huiusmodi ad expedicionem non eant, castra non edificent, poradlne et stroszne non solvant, monetario non obediant, powosz et podwodas dare non stringantur[8]. Ea quidem biduo monasteria tunc per virum insignem Iaxam in aliquot villis fundata, expost ducum episcoporumque et nobilium Cracoviensium donacione, decimis, opidis, villis et notabilibus redditibus amplificata atque impinguata sunt. Cuius autem stirpis aut quorum armorum miles Iaxa fuerit, parum ex veteribus auctoribus et scriptu⟨ris⟩[c] constat, licet aliqui astruere illum conentur de Griffonum domo et genealogia extitisse[9].

### *Radwano Posnaniensi episcopo succedit Bernhardus*

[d]⟨Radwanus Poznaniensis episcopus cum annis octo sedisset, a passione iliaca correptus moritur et in Poznaniensi ecclesia sepelitur[10]. Cui Bernhardus primus canonicus Poznaniensis[11] via scrutinii electus succedit, a Ianislao archiepiscopo Gneznensi, Myeczszlaui ducis Maioris Polonie patrocinante consensu confirmatus et consecratus⟩[d]. |

P]RO TIRANNIDE[12] et sevicia, quam in Lombardos et Tuscos Fridericus imperator *aut.* |389* exercebat, ab Alexandro papa tercio reprehensus in magnum furoris nubilum Fridericus imperator excandescens, dum et a plerisque insimularetur, Mediolanensibus ceterisque Tuscis atque Lombardis contra cesarem favisse, Octavianum ⟨cardinalem⟩[e] qui et ipse a minori parte cardinalium electus fuerat, contra Alexandrum

[b] *Dl. m. superscr.* [c] ris *litterae Dl. m. in ras.* [d–d] *Dl. m. in marg. inferiore* [e] *Dl. m. superscr.*

erigit, qui se Victorem nominavit. Qui favore imperatoris facile universum temporale in Italia dominium, vero papa Alexandro spoliato, adeptus est. Tantis insuper persecucionibus et insidiis Alexander papa tum ab imperatore Friderico, tum ab Octaviano suo competitore petebatur, quod coactus est Romam et Italiam relinquere et in Franciam se conferre. Quo cum pervenisset, a Lodwigo Francorum rege honorifice exceptus atque humanissime habitus et tractatus est. }

*HPII{ 61* [f]⟨Federe[13] et iuramento, quod Georgius Wlodimirovicz Kyoviensis dux cum Mstislao Yszaslavicz et fratribus suis Wlodimiro et Iaroslao pepigerat, temerato bellum intulit ei; quo dimicare non audente aput castrum Wladimiriense ipsum cingit obsidione. Fiebant autem per omnes obsidionis dies pugne horribiles inter obsidentes et obsessos et sanguinis humani grandis effusio, Polonorum militibus, qui in Mstislai ducis erant obsequiis, egregia facinora assidue edentibus in obsidentes et triumphos frequentes referentibus ex eisdem. Contentus autem erat Georgius dux pacem dare Mstislao, si illam petere voluisset, sed eo renitente, dum nichil profecisset, multis notabilibus de suis ammissis confusus in Kyow rediit⟩[f].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS TERCIUS

*Mediolanum diruitur et solo aequatur;*
*Wladislai exulis filii imperatore et precibus et minis urgente*
*comiter a patruis recipiuntur*

Obsidione prope triennali Mediolanensis urbs a Friderico imperatore fatigata, fame insuper et nece frequenti suorum in dies occumbencium pluribusque aliis incomodis vexata, tandem vi capitur et expugnatur, cuius muros turresque imperator dirui et solo se inspectante mandavit equari[1]. Nec fortunis solum, sed et sacris spoliare urbem victam agressus, corpora trium Magorum, qui infanciam Domini nostri Iesu Christi venerati sunt, per sanctum Astorgium ex Constantinopoli miraculose quondam in Mediolanum translata, item corpora sanctorum Felicis et Naboris per

[f–f] *Dl. m. in vac.*

Rudolfum Coloniensem archiepiscopum in Coloniam mandavit efferri[2]. Mediolano autem diruto cetere Lombardie et Tuscie urbes, preter Papiam, que sola imperatori parebat, in dedicionem venere, imperatorque victoria potitus principes et gentes auxiliares pro maiori parte in domos remisit[3]. Inter quos et Boleslaus Polonorum dux spolia victi a se gigantis imperatoriaque dona referens remeabat. Scripsit[4] autem Fridericus imperator Boleslao ⟨Crispo⟩[a] Polonorum duci et monarche, scripsit et Mÿe⟨cz⟩s⟨lao⟩[b] Henricoque ducibus Polonorum, patruis eius germanis in favorem Boleslai literas, virtutem eius magnopere comendans, petens et vigore pactorum secum initorum requirens, ut prefatum Boleslaum et fratres suos Mÿe⟨cz⟩s⟨laum⟩[c] et Cunradum ad suos principatus et dominia restituerent, presertim cum pater eorum Wladislaus non exilio solum diuturno, sed et morte scelus in eos admissum expiasset. Nec literis solum contentus, etiam nuncios, qui hec ingeminarent, et si preces et exhortacio|nes parum *HPII* 62 proficerent, terrerent, ad Polonorum duces transmittit [d]⟨qui imperatoris nomine aput Polonorum duces verba faciunt: „Quando — inquid cesar — certum et obstinatum noluisse vos in graciam cum fratre redituros agnovi, eadem, necquicquam agendo, illo superstite, frequencius sufragia repetii, quin, quoniam rebus humanis absumptus est, pignorum saltem suorum et vestrorum nepotum vos miserabilis calamitas moveat pudeatque, quod soli patrii extorres alienos lares stipe pene emendicata inhabitent"⟩[d]. Hac legacione cesarea Boleslaus, Mÿe⟨cz⟩s⟨laus⟩[e] | Henricus *aut.*|590' permoti, cum et cesaris formidarent iram, et nepotum, Boleslai precipue maioris natu, propter virtutes suas et decora misericordia moverentur, peticionibus cesaris assenciunt [f]⟨veniam nepotibus se daturos patriumque scelus ignoscituros, ut intelligeret illos cesar suis iustis intercessionibus morigeros, respondent fratri ideo non ignovisse, ne acceptus bella et sediciones peiora prioribus seruisset. Responsisque huiusmodi facta amiciciora adiciunt, viaticum conferunt, oram Zlesie, quam Odra fluvius percurrit, usque ad terminos Saxonicos [i]et montes Bohemicos[i] protensam, duas habentem insignes, Wratislaviensem et Lubuczensem dioceses, in sortem perpetue hereditatis illis atribuunt⟩[f] ⟨cer⟩tosque[g] milites, qui nepotes predictos ex Almania reducerent, transmittunt. Quos advenientes benigne et comiter appellatos excipiunt, ac universam Slesie regionem usque ad Alpes [h]–⟨et silvas Ericinias, Poloniam di-

---

[a] *Dl. m. superscr.* [b,c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d–d] *Dl. m. in marg. inferiore* [e] *cf. adn.*[b] [f–f] *Dl. m. in marg. superiore* [g] cer *litterae Dl. m. in ras.* [h–h] *Dl. m. in marg.* [i–i] *superscr.*

videntes a⟩[-h] Bohemia[i], se protendentem in perpetuam illis possessionem atque sortem tradunt. Ut autem oriture inter ipsos nepotes litis occasio demeretur, regionem predictam Slesiticam tali ordine illis parciuntur:[5] Boleslao siquidem Alto Wratislauiensem, Mÿe⟨cz⟩s⟨lao⟩[j] Rathiboriensem [k]⟨et Oppaviensem⟩[k], Cunrado Loripedi Glogowiensem [l]⟨et Krosznensem⟩[l] urbes cum suis appendíticiis largiuntur. Divisione autem huiuscemodi inter nepotes celebrata monet illos Boleslaus dux Polonorum et monarcha, quatenus pacifici sibique velut monarche subiecti vivant paterne quoque tirannidis caveant imitari, ne calamitate paterna involvantur, temeritatem, neque principatus a se et fratribus eis largitos iure, sed precario se teneant adeptos, benignitate patruorum donatos pocius quam redditos. [m]⟨Quod
HPII 63 se illi cum patruorum[n] sinceritate custodituros impleturosque spoponderunt, sed non post multa tempora sponsione temerata et pacto prevaricare quam servare, quod pepigerant, maluerunt. [o]Adhibuit autem quilibet ducum prefatorum operosam diligenciam, ut sortes suorum principatuum civili et externo bello vexatas et propterea desertas, in frugem meliorem verterent, eorumque industria brevi regio Zlesitica coaluit[o]. Myeczslaus[p] tantummodo dux[q] ad id demencie amore cuiusdam muliercule infascinatus venit, ut sortis sue notabilem civitatem Oppaviam eidem muliercule perpetua donacione conferret[6]. Cunradus posthec inmatura morte sexto decimo Kalendas Februarii decedens sine liberis, sortem suam, Glogoviensem ducatum, inter [r]fratres parciendam reliquid[r]⟩[m] [7].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS QUARTUS

### *Boleslaus Polonorum dux Prussiam ingressus Pruthenos fidem Christianam suscipere et tributa pendere coegit*

Hostili respectu, qui a cesare Almanisque propter ducis Wladislai et filiorum suorum propulsionem et exilium superimpendere videbatur, sublato, cum et ex reliquis regionibus Polonie Regno vicinis nichil timeretur hostile, Boleslaus Polonorum dux

[-h] *cf. p. 75* [i] *seq. ras. 3 litterarum* [j] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [k-k] *Dl. m. in marg.* [l-l] *cf. adn.* [k-k] *(in ras.)* [m-m] *Dl. m. in vac.* [n] *in marg. nitidiore atram.* [o-o] *nitidiore atram.* [p] *cz litterae superscr., vox integra in ras. corr.* [q] *in ras.* [r-r] *deficiente spatio minutioribus litteris*

et monarcha communicato fratrum suorum et nepotum principum Polonie consilio expedicionem contra Prussiam gentem, idolatrie in eam diem deditam, indicit[1], fidei sacre katolice et sue dicioni illam subiugaturus. Convenientibus itaque omnium principatuum Regni Polonie copiis Ossa flumine, qui terras Polonorum a Prussorum distinguit, supera⟨to⟩[a] Prussiam agmine tripartito ingrediuntur. Primo siquidem agmini Henricus dux Sandomiriensis preerat, secundo Mÿe⟨cz⟩s⟨laus⟩[b] Maioris Polonie dux, tercium Boleslaus monarcha ductitabat. Pruteni cum vires suas ad resistendum Polonorum multitudini imbecilles estimassent, in silvas paludesque et loca avia diffugiunt, noctibus tamen exercitum Polonorum, si quando iniquitas locorum occasionem prebebat, lacessunt, in apertam dimicacionem non prodeunt. Iam dimidium eorum regionis Polonorum exercitus flammas vicis et villagiis, populacionem agris ingerens, emensus erat, cum Pruthenorum primores securitate petita in castra perveniunt pacemque petunt, offerentes se obedienter omnia, que imperarentur, facturos. At Boleslaus Polonorum dux et monarcha primum iubet decernitque, ut, si ⸾ pacem salutemque accipere velint, vetustis se abdicent gentilitatis sordibus atque erroribus, fidemque et religionem profiteantur katolice puritatis; *HPII⸾64* absque renunciacione idolatrice caliginis nullam se sperent equam pacem cum Polonis habituros, abdicatis erroribus, equis condicionibus se pacem daturum. Ea condicio cum durior acerbiorque Pruthenorum nunciis videretur, ad suos redeuntes, | quid *aut.*|591* opus facto sit, consultant. Verum etsi multitudinis fremitus ubique coortus condicionem propositam execrari se significaret, a maioribus tamen fremitu sedato persuasum est, ut condicionem ipsam, postquam aliter patria liberari nequiret, acciperent, Polonis abeuntibus illam reiecturi. Ad Boleslaum itaque reversi vafri callidique homines, supersticionibus erroribusque gentilibus renunciant, fana idolaque demoliuntur, fidem katholicam profitentur, unda baptismatis, Boleslao et principibus Polonorum compaternitatem et affinitatem cum hiis, qui prestanciores erant, contrahentibus abluuntur, ecclesie instaurantur et sacerdotes ad erudiendos neophitos, hii presertim, qui eorum linguam aut sonare aut intelligere noverant, relinquuntur, regio quoque Prutenica Chelmensi episcopo committitur[2] cum suis populis in his, que fidem administracionemque spiritualium concernunt [c]⟨propter propinquitatem⟩[c] gubernanda. Universale denique Boleslai iussu proponitur Prutenis edictum[3]: omnes fidem katolicam professos professurosque liberos fore;

---

[a] to *litterae Dl. m. in ras.* [b] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [c–c] *Dl. m. in marg.*

qui baptismum abnuerent, sub hasta venire. Terruit hoc edictum etiam eos, qui pertinacioris pecto⟨ris⟩[d] erant, nemoque venumdari pertimescens reperiebatur, qui in baptismum non prorupisset. Maxime universus Polonorum exercitus repletur gaudio et exultacione, Pruthenicum populum videns ad fidem Christianam, quam aliquando persequi solitus erat, accessisse, ex hostibus quoque infestis fideles et devotos effectos esse. Ea racione et respectu Boleslaus Polonorum dux et monarcha illectus, in fidei sancte, cuius dilatacionem principaliter intendebat, favorem, modico tributo in signum subieccionis Prutenis imposito exercitum in Poloniam reducit.

### *Myeczslao Maioris Poloniae duci nascitur filius Myeczslaus*

[e]⟨EUDOXIA consors Myeczslavi Maioris Polonie ducis alterum parit infantem apud Poznaniam, qui baptisatus paternum nomen Myeczslaus[f] sortitus est⟩[e] [4].

I]N PANNONIORUM[5] quoque Regno intestino bello inter duos fratres, Stephanum IIPII}65 et Ladislaum, pro imperio exorto etiam finitimos reges ar}mis involvit. Ladislaus siquidem moleste ferens Stephanum germanum suum natu maiorem in Hungarie Regnum se pretermisso sublimatum, suggestionibus persuasionibusque nonnullorum Hungarorum, qui res novare soliti erant, inflatus Regnum Hungarie invadit, Wladislaumque Bohemie regem multis promissionibus inescatum in sui solacium accersit. Cui Stephanus Hungarie rex debitam resistenciam oppositurus imperatorem Grecorum [g]⟨Calo Iohannem⟩[g] [6] (affinis enim suus ex parte uxoris sue erat) conduxerat. Itaque et a proprio et forensi milite Hungarie Regnum plurimis spoliis et incommoditatibus vexabatur, uterque enim exercitus, Grecus videlicet et Bohemicus, predis et spoliis contentus, in publicum certamen non prodibat. Tractatu deinde interposito Ladislaus cum Stephano Hungarie rege, imperatore Greco et Bohemie rege mediantibus pacificatus est et Transiluanensi regione contentatus[7]. Iunxit et Bohemie rex cum Grecorum imperatore affinitatem, filiam filii sui Friderici nepoti Grecorum imperatoris dando in consortem[8].

[h]⟨Quintadecima die Maii mensis Georgius Wlodimirovicz dux Kyoviensis morbo implicatus apud Kyow moritur et in ecclesia Sancti Salvatoris apud Berestow sepelitur[9]. Dum autem plures Russie duces sedem ambirent Kyoviensem, Iszaslaus Davidovicz dux faventibus Kyoviensibus illam est adeptus⟩[h]. |

---

[d] ris *litterae Dl. m. in ras.* [e–e] *Dl. m. in vac.* [f] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [g–g] *Dl. m. in marg.* [h–h] *Dl. m. in vac.*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS QUINTUS aut.|392*

### *Prutheni a fide catholica ducibus Poloniae conniventibus et tributis contentis desciscunt*

Vafra[1] ementitaque Pruthenorum in fidem Christianam, quam ad retinendam libertatem vitamque Boleslao Polonorum duce et monarcha cogente susceperant, religio vix unius anni duravit spaciolo, sed velut vapor ad modicum parens evanuit. Prutheni siquidem tum diabolica suggestione tum sua temeritate agitati, dum illis ortodoxe religionis iugum asperum difficileque videretur [a]⟨tumidasque et inflatas gererent cervices necdum frenis fidei assuetas, ab imposito nuper iugo religionis Christiane resilire ceperunt ad idolatrie profana conversi⟩[a] baptismate, quod susceperant fede { temerato ad profanos gentilium redeunt ritus, ac sacerdotes et mi- HPII{56
nistros Dei pro eorum erudicione a Boleslao relictos morte interminata, si [b]⟨ad illos⟩[b] revertantur, in Poloniam remittunt. Boleslao autem Polonorum duci, cum ab illo novum sibi indici bellum vererentur, pro commisso apostasie facinore satisfacturi bellumque sibi inferendum aversuri, nuncios et tributa et munera ferentes transmittunt. Orant, ne in culpam illis cedat a fide Christiana aversio, se neque Deos suos patrios, quos tanto tempore coluerant, neque sacra, quibus insue⟨ve⟩rant[c], relicturos, religionem Christianam gravem illis et difficilem fore, neque gentem Prutenicam eius legibus teneri quovis pacto posse; non ob id tamen de subieccione et fide semel Boleslao et Polonis prestita et tributis sibi impositis quicquam aut variaturos aut diminuturos; sineret Prutenos ritibus et sacris suis vivere, sciretque illos ad vectigalium pensionum solucionem, ad obeunda insuper pro Polonis bella, et ad singula, que preter fidem Christianam imperarentur, fidos sibi futuros et sinceres esse. [d]⟨Rupturos quoque se minabantur imperium, si non patriis, sed Polonorum et Christianorum ritibus cogantur vivere⟩[d]. Nephandum abhominandumque Prutenorum apostasie piaculum in Deum fidemque ortodoxam commissum, evidentemque sui Creatoris iniuriam, sive precibus sive muneribus Prutenorum Boleslaus Polonorum dux expugnatus, levius quam sue condicioni conveniebat, perferre visus,

---

[a–a], [b–b] *Dl. m. in marg.* [c] ve *litterae Dl. m. superscr.* [d–d] *cf. adn.*[a–a]

neque illud vindicare neque rescindere aggressus [e]⟨dissimulacionis torpore in tam flagranti et enormi facinore usus, ubi districtissime cohercionis articulum pro expianda ira Dei, honoranda religione Eius et scandalo tollendo celerrime conveniebat interponi⟩[e] legatos Prutenorum in sua pertinacia et apostasi magis solidatos quam correctos remisit, rerum fidei rerumque Divinarum, que vite quoque ipsi anteponende erant, omnem a se curam prorsus relegans et celestibus atque eternis preferens caduca et terrena, nichil se lesum nichilque sibi iniuriatum aut ademptum ratus, si Pruteni in fidei contumeliam ad idolatriam relapsi, censum se pendere pollicerentur fiscalium tributorum, rebusque suis privatis suum statum suumque tenorem retinentibus res fidei equius lacerari et contaminari paciebatur, in periculosum discrimen iusto Dei iudicio, cuius religionem vindicare distulerat, perventurus. [f]⟨Nec ita multo post Pruthenis insolencioribus ex impunitate neglecti ritus effectis suo ingenio uti et bello rursus Polonos lacessere ceperunt. Abicienda autem prorsus illa pestifera a ducali [g] auctoritate tolerancia esse debuerat, que aliis deferendo se ipsam scelesti facinore et indignacione Divina irreciebat, Divine iusticie excepturus sentenciam, *HPII 67* quia { segni indulgencia dissimulavit plectere, qui Deo et fidei orthodoxe inferebant ludibria, peccatores⟩[f].

*Iohanni primo Gnesnensi archiepiscopo succedit Petrus*

[h]⟨Iohannes primus alias Ianislaus Gneznensis archiepiscopus annis decem et septem regiminis onere expleto moritur et in Gneznensi ecclesia sepelitur[2]. In cuius locum Petrus canonicus Gneznensis, genere nobilis Polonus de domo Srzyenyewa[3], per eleccionem canonicam successit, ab Alexandro papa tercio provisus, a ducibus Polonie Boleslao Crispo Cracoviensi et Myeczslawo Maioris Polonie promocione et consensu subnixus⟩[h].

---

[e–e] *Dl. m. in. marg.* [f–f] *Dl. m. in vac.* [g] *seq. ras. 1 litterae linea obliterata* [h–h] *Dl. m. in marg. inferiore superscr. nota* MCLXV[to]

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS SEXTUS

*Prutheni Polonis rebellant*
*et Culmensem ac Masoviae terras hostiliter invadunt*

Fidei[1] Divinisque rebus a Prutenorum gente in Salvatoris dedecus et contumeliam nefaria apostasi violatis terrenis quoque rebus, quarum solam integritatem et statum Boleslaus Polonorum dux sibi rebatur sufficere, addiderunt Prutheni prevaricacionem, proprie etenim salutis et fidei federe impune disrupto in maiores mox ausus ad excuciendum subieccionis servitutisque iugum | dilabuntur. Nam Boleslai Polonorum ducis prefectis vectigales census exigentibus et tributa non denegant solum, sed et prefectos pluribus iniuriis affectos, quosdam etiam ultimis suppliciis enecatos cum dedecore a finibus suis discedere compellunt. Neque hiis contenti maximo exercitu non ex ingenuis solum, sed etiam ex aggrestibus comparato in Chelmensem[2] et Mazovie terras, nichil tunc hostile veritas, citaciori quo possunt cursu descendunt et in plures villas et opida populacione passim extensa pecora et queque concupiscibilia diripiunt, cedeque crudeli patrata frequentem captivorum numerum in servitutem suam transportant. Cuius cladis et fraudis nuncium dum Boleslaus ⟨Crispus⟩[a] Polonorum dux accepisset, tumultuario more militibus coactis patriam liberaturus pervicaciter accurrit, hostesque preda rapta in sua divertisse cubilia cognoscens vehementi dolore cruciatur, pergeretne hostes insequi, quos in paludes silvasque constabat esse dilapsos, an subsisteret, consilii inops diu mente ac spiritu afflictabatur. } Sacius tandem visum est rem in aliud tempus differre, cum et paucitas militum in hoste callido et tam armis quam ingenio bellare ex insidiis solito parum tuta[b] foret, maioribusque copiis hosti bellum inferendum, quibus possit et discrimen rescindi et hostium fraus, temeritas atque rebellio iusta animadversione mulctari. Ea sentencia accepta pluribus in locis presidia militum ad fluenta Osse fluvii disposuit, excursiones subitas Prutenorum prohibitura bellumque universo Polonie Regno adversus Prussiam indixit.

*aut.*|393* *HPI I 68*

[a] *Dl. m. superscr.* [b] ta *litterae corr. in ras.*

*Mathaeo Cracoviensi episcopo succedit Gedeon*

D]ECIMA Octobris Cracouiensium antistes Matheus cum annis tribus et viginti sedisset, moritur et in sua Cracouiensi ecclesia honore iusto tumulatur[3]. Cui per Divinam et humanam vocacionem Gedeon alias Gedka, nobilis de domo et genealogia Griffonum[4] [c]⟨Cracoviensis prepositus⟩[c] successit, ab Alexandro papa tercio in Galliis agente confirmatus et in die sanctorum Gervasii et Prothasii consecratus. [d]⟨Hic autem Matheus episcopus epulis et vane glorie intentus, nunccios ducis Polonie Boleslai subsidium pecuniarium ab eo ducis nomine petentes, adiunctis familiaribus suis ad cloace locum remisit mandans, ut illic thezauros quererent. „Hic sunt — inquit — thezauri mei absconsi“, innuens se singulos introitus episcopales per gulam et ventrem consumpsisse et pecuniam aliquam inaniter a se postulari⟩[d].

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS SEPTIMUS

*Duces Poloniae facta expeditione in Prussiam,*
*ductu et fraude transfugarum in loca iniquissima deducti*
*a Pruthenis facile vincuntur, et dux Henricus occisus est*

Comparatis[1] omnibus, que in bellum Prutenicum Boleslaus ⟨Crispus⟩[a] dux et monarcha Polonorum [b]providenda erant[b], primo estatis tempore copias equestres et pedestres versus Prussiam educit, tanto quidem frequenciores, quanto a vicinarum regionum, que et ipse aliis bellis distinebantur, hostili respectu noverat se solutum. Neque Boleslaum ducem tantummodo, sed et Mye⟨cz⟩sz⟨laum⟩[c] Henricumque
HPII{69 fratres iusta in id bellum stimulabat ira, quippe { in quorum principatus et dominia
aut.|394* propter contiguitatem Prutheni crebris excursionibus grassabantur. | Unde et personaliter cum catervis militum suorum advenerant, omnem operam pro exterminanda gente perfida, dolis et fraudibus assueta, novaturi. Non latuit tam studiosus

---

c–c *Dl. m. in marg.* d–d *Dl. m. in vac.* a *Dl. m. superscr.* b–b *potius post vocem* Prutenicum *ponendum esse videtur (ut cod. Rozr. edd.)* c *cf. adn.*d *a. 1140*

gravisque Polonorum apparatus Prutenos, et tam consciencia patrati a se in Polonos facinoris, quam assiduo rumore et exploratorum relacione ad excidium gravesque penas se didicerant destinatos. Accuratissimis itaque studiis, quibus Polonorum impetus excipi et sua pernicies evitari posset, consultabant. Et cum tam vires suas quam ea, que in fidem et in pacta Polonis promissa moliti erant, metirentur, maiorem in modum universorum animos formido subibat se quoque neque armis neque viris, qui numerum equitum [d]⟨sedecim milia⟩[d] peditum vero decem milia explere poterant, [e]armis neque viribus quoque[e] ad resistendum pares reputantes, omnes conatus ad ingenia dolosque convertunt, astu fraudibusque Polonorum potenciam, cum iusta acie nequirent, superaturi. Neque illos spes opinioque fefellit, sed callido vafroque eorum ingenio, Polonos pro suis transgressionibus iusto puniente Deo, effectus brevi respondit. Erant in Polonorum exercitu quatuor Prutenorum transfuge, qui Boleslai Polonorum ducis per moram assiduam, familiaritatem favoremque meruerant, quibus tanquam locorum peritis Boleslaus terram Prutenorum hostilem ingressus pro ducibus utebatur et ex eorum instruccione et arbitrio et castris eligebantur stativa, et iter, per quod exercitus ducendus esset, que insuper loca adeunda que vitanda, monstrabatur. Tantumque sibi fidei transfuge ipsi aput duces universumque Polonorum exercitum fideliter sincereque singula advisando monendoque prestruxerant, ut omnis belli progressus et administracio, salus quoque et periculum exercitus ex illorum sentencia versaretur. Hos Pruteni magnis muneribus, maioribus promissis corrumpunt monentque, ut sue patrie nacionisque racionem saltem nunc habere velint; non iam de subieccione et tributo Polonis pendendo, quod et ipsum turpe miserumque foret, sed de suo ultimo excidio agi; cogitarent preterea se non in Polonia, sed Prussia genitos esse, suos quoque maiores et consanguineos illic degere; non cunctarent excidium illis[f] preparatum avertere et salutem, quam soli facile prestare possunt, dare, cum officium per eos Polonis impensum bello finito ad oblivionem recisurum esset, beneficium vero genti sue atque nacioni prestandum cum eorum amplissima laude perpetuo mansurum. Hiis verbis muneribusque transfuge expugnati Polonicum exercitum prodere consenciunt prodicionemque pro libito *HPII 70*
Prutenorum componunt. Iam Polonorum duces et exercitus in Prussie interiora pervenerant crudelemque tam puberum quam impuberum cedem edendo, frequentes quoque villas et vicos flammis dederant, in ultima Prussie continuando cedes

d–d *Dl. m. corr. in ras.* e–e *verba inutiliter repetita, quae si sustuleris filum orationis integrum restituetur* f illi *aut.*

et incendia transiturus[g]. Compositam itaque fraudem et prodicionem transfuge executuri [h]⟨non provisis comeatibus, non exploratis itineribus per invia silvestria trahebatur exercitus⟩[h] Polonorum primum agmen, quod Henricus Sandomiriensis princeps ducebat, item et reliqua agmina, quibus Mye⟨cz⟩s⟨laus⟩[i] dux ceterique prefecti preerant, postremum deinde, quod Boleslaus monarcha cum exercitatissimis militibus servabat, in saltus primum et silvestres densaque solitudine rigentes recessus, deinde paludinibus[2] limosique bituminis lubricitate perpetua obsitis, loca [j]⟨palustria, descensu insuper et congerie imbrium limosa⟩[j] et que naturales voraginum abissos vernancia graminis superficietenus nati tegebant, inducunt, magnum hominum pecorisque numerum locis huiusmodi superatis assercione dolosa transfugarum, quo |
*aut.*|395* minor itineris tedium esset, reperturi. Verum dum iam primum Polonorum agmen ad angustias saltus fraude ducum perductum esset, Prutenorum caterve in variis locis ex insidiis prosiliunt et sagitis eminus emissis agmen primum [k]⟨pro temporis et loci necessitate[l] quam ut rei militaris racio et ordo poscebat, instructum neque ⟩[k] progredi neque cedere valens, letiferis vulneribus a reciprocis vulneribus ipsi tuti, iniquitate locorum freti facile parvo negocio fundunt conficiuntque. [m]⟨Primis ordinibus in palustrem et limosum incidentibus locum celerius quo poterant incumbebant hostes, liberius telis confossuri eos, qui a locorum detinebantur voragine⟩[m] ubi princeps celeberrimus Henricus Sandomiriensis in acie pugnans vi telorum oppressus, cum pluribus insignibus militibus occis⟨us⟩[n] [o]⟨plurimisque vulneribus consertus prius spiritum quam bellum deposuit prestabatque per virtutem mori quam ad ignominiam vivere [p]et armis nequicquam tutantibus transfossus in terram moribundus defluxit[p]⟩[o] [3]. Et licet secundum et item tercium atque quartum agmen primo auxilium laturum iniussu ducum et prefectorum accurrisset, fere tamen singuli, qui incaucius studio suis succurrendi erumpebant aut scenosis involvebantur suffocabanturque gurgitibus aut hostilibus hastis et cuspidibus, in mortem propriam ceca rabie ruentes quasi quedam victime excepti confossique obtruncabantur;
*HPII*|71 neque enim relinque|batur ullum aut cadendi[q] aut effugiendi [r]⟨in tanta rerum iniquitate spacium⟩[s] Pruthenis et a fronte tergoque, et a leva[s] dextraque urgentibus et iacula vibrantibus in inclusos. Inter hec tamen limosa paludinum et

---

[g] *potius* transituri *(ut Ed. Crac.)* [h–h] *Dl. m. in marg.* [i] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [j–j] *Dl. m. in marg.* [k–k] *cf. adn.*[j–j], *in aut. seq. vox superflua* neque [l] *desideratur* potius [m–m] *Dl. m. in marg.* [n] us *litterae Dl. m. in ras.* [o–o] *Dl. m. in marg.* [p–p] *nitidiore atram.* [q] a *littera corr. in ras.* [r–r] *Dl. m. in marg., in aut. seq. vox superflua* spacium [s] le *litterae in ras.*

stagnorum vorago omni hoste terribilior videbatur, cuius profunditas dehiscensque ingluvies armorum pondere pressos plures absorbuit, quam quos hostis cepit aut necavit. De extremis agminibus, quos nondum proditorium torcular involverat, [t]⟨Poloni cum se in extrema viderent incidisse et hostibus nichil impeditum, sibi vero nichil salubre adverterent, eam tunc de se tamen prestitere virtutem, ut cum primi aut sagittis confecti aut limo absor[pti] caderent, proximi iacentibus supergressi ex eorum corporib[us], donec et ipsi telis conficeren[tur], pugnarent, nichil aliu[d] superesse locorum fraude deceptis quam solacium honeste mortis, arbitrati. Totum fere illic milicie Polonice decus barba[rorum] obtritum rabie, signa Polonica ab hostibus inte[r]cepta, corpus Henrici Sandomiriensis ducis fed[e] et miserabiliter suis insigniis exutum, inter permiscuas cadaverum strues ab sceno devoratum, si devoracio et mors dicenda est, quam pro patrie pietate et populi sui victoria oppeciit⟩[t] uterque dux Boleslaus et Mÿesz⟨laus⟩[u] cum ordinibus, quos ducebant, salvus evadens, dum pro maiori parte suas copias locorum iniquitate deletas[v] vidissent, in Poloniam gemebundus multos gemitus et eiulatus tum pro cari fratris ducis Henrici tum pro militum morte emittens rediit, reliquias miseri et laceri exercitus reducens. Nec solum tunc, sed et in plures etates super tam infelici militum desideratorum morte lugubres voces et lamenta a cognatis, coniugibus et amicis audiebantur, in ipsa siquidem miserabili et miseranda clade Polonorum virtus prestancior confracta et extincta est, et robustissimorum militum flos emarcuit. Nam et relatu perdifficile est perstringere, quantos ingenuos adolescentes, quot exercitatissimos milites, quos equos, que arma, quantas substancias, quantas fortunas clades illa absumpsit, cum barbarorum insaciabilis rabies nulla clemencia non in devictos, sed sceno et voragine limosa illaqueatos mota passim omnes, nulli deferens etati vel condicioni trucidabat, pluribus expost diebus interfectorum aut suffocatorum legens spolia et diis suis sacrilegoque ritui tanti triumphi ascribens eventum, quem clemens et verus Deus aut ad tergendum purgandumque scelera Polonorum aut ad exercendum eos dignatus est inflixisse.

[w]–⟨Sedem Kyoviensem[4] Mstislaus Iszaslavicz Wladimiriensis dux ratus[x] ad se pocius quam ad Iszaslaum Davidovicz pertinere, in huius anni ieme copias contra Kyow ducit. Kyoviensibus autem suo proposito faventibus Iszaslaum Davidovicz HPII 372
de Kyow effugat et expellit sedemque Kyoviensem apprehendit; Iszaslaus autem

[t–t] *Dl. m. in marg. non satis apte in textum insertum, plurium vocum litterae extremae abscisae* [u] laus *litterae Dl. m. in ras.* [v] *seq. ras. 1 litterae* [w–w] *Dl. m. in vac.* [x] *seq. ras. aliquot litterarum*

Davidovicz ex Kyow desiliens in Wyeticze consedit. Fastidire autem illico cepit Mstislaus Iszaslavicz Kyoviensem sedem et Rostislao duce Szmolnensi patruo germano accersito Kyoviensem sibi in tempore veris resignat[y] principatum, solus vero in Wladimiriam excedit. Sed nec Rostislao Szmolnensi duci possessio Kyoviensis ducatus fuit diuturna, quippe et ipse illius regimen perosus duci[z] Wlodimiro Mstislawicz expulsionem veritus resignat⟩[-w]. |

*aut.*|396* A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS OCTAVUS

*Post mortem Henrici ducatus eius cessit Kazimiro minori fratri, qui uxorem ducit*

Prutenica clades longa Polonorum regiones caligine meroreque involverat mestumque et obstinatum silencium aliquantisper fuit, dum ad vehementem dolorem pudor male gesti belli accedebat. In singulis quoque fere domibus et regionibus gemitum et comploracionem deletorum fratrum et consanguineorum superstites intenderant, et quicquid ad lenimen solaciumque exulcerati pectoris ingeri poterat, surdis et obseratis auribus excipiebatur. De ordinando tandem duarum terrarum et principatuum, Sandomiriensis videlicet et Lublinensis, statu, quorum vacacio ex morte illustris viri Henrici inciderat, conventus per utrumque principem, Boleslaum videlicet et Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[a], prelatosque et barones Polonie aput Cracoviam habitus est, ut provideretur, cui eorundem principatuum deberetur successio, cum dux Henricus celibem in illud tempus vitam agens nullam prolem reliquerit. Et quamvis longa concertacio de parciendis huiusmodi terris Boleslaum et Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[b] duces tenuerit, id tandem post multos tractatus super re huiusmodi interpositos communi consensu et decreto acceptum est, ut quintus ducis Boleslai Krziwousti filius princeps Kazimirus annum tricesimum supergressus, cui pater moriturus in divisione filiis facta nullam sortem inter fratres reliquerat, in vacantes succederet Sandomiriensem et Lublinensem ducatus[1], qui in id tempus nullam propriam et firmam sedem retinens Boleslai ducis Cracowiensis et monarche

---

[-w] *cf. p. 85*  [y] *in marg. nitidiore atram.*  [z] *in ras.*  [a,b] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

liberalitate alebatur. Verum quia prefatus dux Cracouiensis Boleslaus in administranda monarchia querebatur singulis suis introitibus exhaustis se multipliciter gravatum extenuatumque esse, elegancior ⦚ pars ducatus Sandomiriensis, civitas videlicet Sandomiriensis cum suis theloneis[c] et districtibus, duce etiam Kazimiro pro fraterna caritate spontanee assenciente, sibi decreta et ad vite dumtaxat sue tempora donata est, eo absumpto ad Kazimirum recisura. Fratribus autem et primoribus Regni cogentibus Kazimirus dux de principibus Russie Wszewoldi ⟨virginem⟩[d] ⟨Helenam⟩[e] nomine, filiam principis Belszensis[2], accipit in consortem. Nupciarum solennitas propter cladem nuper aput Prussiam acceptam ommissa. HPII|73

[f]⟨PARIT et hoc anno Eudoxia consors Myeczslaui Maioris Polonie ducis filium, qui Wladislaus appellatus est⟩[f][3].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEXAGESIMUS NONUS

### *Filii Wladislai ducis paternam monarchiam recuperaturi, bellum movent, quod tandem sedatum est*

Nondum[1] Prutenice cladis inflictum vulnus re aut tempore curari ceptum erat, dum Boleslaum Polonorum ducem et monarcham novum et infestum excipit bellum. Nepotes siquidem sui Boleslaus Altus, Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] et Cunradus Loripes filii Wladislai, quibus de exilio Almanico revocatis Slesianam partitus erat oram, et paternas et suas in Boleslao Crispo monarcha iniurias ultum iri sathagentes arma adversus illum expediunt et bellum indicunt causasque iniuriarum et belli opponunt, quod et Cracowiensem ducatum ad illos pertinentem detineat, et monarchie principatum, qui illis successione paterna debeatur usurpet et nonnullas in Slesia urbes, quas sibi Boleslaus Crispus in signum monarchie et | superioris principatus retinuerat, in eam diem teneat occupatas; satis quidem et super satis se et in patre et in se ipsis iniurias longi exilii perpessos esse. Nec post tam diuturnam penitudinem, quod iustum atque equum foret, ab iratis patruis percepisse, qui etiam se in vacacione *aut.*|397*

[c] *corr. e* theoloneis [d] *Dl. m. in marg.* [e] *Dl. m. in ras.* [f–f] *Dl. m. in vac.* [a] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

ducatuum Sandomiriensis et Lublinensis neglexissent, cum illorum equa eos contingeret successio. Nec propriis tantummodo militibus ad id bellum gerendum contenti, auxiliares quosdam ex Almania propter materni sanguinis affinitatem eis faventes partim prece et benivolencia partim precio acciverant iustoque exercitu tam ex equestribus quam ex peditibus confecto civile et domesticum bellum Prutenico periculosius ordiebantur. [b]⟨Posznaniensemque districtum et regionem vastabant⟩[b] |
*HPII 74* cum preter insitam animorum irritacionem etiam temporis oportunitate, cum recens Prutenica clades legiones, fortunas et vires Polonorum absumpsisset, sollicitabantur. Boleslaus autem Crispus dux et monarcha cum se pridem et militibus et armis exutum nosset et qui superstites remanserant, egre in miliciam cogi posse, de pace per communes consiliarios ecclesiasticos et seculares agendum duxit, et cum nepotibus pro die instituto conveniens belli causas gravi et prudenti extenuavit responsione: ducatum quidem Cracowiensem extra sortem fore et nonnisi a monarcha obtineri rite posse; ius vero monarchie patre eorum mortuo, etiam si ab illo deiectus non foret, et quod maior natu esset et universali consensu electus, in se recidisse; urbes vero in Slesia propter monarchie ferenda onera legitime reservasse, quod etiam in ducatus vacacione Sandomiriensis constat eum egisse; ducatuum Sandomiriensis et Lublinensis porcionem soli[c] duci Kazimiro, qui solus in eam diem porcionis paterne expers erat, cessisse. Et quamvis iudicio consiliariorum communium Boleslai ducis responsio singulas nepotum querelas confutasset et bellum motum et movendum iniustum sibi videri pronunciassent, eisdem tamen ⟨comunibus⟩[d] agentibus consiliariis Boleslaus monarcha nepotes quietaturus de urbibus, quas in Slesia tenuerat, cessit et eas inter nepotes sortiri consensit. Magna profecto comendacione ob eam rem dignus, qui ne patriam vulneribus ab hoste inflictis calentem intestino bello involveret, etiam de his, que legitimo iure obtinebat, excessit et bellum oriens solerti moderamine extinxit, maximo id rei publice deputans profectui, quicquid pro pace et bono statu patrie suis privatis censibus viderat detractum.

[e]⟨Tres soles in occidente simul visi sunt Nonis Septembris, et post duas horas deficientibus ceteris, qui medius fuerit, solus occidit. Simili quoque modo proximis annis tres lune apparuerunt⟩[e] [2]. ||

---

[b–b] *Dl. m. in marg.* [c] *vox corr. in ras.* [d] *Dl. m. corr. in ras.* [e–e] *Dl. m. in vac.*

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS *HPII*}75

*Milites Cracovienses Kazimirum ducem in monarcham praeficere volunt, quod renuit ipse*

Fraterno[1] et civili bello in ipso sui primordio, antequam in perniciem aliquam serperet, Boleslai Polonorum ducis et monarche prudencia industriaque oppresso aliud perniciosius a Cracouiensibus militibus ordiri in Boleslaum ceptum est, sed iuxta ac superius in suo ortu modestia Kazimiri Sandomiriensis principis succisum. Iaxa siquidem de | Mÿechow et Swanthoslaus milites[2] et pene universi Cracowiensium proceres Boleslai ⟨Crispi⟩[a] imperium segnius, quam rei publice variis calamitatibus pro ea tempestate afflicte expediebat, administrantis perosi, in eius destitucionem conspirant monarchieque principatum et regimen Kazimiro Sandomiriensi duci mandandum decernunt. Ad quod illos non solum Boleslai segnicies et confracta exhaustaque etas, sed singularis et admiranda Kazimiri probitas, mirificis actibus quottidie se diffundens, et, ne Boleslao absumpto Mye⟨cz⟩sz⟨laum⟩[b] Senem Maioris Polonie et Pomeranie ducem suscipere velut natu maiorem cogerentur, instigabant respectus. Verum Kazimirus Sandomiriensis dux a Iaxa, Swanthoslao ceterisque Cracoviensium militibus rogatus, ut monarchie regimen universali consensu sibi delatum, ne per Boleslai torporem periclitatum illud iri amplius contingeret, acceptare dignaretur, respondet: iniquum et acerbum sibi videri strenuissimo principe Boleslao, non germano solum, sed sue iuventutis benigno alumpno, et quod his prestancius est, optime de re publica merito, propulsato et propter grandevum senium excluso monarchie occupare principatum; se quidem eorum estimacioni gracias agere et graciam, quod se principatu dignum iudicarunt, referre velle, sed nullo pacto in tam scelus detestandum, quo et patria exturbanda esset et Boleslaus frater, quem privato etiam in hanc ⟨diem⟩[c] coleret officio, violan⟨dus⟩[d] puritas quoque sua contaminanda esset, assensurum. Nossent preterea se sic institutum qualificatumque esse, ut nedum Boleslaum ducem et monarcham afficere velit qualicunque iniuria, sed vitam et fortunas pro eius defensione oppositurum. In hunc morem Cracowiensium militum gliscens in Boleslaum ducem sedicio extincta est. } *aut.*|398*

[a] *Dl. m. in ras.* [b] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [c] *Dl. m. superscr.* [d] dus *litterae Dl. m. in ras.*

HPII 76

### *Rudgero episcopo Wladislaviensi succedit Wernerus, et Waltero Wratislaviensi Ziroslaus*

[e]⟨Ruthgerus Wladislaviensis episcopus cum annis novem sedisset, absumptus est et in Wladislaviensi ecclesia sepultus[3], Wernerum nacione Almanum, canonicum Wladislauiensem[4], a capitularibus electum et per Alexandrum papam tercium provisum habuit successorem⟩[e].

S]EXTO KALENDAS Februarii Waltherus Wratislauiensis episcopus obiit [f]⟨colica vexatus⟩[f] qui duobus et viginti annis kathedre presidens Wratislawiensem ecclesiam ligneam reperiens pulcerrimo muro fabricavit et Lugdunensis ⟨Galliarum⟩[g] ecclesie cerimonias, ordinem et ⟨cant⟩um[h] in eam introduxit[5]. Huic Ziroslaus nacione Polonus et genere nobilis successit[6] [i]⟨via scrutinii electus, a Petro secundo archiepiscopo Gneznensi, Boleslai Alti ducis Wratislauiensis accedente patrocinio et consensu, confirmatus et in ecclesia Calisschiensi consecratus, ex familia Rosze ducens ortum⟩[i].

### *Swanthopelk filius Wladislai regis Bohemiae in exilium pellitur*

S]WANTHOPELK Wladislai regis Bohemie filius[7] sedicionem in patrem comovens[j], Woyslaum baronem[8], cuius consiliis Wladislaus rex regebatur, inter manus Iudithe regine[9] conantis illum defendere, transfossum occidit. Pro quo facinore in exilium a patre relegatus, primum in Hungariam, deinde in Almaniam se conferens, vagus et exul in Bohemiamque, ne a necessariis Woyslai sustineret periculum, redire formidans, in Almania occubuit.

[k]–⟨Grandi[10] indignacione Mstislaus Yszaslavicz Wladimiriensis dux stimulatus Wlodimirum Mstislavicz, qui patruum suum Rostislaum de Kyow eiecerat, de Kyow propellit. Quo ad Polowczos diffugiente Mstislaus Yszaslavicz possidere Kyow cepit. Quod Andreas dux de Szuszdala non ferens, filium suum Mstislaum cum Rostowczis et Wlodimirczis contra illum mittit[11]. Cui auxilium laturi (tantus quippe livor pectoribus multorum contra Mstislaum Yszaslavicz insederat) novem Russie duces

---

[e–e] *Dl. m. in vac.* [f–f, g] *Dl. m. in marg.* [h] cant *litterae Dl. m. in ras.* [i–i] *Dl. m. adscr.* [j] *corr. e* commovens [k–k] *Dl. m. in vac. atque in marg. inferiore*

conveniunt, videlicet Hleb Pereiaslawsky[12], Romanus Szmolnensis, David Viszehrodensis[13], Wlodimir Andrzeovicz[14], Demetrius Georgii[15], Georgius et Slawyecz germani[16], Olch et}Gregorius Swanthoslaviczi[17]. Et obsidentibus ducibus prefatis Kyow claudit se Mstislaus Yszaslavicz in arce, pluribus diebus tolerans obsidionem, sed famen non tolerans ex Kyow cum fratre suo et paucis comitibus in Wladimiriam effugit. Duces autem arce potiti consortem Mstislai et filium et milites captivant, Kyoviensem autem civitatem dant militibus in predam, qui non domos tantummodo civium, sed et edes sacras monasteriaque diripiunt. Locat autem Mstislaus Andrzeovicz patruum suum Hleb in Kyow, qui sedem illius nactus filio suo Pereslaviensem contulit principatum⟩[-k 18]. | *IIPIŊ77*

*Wernerus episcopus Ploczensis*
*opera Bolestae castellani Wisznensis occiditur*
*atque ob id castellanus ipse publice crematur*

O]BTINEBAT ea tempestate in annum quartum decimum Ploczensem ecclesiam vir mirificus Wernerus[19], et devocionis in Deum rare et vite nitide, integre atque religiose, egregia animi pollens virtute atque probitate, doctrina insuper eleganti cum summa humanitate coniuncta. Is cum villam ecclesie sue Ploczensis Karszko[20] vocatam a satrapa Maszovie Bolesta castellano Visznensi pro insigni armorum babatum deferente[21], tam diviciis quam amicis potenti primum invadi ad extremum occuppari sensisset, personali et benigna primum admonicione, deinde per amicos comunes[l] aput illum egit, ut propriis contentus, sortem Deo dicatam desisteret usurpare, ulcionis Divine iudicium, si in proposito perseverandum duceret, non evasurus. At ille ex adhortacione huiusmodi insolencior factus, plura insuper se, si impetatur, occupaturum et de episcopo Wernero extrema supplicia sumpturum respondet. Intelligens itaque Wernerus episcopus modestiam suam aput hominem sensus reprobi et ambicione cecati, nullius usui fore et admoniciones suas contemptum iri, in ius illum municipale, quod vocitamus terrestre[22], pertraxit existimans sue avaricie molimina vel iuris rigore posse retundi. Ventilato autem iudicio, dum in causa non dubia iudex tempus teri non passus Wernerum episcopum pronunciasset *aut.*|399*

---

-k *cf. p. 90* [l] *corr. e* comm —

victorem, et illum decreto suo in ville Karszko per scelus et iniquitatem Boleste ablate possessionem misisset, Bolesta extunc bilem non temperans et plura in presulem beatum iura sue ecclesie ⟨defend⟩entem[m] maledicta evomens, ad trucidandum episcopum animum et conatus omnes destinat, opportunitate data, quamprimum destinata executurus. Erat illi cum Prutenicis populis idolatris et ob propinquam
*HPII*|78 vici|nitatem et morum parilitatem frequens usus frequensque familiaritas et comunio[n]. In illo enim Visznensis ore angulo positus summe rerum a Boleslao Polonorum monarcha et duce delegatus preerat et adeuntibus se cum querelis variis furta, spolia, invasiones et nonnullas alias iniurias continentibus Prutenicis populis iura de Polonorum regionibus aut reddebat aut bella oriencia administrabat, aut per pacis et sufferenciarum condiciones extinguebat. Nonnunquam legacionibus Prutenorum et muneribus iuxta morem gentis sibi allatis duplici fenore, quo illos sibi devinctos magis, et in sua beneplacita exequenda comodaque augenda proniores efficeret, respondebat. Prutenorum itaque ad illum grandi multitudine, dum aput castellaniam sue dicionis Wisznensis ageret, veniente largicionibus et promissis illos inescatos ad domicilium suum perducit, et noctem insequentem variis eos onerando comesacionibus absumit. Cumque ex longeva crapula et ebrietate hilariores videret effectos, et per[o] exploratores cercior effectus didicisset Wernerum episcopum in Biskupicze villam suam postridie advenisse, Byenyassium[23] germanum cum exprobracione compellat dicens: „Cur tu – inquit – sacerdotem nefandum, Wernerum episcopum sub nostris oculis nostra occupantem non violas, non extinguis?" Qui fraternas iussiones impleturus, omnium Prutenorum, qui tunc aderant, Bolesta mandante, comitatus caterva in Biskupicze[24] processit et antelucano tempore illuc, quemadmodum animo gestiebat, perveniens, Wernerum episcopum in dormitorio suo quiescentem una cum fratre Benedicto[25] ordinis sancti Benedicti monacho (cuius et aliorum religiosorum idem Wernerus episcopus foris et extra et ubilibet locorum pro contubernio ad cohonestandum testimonium vite sue utebatur) in
*aut.*|400* cubile irruens[26] seris[p] et frequentibus percussionum | generibus utrumque quarto Februarii die perimit et obtruncat. Superiectis deinde in funera tapetis, paleis et sarmentis abscedit, pro patricidio in virum Dei commisso a Bolesta, non secus quam [si][q] hostem infestum debellasset, comendatus. Antistitis autem Werneri cubicularius, qui se metu mortis subtus pontificalem lectum occuluerat, universam tirannidem,

---

[m] de *litterae Dl. m. superscr.*, fend *Dl. m. corr.* [n] *cf. adn.*[1] [o] *Dl. m. supra vocem* exploratores *superscr.* [p] *verba aliquot excidisse videntur, nisi leg.* feris [q] *Ed. Dobr., desideratur in aut.*

quam Byenyassius in christum Domini Wernerum exercuerat, speculatus, altero die detexit[r] et publicavit. Ex eo autem tempore et in post carnifex Byenyassius nusquam apparuit, a nullo hominum umquam visus[27]. Quapropter universali estimacione creditum est illum tercia die, quam patricidium peregisset, terram vivum absorbsisse et neci pontificis innocenti iustissimo Dei iudicio parentasse. [s]⟨Sed et Bolesta castellanus Visznensis, qui principalis auctor extitit, virum iustum, sanctum et ponti|ficali dignitate preditum, per scelus occidendi seva et digna morte interiit⟩[s]. HPII|79
Corpus episcopale in Ploczensem delatum ecclesiam planctu magno virorum ecclesiasticorum honorifica sepultura terre mandatum est, et in locum illius canonicus Ploczensis Lupus successit. Principatus autem suos et dominia Boleslaus Polonorum dux vehementer ob pontificalem necem afflictos et affligendos pertimescens (iam siquidem ⟨Petrus⟩[t] Gneznensis archiepiscopus in provinciam Polonie universam coepiscopis perprius consultis generale protulerat interdictum) missis militibus Bolestam captivat, et in Gneznam perductum conventu generali indicto sub presencia prefati ⟨Petri⟩[u] Gneznensis archiepiscopi, Gedeonis Cracowiensis ⟨Bernhardi⟩[v] Poznaniensis episcoporum et universorum procerum Polonie iudicium contra illum, cui solus presidebat, instaurat, et pro facinore in christum Domini Wernerum commisso Bolestam in iudicium productum et scelus suum inficiare, scientem se multitudine testium convincendum, non audentem diffinitiva sentencia flammis exurendum condempnat. Nec simplici cremacionis genere in eo contentus, tela recenter texta et cera oblita circumvolutum in circulo civitatis prefate Gneznensis validi ignis incendio se et universa sua milicia inspectante extinxit[28], iram quoque Divinam propter scelus patricidii in se et gentem suam sevituram, seva quidem sed iusta ulcione de reo sumpta expiavit. Cepit autem extunc et deinceps vir beatus Wernerus signis mirificis clarescere et ad sui nominis invocacionem claudis gressum, cecis visum, leprosis mundacionem, paraliticis restauracionem, mortuis vitam pluraque alia, pro quibus interpellabatur, beneficia conferre, ut nichil dubitandum sit virum illum tum pro vita laudabili sancte et innocenter transacta, tum pro sanguine in defensam sue ecclesie fuso, laureolam[w] meruisse, animarum quoque sanctarum potitum consorcio, premio eterne retribucionis et visione Divina perfunctum esse. [x]–⟨Sedit ipse Wernerus in sede Ploczensi annis quatuordecim, cui viduate Lupus custos Ploczensis[29] post monstruosam eleccionem de tribus factam succedit,

---

[r] detext *aut.* [s–s] *Dl. m. in marg.* [t, u, v] *Dl. m. in ras.* [w] *potius* aureolam, *in aut.* l *littera partim erasa* [x–x] *Dl. m. adscr., reliqua pagina vacua relicta*

nobilis genere de familia Godzamba, a Petro Gneznensi archiepiscopo, Boleslao Crispo Polonie duce et monarcha eius promovente eleccionem, confirmatus et consecratus⟩⁻ˣ. |

*Fundatio hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani in Posnania per Myeczslaum Maioris Poloniae ducem*

*aut.*|401* ʸ⟨Pridie Nonas Maii Myeczslawus sive Myeschko Maioris Polonie et Po{meranie
*HPII{80* dux pietatem, quam in egenos et miserabiles personas in civitate sua Posznaniensi degentes gestabat pectore, expressurus opere, de consilio Rodowani[30] Poznaniensis episcopi hospitale in Poznania ad ecclesiam beati Michaelis fundat, et illius curam et gubernacionem fratribus domus hospitalis sancti Iohannis Iherosolimitani comittit[31], assignans et donans eidem hospitali in perpetuam dotem villas suas ducales[32]: Nithcowi[33], Iagodno[34], Samoczirnska[35], Gorka[36], Glinka[37], Goszthowo[38], Gleyszowo[39], Czirnyelino[40], Iarognyewy[41], cum omnibus earundem villarum ascripticiis et appendiis universis. Pro cuius subsistencia uberiori Rodawanus episcopus Poznaniensis prefatus decimas in villis prefatis nec non et decimas in villis Milostowo[42], Andrzeowo[43], Vigonowo[44], Wyelike[45], Zuchilyecz[46], Oberzekye[47], Lypnicza[48] ad mensam suam episcopalem pertinentes dedit perpetuo, inscripsit et donavit, pia liberalitate locum prefatum insigniens⟩ʸ. |

*aut.*|403* A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS PRIMUS

*Ecclesiae Kelcziensis per Gedeonem episcopum Cracoviensem fundatio et dotatio*

Cracowiensium episcopus Gedeon cultum Divinum in sua diocesi ampliaturus, in vastis tunc et ab hominum habitacione longius porrectis nemoribus opido Kelcze[1] edificato, ecclesiam illic de saxo quadrato et artificis subtilitate proporcionabiliter

---

⁻ˣ *cf. p. 93*   ʸ⁻ʸ *Dl. m. in charta vacua*

informato fabricat, et quatuor dignitates, videlicet prepozituram, decanatum, custodiam et scolastriam, sex quoque prebendas, decem insuper vicarios in ea fundat, ac huiusmodi dignitatibus, prebendis et vicariis de bonis mense episcopalis capituli Cracowiensis comunicato consilio sufficientem dotem in villis, decimis ceterisque introitibus consignat, ordinans et instituens, ut in eadem Kelcziensi ecclesia ad honorem et titulum Domine nostre Gloriose Virginis Marie dicate nocturnis et diurnis temporibus canonice hore explerentur[2]. Felicem hunc presulem et rare devocionis ac zeli quis neget fuisse? Cui et fabricam ecclesiae, in qua materiam superat opus, et salutarem eius dotacionem, pro qua perhennem adeptus est vitam, videmus contigisse. {

[a]⟨Polowczi[3] ea estate in magna multitudine glomerati in Russiam contra Kyow adveniunt, vastacioneque longius, cum repressionem non sentirent, extensa plurimos mortalium utriusque sexus cum pecoribus et peccudibus spoliisque multis captivant. Et dum predam ad societatem usque raptam reducerent, de mandato Hleb ducis Kyoviensis Michalko[4] frater suus dux cum Ruthenorum copiis eos persecutus, bis una die cum illis conflixit, et victor in utroque congressu evadens omnem predam, quam ceperant, liberavit⟩[a]. *HPI I{81*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SECUNDUS

### *Imperator vivente Alexandro papa tertio successive contra eum tres antipapas constituit; quem Alexander anathemisat et obedientiam praestare prohibet*

Turbacio[1] Ecclesie Dei, quam ex pestifero scismate in superioribus ortam monstravimus, fere Christinitatis universe regiones armis, cladibus, odiis et bellicis stridoribus involvens, pervicacius atque magis ignite furere et grassari cepit, Friderico Romanorum imperatore materiam et alimentum scismati subministrante. Nam etsi Octaviano, qui se Victorem nominabat, mortuo[2], pax Ecclesie sperabatur facile

---

[a-a] *Dl. m. in vac.*

proventura, imperator tamen Fridericus in Alexandri pape tercii despectum scismati suapte defluenti et extincto novas vires adiecit, et in locum Octaviani Gwidonem Cremensem presbiterum cardinalem, qui se Paschalem nominabat[3], quo mortuo Iohannem Fremensem presbiterum cardinalem, qui se[a] Calistum[b] appellat[4], quo similiter pereunte quartum Landonem, qui se Innocencium vocitabat[5], surrogabat. Alexander autem papa in Galliis consistens tam Fridericum imperatorem et suos in papatu adversarios et contendentes et omnes illi adherentes, velut verus et legitimus Christi vicarius gravi anathemate percellebat, prohibens Friderico a civitatibus Italie obedienciam prestari, quapropter civitates Italie suapte Friderico ob eius tirannidem infense rebellione facta gravibus bellis imperatorem Fridericum conquassabant. Fridericus autem imperator iam non Italie civitatibus[6] quam Francorum regi Ludowigo, cuius auxilio brachioque Allexander papa roborabatur, iratus, in Gallias exercitum Bohemorum et Dacorum solaciis auctum Francie Regnum desolaturus promovit. Cui Ludowigus Francie rex regis | ⟨Henri{ci}⟩[c] Anglie adiutus solacio
aut.|404* HPII|82 obviam processerat decertaturus[7]. Interim tamen Friderici imperatoris exercitum iam in Burgundia agentem epidimia invadens miserabiliter prosternit et cepto irrito desistere coegit. Sub hoc autem scismate in plures annos continuato Almanie Bohemieque regiones Friderici imperatoris faccionem secute antipapas ab eo constitutos pro summis pontificibus adorabant. Polonica vero Ecclesia et regio omni periculo, quod sibi ab imperatore Almaniaque[d] imminere poterat, contempto veri et legitimi pape Alexandri obedienciam sectabatur, eius quoque mandatis et decretis parendo, imperatorem Fridericum, reges, principes et episcopos sibi adherentes excomunicatos denunciabat[8].

### *Boleslaus filius maior natu Boleslai Crispi monarchae moritur*

Lugubris insuper casus Boleslaum Crispum Polonie ducem et monarcham eo anno excepit: filius etenim suus maior natu Boleslaus, cui pater preter ingenitam indolem et virtutes in eo relucentes, quod etatis proveccioris erat et sibi in regno successurus videbatur, maiori afficiebatur caritate, languore correptus diem obiit[9].

---

[a] *off.* [b] C *littera off.* [c] *Dl. m. in marg.* [d] a *littera postrema corr.*

Cuius mortem Boleslaus pater gravi et immodico dolore luctuque prosecutus nullis consiliorum persuasionumque, que illi ingerebantur, remediis, ne fletibus luctibusque indulgeret, poterat averti, merorem suum consolatu difficilem et multiplici necessitudinis nomine, quam ut verbis levari possit, disserens et demonstrans graviorem.

[e]⟨Moritur Hleb Kyoviensis dux, postquam annis[f] duobus in Kyoviensi principatu sedisset, et in ecclesia Sancti Salvatoris in Berestow sepelitur[10]. Andreas autem dux de Szuszdal[11] ducem Szmolnensem Romanum[12] in locum eius substituit et eum ad principandum in Kyow transmisit. Qui Kyoviensis ducatus regimine suscepto filium suum Iaropolk[13] locat in Szmolensko, quem processu temporis Iaroslaus Iszaslavicz[14] de Kyow expulit et in sede Kyoviensi consedit⟩[e].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS TERCIUS

### *Boleslaus Crispus Poloniae monarcha uno Lestkone relicto moritur*

Merore pro filii occasu tempore magis quam racione in Boleslao Polo|norum duce et monarcha sanato repentinus languor Boleslaum invadit. Hunc cum in se grassari sensim adverteret, Kazimirum Sandomiriensem principem, fratrem natu minorem, prelatosque et barones Regni ad se mandavit accersiri, sub eorumque presencia tam de principatibus et terris eum iure successionis contingentibus quam de rebus, thezauris et clenodiis ordinavit. Et filio quidem unico, quem relinquebat, Lestkoni Mazovie et Cuiawie ducatus legat[1], ducem vero Kazimirum germanum suum curatorem filii et Marie ducisse[2] consortis sue designat, Kazimirum obsecrans, ut eam vicem filio suo Lestkoni prestet, quam meminit sibi ab eo in sue orphanitatis articulo prestitam fuisse parentemque magis quam curatorem et patruum in nepote agat[3], cum favore paterno semper a se tractatus et habitus sit, fructum etiam curacionis huiusmodi percepturus. Nam si Lestkonem sine prole excedere contigerit, Kazimiro fratri tam Mazovie quam Cuÿawie ducatuum legat legitimam successio- *HPII{83*

[e–e] *Dl. m. in vac.* [f] *a littera in ras*

nem, ipsum solum testamenti a se tunc conditi vigore decernens in utrumque ducatum, filio Lestkone obeunte, successurum[4]. Thezaurum deinde, vasa quoque et clenodia ducalia inter coniugem suam Mariam et Kazimirum Sandomiriensem ducem filiumque Lestkonem, nepotem[a] partitur. Omnibus insuper ecclesiasticis Sacramentis devote et katholice perceptis penultima Octobris[5] in arce Cracowiensi
*aut.* | 405* spiritum exalat, et in Cracowiensi ecclesia a duce Kazimiro Sandomiriensi, | Gedeone Cracowiensi episcopo, consorte Maria et filio Lestkone ceterisque prelatis et baronibus regni iusta funeri solventibus sepelitur, cum in administracione monarchie Regni Polonie annos triginta uno minus exegisset.

### *Myeczslaus Senex in monarcham Poloniae eligitur*

P]OST MORTEM autem ducis Boleslai Crispi Polonorum ducis et monarche fit in Cracouiam tam Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[b] Maioris Polonie et Pomeranie, quam Kazimiri Sandomiriensis, Boleslai, Mye⟨cz⟩sz⟨laui⟩[c] et Cunradi Slesie ducum pro substituendo novo monarcha conventus[6]. Et licet Cracouienses summa vi summisque conatibus adniterentur, quatenus in monarchie principatum Kazimirus Sandomiriensis dux succederet, a consiliariis tamen et baronibus Maioris Polonie, Slesie, Pomeranie ceterarumque regionum in Mye⟨cz⟩sz⟨laum⟩[d] Senem vocitatum, Maioris Polonie et Pomeranie ducem suffragia ferentibus victi desistunt. Itaque Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[e]
*HPII* } *84* dux et monarcha Polonorum universali consensu } ducum, prelatorum et baronum declaratus monarchie suscipit principatum, et Cracouiensis arx, civitas et provincia sue traduntur dicioni; neque enim Kazimirum Sandomiriensem ducem propter livorem et discordias inde orituras duci Mye⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[f] velut natu maiori placebat preferri. Spes quoque omnium animos subibat Mye⟨cz⟩sz⟨laum⟩[g] Senem in administrando principatu sectaturum iusta et legitima et suo prudenti regimine splendorem et amplitudinem illi adiecturum.

S]TEPHANUS[7] Hungarie rex a propriis militibus rebellionem et sedicionem passus in die sanctorum Gerwasii et Prothasii multis Hungaris corruentibus confligitur, et in castrum Zemplin[8] fugiens tercio Idus Aprilis moritur; cui Bela frater eius[9], filius Geÿse, furum et latronum persecutor succedit. }

---

[a] *abundare videtur* [b, c, d, e, f, g] *cf. adn.*[d] *a. 1140*


nnus dñi Millmi ducetesim decim septi
Celestinus
Proceres

MANUS DLUGOSSII ET MANUS LIBRARIORUM
IN ANNALIUM AUT. PERSPICUAE

*Bibliothecae princ. Czart. cod. mss 1306.*
*Si summa parte initium spectandi capis, deinceps se excipientes vides: manum A et manum Dlugossii (p. 484), manum B et manum Dlugossii (p. 362), manum B et manum A (p. 423) manum B et manum D (p. 768), manum B et manum C (p. 186).*

# INCIPIT LIBER SEXTUS HPII 85

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QUARTUS

### *Myeczslaus Poloniae monarcha elatus potentia, fit scelestissimus princeps*

Monarchalem sellam Mÿe⟨cz⟩sch⟨laus⟩[a] Maioris Polonie et Pomeranorum dux ex obitu Boleslai Crispi eleccione et consensu universali adeptus[1], spebus Polonorum beatam et tranquillam[b] vitam sub sua presidencia et regimine se ducere gloriancium non respondit, sed mox sui regiminis primicias tirannide et oppressione fedavit. Qui etsi ob singulare rarumque sapiencie specimen ab annis adolescencie relucens Senis cognomen fuerit sortitus, res tamen secunde, quibus in sublime actus fuerat, mentem suam a iusto et recto creduntur avertisse. Erat | siquidem aut. 406* Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[c] prefatus et quinque filiorum[2], videlicet Otthonis, Stephani, Boleslai, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[d] et Wladislai, quorum primos duos ex filia regis Hungarie[3], reliquos tres ex consobrina Friderici imperatoris[4] susceperat, et plurimarum filiarum coniugio, magnarum insuper opum affluencia clarus et insignis. Cum finitimis enim principibus affinitates iungens,[5] Sobÿeslao Bohemorum duci[6] unam, Saxonie duci alteram[7], Friderico Lothoringie duci[8] terciam, Boguslao maritime ore duci[9] et filio eius Boguslao[10] quartam et quintam filias locaverat. Halicziensis insuper principis ⟨filio⟩[e] Otthoni[11], Boleslao ducis Pomeranie[12] et Wladislao ducis Rugie[13] filias in consortes susceperat, cum residui duo filii Stephanus et Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[f] celibes decessissent. Hiis[14] et pluribus aliis fortune donis onustus omnium mortalium felicissimus habebatur. Verum utriusque boni, recte videlicet mentis et fortune[g], largicionem Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[h] diucius non tulit, } sed donis gratuitis abutens HPII 86 multipharias exacciones, calumpnia et iniquitate oblitas in subditos visus est con-

---

[a, c, d, f, h] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [b] m *littera corr. in ras.* [e] *Dl. m. in marg.* [g] for *litterae corr. in ras.*

gessisse, ad quod non solum proprio ferebatur ardore, sed etiam perversorum consiliariorum, et signanter Henrici de Kÿetlicz[15], villa prope Budissin sita, qui omnium suarum accionum monitor et moderator erat, agitabatur instigacione. Pro levibus[16] quoque causis aut transgressionibus, ursi aut damule aut alicuius silvestris animalis interfeccione, penabantur tam militares quam aggrestes, et omni pietate relegata substancie eorum per ducales ministeriales partim in ducalem fiscum, partim in privatos usus distrahebantur, querelisque gravatorum ad se perlatis aut inclemencius dux Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[i] respondit aut ad clamores miserorum aures obturavit. [j]⟨Nichil denique apud illum et suos erat sanctum, nil equum, nil iustum, nil carum preter pecuniam et munera, sed religione Divina neglecta iureque Divino et humano quassato et[k] turbatis principatus sui tam iudiciis quam officiis, omnia ad questum comodumque suum ducalem conabatur referre, longe deteriorem se senem quam iuvenem agens. Nichilque ad profectum etas illi processerat; exactor avarus, punitor crudelis, neque enim quis illo ea tempestate inter principes Polonie amplius gravavit provinciam, neque comentus est calidiores ad expilandum fortunas innocencium vias⟩[j].

### *Wladislaus rex Bohemiae regno et regia dignitate per caesarem privatur*

G]RANDEVUM et labore atque etate gravem Wladislaum Bohemie regem Fridericus imperator, curia in Nuremburg indicta, instigantibus eum[l] baronibus Bohemie, quibus regimen Wladislai fastidio erat, a Regno Bohemie deponit[17] et Sobÿeslaum ducem Bohemie[18], quem ipse Wladislaus rex annis sedecim captum, ne res in Bohemia novaret, tenuerat, suo iussu relaxatum, Bohemis preficit ducem, regali Bohemos, ne adversus se calcitrent, privans honore. Wladislaus autem Bohemie rex in Bohemia consistere propter Sobÿeslaum, quem annis tot vinctum tenuerat, quem quoque cecare constituerat, ne iniuriarum memor in se aliquid gravius consuleret, non ausus, in Almaniam secedens, quarto post hec mense, XV° Kalendas Februarii moritur et in Missen sepelitur[19]. Filius insuper Wladislai regis Fridericus[20] patre mortuo Sobÿeslai conspectum veritus Friderici imperatoris curiam exulis more sequebatur. }

---

[i] *cf. adn.*[d] *a. 1140*   [j–j] *Dl. m. in vac. et deficiente spatio in marg. dextra*   [k, l] *corr. in ras.*

[m]⟨S]OBESLAUS Pomeranie dux[21] moritur et in monasterio in Olywa, quod fundaverat, sepelitur, duos relinquens filios, Mszczugium[22] et Samborium⟩[m][23]. | *HPII 87* *aut.* |407*

T]HOMAS Cantuariensis episcopus[24] libertatem Ecclesie strenuissime defensans ab Henrico Anglie rege in exilium actus est. Quod dum septennio pertulisset, ad ecclesiam suam reversus, antepenultima Decembris die aput fores ecclesie ab Anglicis obtruncatus felicissimum martirium consumavit [n]⟨atque ob tam victoriosam palmam in celicolarum numerum translatus est⟩[n].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QUINTUS

### *Gedeon episcopus Cracoviensis Myeczslaum monarcham monet, ut a coepta tyrannide cesset; qui id facere recusat*

Cum gravamen[1] et oppressio singularum personarum singulorumque ordinum Mÿesz⟨la⟩ui[a] ducis Polonorum et monarche mandato multipharie et exquisite a suis officialibus presidibusque dietim intenderetur, clamor quoque et vociferacio gemituum et lacrime gravatorum et se per calumpniam et vim bonis et fortunis suis exutos querencium in publicum prodiisset nec inter consiliarios quisquam facta ducis dampnare et reprehendere auderet, Cracouiensium antistes Gedeon, vir constancie et zeli singularis, oppressorum fletibus motus ducem Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[b] adit et arbitris exclusis causam oppressorum intrepide agens, quibus et quantis calumpniis vastetur opprimaturque provincia, innotescit, singulorumque gravatorum ex ordine iniuria declarata deprecatur ducem, ut novorum tributorum imposicionem sub antiquis Polonorum regibus et principibus ignoratam abroget, inordinatas et non necessarias eveccionum exacciones, que in Polonico podwodorum nomine appellari solent, rescindat, calumpniosam et tirannicam bonorum confiscacionem a suis officialibus pro levibus penis et culpis hactenus irrogatam, per quam multorum substancie emuncte sunt et persone in extremam pauperiem

---

[m-m] *alia m. XV s. in vac.* [n-n] *Dl. m. adscr.* [a] la *litterae corr., seq. ras. 1 litterae* [b] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

redacte rescindat miserorumque et calamitosorum opem, clemenciam et tuicionem suam implorancium, precibus et vocibus moveatur; provincie quoque, in qua illum et maior sanguis et voluntas populi monarcham constituit, parentem se prestet propicium, non tirannum detestabilem et execrandum, amplam laudem et popularium favorem, si destiterit, maximum dedecus et sui status periclitacionem, si perseveraverit, percepturus. Nichil hac admonicione salutari | et paterna Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[c] princeps motus, quin etiam vehementi ira vexatus, dure presuli respondet: iure se, non iniuria quicquam egisse, et tam tributorum novorum imposicionem, quam eveccionum et penarum exaccionem legitimam fore, nec aliter regnum et monarchiam administrari posse; nichil sibi cum regibus et principibus antiquis commune fore, se suo sensu suoque ingenio duci et suo arbitrio, non illorum exemplo acciones suas et decreta moderari; tam crasso insuper et eleganti ingenio se preditum esse, ut non velit suis aut cuiuscunque alterius ordinacionibus substerni; desineret proinde lacessire se et pontificalibus pocius rebus velut propriis intentus publica sibi curanda permitteret; non enim se ulla persuasione aut pacto ab hiis, que aggressus esset, sciret cessaturum. In hanc sentenciam Gedeon episcopus dimissus, tristior quam venerat abiit.

*HPII 88*

[d]⟨Prima die Maii[2] Boleslaus cognomine Altus Wratislaviensis dux aput castrum suum Grochecz agens, exclusis fratribus et monachis nigris de monasterio Lubens, quod ad fluenta Odre Kazimirus Polonie rex, olim Cluniaczensis monachus, fundaverat, fratres Cistercienses ex monasterio Portensi supra Solam fluvium situm sumptos in illud introducit et nova donacione atque inscripcione locum et eius possessiones a Kazimiro rege donatas privilegiat, aliquas eciam de novo adiciens, adhibito ad huiusmodi transmutacionem presencia et consensu Waltheri [e]alias Ziroslai[e][3] Wratislaviensis episcopi, Myeczslaui[f] patrui sui germani Polonie ducis et monarche, item germanorum suorum Myeslaui[g] Rathiboriensis et Cunradi Glogoviensis, item filiorum suorum Boleslai[4], Iaroslai[5] et Myeslaui[h], item optimatum sui principatus et baronum. Cuius monasterii primus abbas Florencius[6], a quo et fratribus secum ex Porta in Poloniam ad prefatum monasterium venientibus pomorum genus in Polonicum Regnum allatum, ex cognomento monasterii, a quo sumptum D a p o r t h id est de Porta vocitatur, in hanc diem multiplicatum perseverans⟩[d]. |

---

[c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d–d] *Dl. m. in marg. inferiore* [e–e] *in marg.* [f] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [g, h] laui *litterae in ras.*

*Ingens schisma reconciliatione imperatoris et summi pontificis tollitur*

C]ONCILIO[7] aput Turonum in Galliis per Alexandrum tercium celebrato imperator *aut.*|408*
Fridericus et censura apostolica et rebellione civitatum Italie et bello ab eis illato fatigatus, statum suum periclitatum iri formidans, nuncios ⦚ suos reconciliacionem *HPII*⦚89
petens et culpam recognoscens transmittit. Que tandem in Veneciis legato apostolico illic adveniente per medium ⟨Friderici⟩[i] filii imperatoris ⟨Otthe⟩[j][8] qui a Venetis classe ingenti amissa et devictus et captus fuerat, iuxta beneplacitum summi pontificis conficitur, et Ecclesie Dei pluribus annis a quatuor antipapis mala morte pereuntibus[9], quos Fridericus imperator manutenebat, vexate pax et libertas reddita est. [k]⟨Aliis placet, quod Alexander papa imperatorias vires timens Venecias refugit, a Venetis quoque benigne habitus, dum contra Venetos filium Otthonem cum classe misisset, et Ottha ipse superatus prelio navali Venecias adductus esset, tandem evasurus captivitatem, scisma inter papam et imperatorem summo honore Venetorum sustulit, quibus ad futuram rei memoriam pontifex quedam insignia perpetuo ferenda donavit⟩[k].

B]OHEMORUM[10] exercitus cum Odalrico germano Sobÿeslai ducis Bohemie in subsidium Friderico imperatori Italiam ab eodem Sobÿeslao transmissus et suo more predas et spolia agens in Ulma[11] ab opidanis iniurias non ferentibus sub octavis Nativitatis Sancte Marie Virginis pene deletus est; et Odalricus cum paucis in dissimulato et sordido habitu, ne ab Almanis obtruncaretur, miserabili calamitate afflictus et omnibus exutus in Bohemiam refugit.

*Bernhardo episcopo Posnaniensi succedit Swantoslaus*

[l]⟨Bernhardus Poznaniensis episcopus exactis in pontificatu annis tredecim obiit et in Poznaniensi ecclesia sepultus est[12]. Cui Swanthoslaus prepositus Poznaniensis et canonicus Gneznensis nobilitatem de domo Accipitrum[13] ducens per eleccionem canonicam succedit, a Petro Gneznensi archiepiscopo confirmatus et consecratus, de consensu Myeczslaui Maioris Polonie ducis⟩[l].

---

[i] *Dl. m. in lac.* [j] *Dl. m. superscr.* [k–k, l–l] *Dl. m. in vac.*

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEXTUS

*Rursus Gedeon episcopus Cracoviensis*
*singulari arte reprehendit tyrannidem Myeczslai,*
*qui reprehensionem acerbe ferens*
*episcopo et aliis proceribus malum ob id minatur*

Tirannidem[1] Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[a] Polonorum ducis et monarche suorumque
*IIPII*⌇*90* capi⌇taneorum, prefectorum et officialium, Gedeon episcopus Cracowiensis summo studio summaque cura sanaturus nichilque superioris iniurie repulsa motus, cum et pontificali suo id officio sciret congruere et calamitosorum oppressorumque singultu, fletu atque obsecracione urgeretur, novo reprehensionis genere, illo tamen, quod Nathan propheta[2] olim ad David habuit[3], sororio utendum duxit, quatinus Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[b] dux exemplari simulacro moveretur, qui verborum efficaciam ante contempsisset, et sua saltem sentencia et decreto convictus a tirannide resipisceret, et in suorum reatuum atque erratorum, quibus regio universa et viluerat et deperibat, veniret nocionem. Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[c] itaque duce sub frequenti consiliariorum presencia publica negocia tractanti matrona quedam per Gedeonem episcopum, qui et ipse coram aderat, submissa, in tetro et lugubri habitu, mestum insuper et lacrimis abortis ablitum imbre fletuum preferens vultum, ex industria ante ducale tribunal constitit, et super gravi iniuria et oppressione sua alta vociferacione audienciam et iusticia⟨m⟩[d] sibi prestari deposcens, tam Mÿe⟨cz⟩sz⟨lai⟩[e] ducis quam omnium consiliariorum suorum, quidnam questionis eorum audiencie illatura esset, expectancium, ora convertit. Hanc Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[f] dux et pro matronali reverencia et ne fastidiosos suis auribus ingeminaret clamores, exauditurus, cum eminus consisteret, propius accedere et quidnam rei haberet a quibusve personis
*aut.*|409* offensionem excepisset, | omni pavore circumscripto iussit depromere, certissima etiam spe se illi devovens expeditam iusticiam protelacione qualibet succisa ministraturum. Tum matrona maiori fiducia ducali sermone subnixa tribunal ducale accedens, per bassam capitis demissionem reverencia principi exhibita in hunc pene modum proposicionem suam, quemadmodum a Gedeone episcopo docta erat, disse-

[a, b, c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d] m *littera Dl. m. in ras.* [e, f] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

ruit: „Habebam ego, domine mi dux, ancilla tua copiosum balantum gregem, cuius carne, lacte et vellere vivens etiam opes ex illis, que cuiuslibet ambicioni sufficere possent, quesieram, felicemque et beatam, illo unico p⟨ecco⟩re[g] contenta, agebam vitam. Filius interim meus mercennarios, quos etiam in tuum conspectum iustius iudicium eis presentibus exceptura ire coegi, qui oves excelsis et uberrimis locis pastas ad caulas incolumes reducerent, conduxit; sed a mercennariis grex meus negligencius habitus universus fere luporum sevis morsibus deperiit. Ita, nisi tu ancille tue suffragium iustum tuleris, actum de me est, deque fortunis meis, orbaque et misera necesse est efficiar, tam dampno precipiti pessundata“. Querela matrone
dux Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[h] audita querit, | quisnam sit filius eius, qui mercennarii, *HPII 91*
quorum negligencia in tam grande dampnum incidisset. Edito nomine suo adolescens filium se querulantis matrone professus in mercennarios omnem culpam absorpti peccoris retorquet. Sed mercennarii primo loco causam suam dicere iussi sic refellunt: „Frustra — inquit[i] — princeps illustrissime, perditi pecoris a nobis petitur solucio, frustra in tuum consistorium, quasi pecus comissum negligencius asservando deliquissemus, pertracti sumus, frustra et hec matrona adolescentem hunc, filium suum, quem tamen constat privignum esse, appellat, a quo etsi nobis pascendi custodiendique gregis non inficiemur curam fuisse accepta mercede comissam[j], vigilias tamen nostras pervicit fregitque eiusdem ipsius adolescentis impetus potencior. Ipse siquidem venandi avidissimus, frequentes canes, non atrocitate solum sed rabie pleniferos, quorum illi usus non a nobis tantummodo, sed etiam a viris gravibus et illustribus fuerat sepenumero exprobratus ubique secum circumferens stragem ovium convincetur, si inficiatus fuerit, edidisse. Notorium siquidem est canum suorum turbam in gregem ad pascua per nos eductum latratu horribili insilisse et universum pene gregem nobis nequicquam nostra vociferacione eos abigere volentibus crebris rictibus lacerasse, stravisse et enecasse“. Huic accusacioni adolescens respondere orsus lupos simul et mercennarios accusat: „Ego — inquit[k] — princeps serenissime, gregi a me hiis mercennariis conducto conspicatus luporum turmam cominus imminere, canes nodatos solvi iubeo et per abrupta inviaque nemorum et alpium, cum hiis una mercennariis fugientes insector lupos. Reversa interim diverso itinere luporum pars desertum et solitarium gregem fundit et exanimat. Non in me itaque, qui lupos abegi, perditi pecoris culpa contorquenda

---

[g] ecco *litterae Dl. m. in ras.* [h] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [i] *ita pro* inquiunt, *cf. adn.*[i] *a. 1158* [j] *corr. e* comm– [k] *seq. ras. aliquot litterarum del.*

est, sed in hos iniquos mercennarios et gregis sibi crediti desertores". Mÿe⟨cz⟩-sz⟨laum⟩[l] ducem iustam decisionem parcium querelis auditis pronunciaturum, diu, quenam pars dampnanda, que absolvenda, verisimilitudo defensionum perplexum ambiguumque tenuit. Et quamvis primum dampnare mercennarios statuisset velut gregis, quem servandum suo periculo susceperant, incautos desertores, quia tamen
*aut.*|410* asserció[m] mercennariorum rabidos canes capulis | iuxta ovium gregem denodatos confessione adolescentis ad liquidum verificata erat, fertur in adolescentem comprobantibus consiliariis, sentencia, ut quoniam occasionem dampni probatus est dedisse, dampnum sive matri sive noverce resarciat, cum et lege Divina dominus, cuius bos cornupeta vel equus calcitrosior dampnum intulerit, ad dampni refusionem teneatur. {

*HPII*|92 P]RONUNCIACIONE sentencie decisorie matrone querela absoluta Gedeon Cracowiensium pontif⟨ex⟩[n] spiritu Divino impletus assurgens: „Iustum – inquit – princeps excellentiss⟨ime⟩[o], Divine et humane congruens legi protulisti iudicium, et questionem nodosam equa rectaque decisione absolvisti. Sed tum demum tua rata manebit decisio, si te ipsum velut equus legislator primum ea constrinxeris, quem suis effectibus suoque significato videtur expressisse et ad te unum convincendum emendandumque arte mea fabrefacta esse, quod quidem abducto velo facile poteris accipere. [p]⟨Non vigilanti enim tibi atque sopito, nocte atque interdiu Polonorum res publica occurrit, cuius cum nitorem, libertatem et amplitudinem procurare debueras, egisti, ut esset vidua inops, serva misera et pene captiva⟩[p]. Hec siquidem matrona Polonorum provincia est, regimini tuo comissa[q]. Tu, quod inficiari non potes, filius eius; balantum grex, Polonicus populus, cui pascendo hostes et mercennarios, non sollicitos clementesque pastores prefecisti. Ex quo non immerito filiali nomine abrogato prevignus infestus huius matrone, postquam te illius miserabilis et calamitose condicionis iuxta atque noverce non miseret, vocitaris. Sed et canes rabidos, officiales, prefectos et exactores tuos licencie freno laxato tuoque iussu et dissimulacione disrupto omnibus oppressionum mulctarumque generibus sinis debachari, quorum atroci et impio morsu grex innocens periit et tuam defensionem nequicquam implorans in horrendam te inspectante pertrahitur calamitatem, cum exactores truculentissimi adeo etiam in gregem lacerum et confractum deseviunt, ut nonnisi per cruorem et iugulum gregis rugientem esuriem

[l] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [m] o *littera in ras.* [n] ex *litterae Dl. m. in ras.* [o] ime *litterae Dl. m. in ras.* [p–p] *Dl. m. in marg.* [q] *corr. e* comm–

expleturi, provinciam tuam perpetua solitudine atque nece confecerint. Proprio itaque dampnatus atque convictus iudicio ea exequito, que aliis imperasti, excussoque negligencie torpore (fedam enim avariciam in te suspicari nequeo) tandem aliquando consurge, et tum honestati atque primum saluti tue, tum perditi atque perituri gregis tui miserabili consule calamitati, ne ulcione Divina et humana percellaris, cum verisimile non sit tirannidem tuam neque Divinitatem neque homines diuturno tempore laturos. Ut enim ceterorum tui similium exempla transeam, satis tibi documenti beatus David in omnes casus sit[4], quem populum numerari tantummodo non opprimi nec iniuste exaccionari iubentem subitus et districtus ulcionis Divine vindex perstrinxit, sed neque tibi, nisi reatum tuum iusta penitencia expiaveris, parsurus. [r]⟨Expergiscere, precor, aliquando, et nos omnes longa servitute pressos libera[5], et tanti temporis moram, dum licet, dum potes, velocitate compensa, et omni } studio virtuti primum, operacioni bone, *HPII*}*93*
dehinc glorie tue et posteritatis iudicio per singulos vite passus vacca et animum tuum ab omni cupiditate, obscenitate et pravitate, ne collabatur aut deviet, tempera, ab ulcionum Domino, qui nichil impunitum aut irremuneratum relinquid[s] in te et stirpe tua debitas penas et orbitatem non evasurus“⟩[r]. Eam reprehensionem Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[t] dux Polonorum (iam enim ira incanduerat) diucius non ferens, non ex veritatis origine, sed livoris fomite, non in correccionem, sed contumeliam episcopum astruit comentasse. Atque cum fremitu et ira ingenti ex concilio se evolvens ultum | iri suas iniurias tam de presule quam de baronibus, qui illi assensi *aut.*|411*
fuerant, minabatur, et episcopum quidem in proscripcionem et exilium, ceteros in necem aut membrorum mutilacionem confiscacione etiam bonorum adiecta et in queque extrema frequenti usurpacione sermonis destinat. [u]⟨Neque ad tam salubrem, tam suavem tamque[v] artificiosam exhortacionem animum suum ab ea, ad quam naturaliter pronus erat, cupiditate retraxit, nec mores suos inconditos compescuit et non tam surdis quam iniquis ingesta a pontifice excepit auribus⟩[u].

[w]⟨Swanthoslaus Poznaniensis episcopus, cum anno tantummodo uno sedisset, moritur et in ecclesia Poznaniensi sepelitur[6]. Cui Gerwardus custos Poznaniensis, genere Polonus nobilis de stirpe Acerworum[7] ducens genus, per eleccionem canonicam succedit, a Petro Gneznensi archiepiscopo confirmatus et consecratus⟩[w].

---

[r–r] *Dl. m. in marg. inferiore* [s] d *littera corr. in ras.* [t] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [u–u] *Dl. m. adscr.* [v] *seq. ras. 3 litterarum* [w–w] *Dl. m. in vac. nitidiore atram.*

B]ELLO INTER Sobyeslaum Bohemie et Henricum Austrie duces exorto Bohemia per Henricum, Austria per Sobÿeslaum gravibus flammis vicissim usta magnisque predis, dampnis et spoliis utraque regio affecta. Qua quidem guerra durante Henricus Austrie dux[8] pede in pontis progressu confracto diem obiit[9]. Ex cuius morte Fridericus imperator Sobÿeslao, quasi ipse mortis affinis sui Henrici occasionem prestitisset, infestus esse cepit.

### *Fundatio monasterii Sulyeoviensis per Kazimirum ducem Sandomiriensem*

K]AZIMIRUS Sandomiriensis dux quarto Idus Augusti[10] cenobium in Sulÿeow Gneznensis diocesis, ordinis Cisterciensis in suo principatu fundat et monasterium quidem predictum in predio Ruslai comitis ad fluenta fluminis Pilcza[11], qui absque liberis decedens Christum reliquit heredem, propter loci et amenitatem et comoditatem locatum est[x]. Dux tamen Kazimirus, velut primarius fundator et patronus[12], et tunc et in omni vita sua loco prefato magna caritate et favore affectus, predia, villas, decimas et sales | cenobio prefato contulit in dotem, et plurima illi in rebus mobilibus et immobilibus largitus pro eius amplitudine et decore ducalique munificencia omnia bona temporalia a se et aliis monasterio collata plene libertavit. [y]⟨Contulit autem monasterio predicto villas Sulyeow, Strzelcze[13], Dambrowa[14], Baldrzikow[15], Montem[16], Biczinam[17], Kampa[18], Pvczonow[19], Myanow[20], Sczepanow[21], Pyotrow[22], Chennam[23], Thanyow[24], tredecim plaustratas salis ex theloneo Sandomiriensi recipiendas, item alveum salis in Cracovia et novem castores ex camera ducali recipiendos. Processu vero temporis Petrus Gneznensis archiepiscopus peticione prefati Kazimiri ducis et Fulkonis Cracoviensis episcopi permotus, contulit eidem cenobio[z] Szulyeoviensi decimas manipulares mense sue archiepiscopalis in Sulyeow, Byela,[25] Lanczno[26], Mileow[27], Stampin[aa][28], Stibor[29], Domczelan[30], item ecclesiam in Baldrzikow incorporavit loco eidem cum decimis Standow[31], Chenna et Pasturow[32]⟩[y].

HPII 94

[x] Fundacio monasterii Szulyeoviensis *Dl. m. in marg.* [y-y] *Dl. m. in vac.* [z] bio *litterae superscr.* [aa] *ita aut. pro* Scampin

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS

### *Gedeon episcopus Cracoviensis cum aliis proceribus communi consensu Myeczslao duci imperium abrogant et illud ad Kazimirum deferunt*

Irritatum[1] et furentem Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[a] Polonorum ducis et monarche animum Gedeon Cracowiensis episcopus et primi Cracouiensium proceres et pro correccione in se habita exacerbatum videntes, placari et reconciliari ipsum, insuper ducem a tirannide cepta averti non posse (cumulaciores enim in eos et in ceteros subditos iusserat, ut se inexorabilem demonstraret pressuras extendi) [b]⟨cum animadvertissent animum Myeszkonis in avariciam depilacionemque precipitem ac pene immedicabilem⟩[b] | veriti insuper, ne iuxta indignacionis sue ardorem grave in se aliquid *aut.*|412*
consuleret, quid facto opus sit, clandestinis decoquunt digeruntque consiliis.[2] Gedeon siquidem episcopus sententiam dicere rogatus sic disseruit: „Videtis — inquam[c] — o proceres, quo nos casu fortuna involvit. Pressuras enim miserabilis patrie aversuri, pro reprehensione nostra, iusta quidem, honesta et necessaria, velut maiestatis violate rei, ducali decreto suppliciis addicti sumus et nisi interea aliquid nobis prospectum ⟨fuerit⟩[d], ad cruciatus varios rapiendi, et qui aliorum pressuras } levare contenderamus, pressuras et ipsi opperimur. Neque iam salus patrie nobis *HPII*{*95*
tantummodo spectanda curandaque est, sed summo studio summaque cura salus privata servanda, providendumque, ne publica cum privata una intereant. Michi in tam periculoso et patrie et nostro discrimine tirannum placet deiici et in locum eius meliorem surrogari. Sed anticipacionem celeritate etiam admixta facto optimam reor, ne, si tirannus prior suppliciis nos affecerit, conatus nostri nobis dampnatis recidant in irritum“. Ea sentencia facile ab omnibus accepta et laudata, tum demum de substituendo duce altero et monarcha consultacio habita, que cum plus difficultatis habere videretur, longius in illa immoratum est, presertim cum aliquorum sentencie variassent. Verum Stephanus pallatinus Cracowiensis[3] oracione sua ceteros in concordiam reduxit. „Non convenit – inquit – proceres, ut rem suapte facilem

---

[a] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [b–b] *Dl. m. in marg. inferiore adscr.* [c] *potius* inquit *(cod. Calv. cod. Regius, cod. Rozr., edd.), sed cf. infra adn.*[p] *et adn.*[d] *a. 1181* [d] *Dl. m. in marg.*

in difficultatem advocemus, et tam patrie quam nostro gliscente, vel, ut verius eloquar, superimpendente pericu⟨lo⟩[e], varietate sentenciarum in longiorem trahamus moram. Extat enim in propinquo princeps ingenuus Kazimirus Sandomiriensis dux, cuius probitatem, prudenciam, factivitatem et modestiam plurimis non tam indiciis et signis, sed operibus et effectibus et vidimus ipsi et continue experimur. In quem liberalitate nature omnes pene virtutes, iusticiam, fortitudinem, temperanciam, liberalitatem, prudenciam, industriam constat confluxisse; blandus alloquio, conversacione gravis, aditu facilis, propriis et exteris civilis et humanus, miseris et aliqua calamitate oppressis graciosus; in virtute honoranda egregius, in labore premiando providus et in distribuendis rei publice muneribus et officiis dispensator fidelis, tantam ad omnes redolens benignitatem et graciam, ut incertum effecerit, utrum in illo natura graciam vincat an gracia naturam. Et licet se omnibus et placabilem et exorabilem exhibeat cunctorumque excessibus facile deprecatus ignoscat, calumpniatorum tamen tam severus et osor et punitor est, ut in perhenne eorum confusionis opprobium et ut ceteris labes ipsa terrori fieret, quosdam in fronte aut in genis candenti ferro insignivit cauterio, aliis in naso, aliis in lingua mutilacionem impressit, plerosque cecari aut fustibus cedi mandavit. Frugalitatem vero et liberalitatem in eo comendare non expedit, hiis enim virtutibus omnes etatis nostre principes pervicit. Neque, ut plerisque principibus mos est, aut inhiat acquirendis aut incumbit acquisitis, sed universos census suos in rei publice profectus et comoda distribuit. Cibum et quietem nonnisi ad naturam accipit et sequestrato
*HPII|96* a se ocio iugem sibi indixit, ne torpescat ignavia, exercitaci|onis aut in simulacro pugne, aut in venando, aut in ludo hastarum, ceterisque heroicis et militaribus operibus laborem; illum tamen tum demum prosequitur, dum publicis et seriis rebus primum plenam expedicionem prestiterit. Cuius ut probitas nocior sit, unum virtutis sue insigne commemorabo[4]: una siquidem noccium princeps Kazimirus,
*aut.*|413** de quo agimus, cum Iohanne de Conarÿ milite et armigero | suo[f] alearum ludum ingressus, ludum ipsum in [noctis][g] medium usque produxerat, cum ea[h] alea aliquando ducem [aliquando][i] militem pronunciaret victorem, [j]verum ut[j] [k]celerius discessio[k] pro quiete habenda proveniret, communi consensu in periculum universe[l]

---

[e] lo *litterae Dl. m. corr. in ras.* [f] *codd., edd.,* duo *aut., (aut. charta (p. 413–414) a scriba Cod. Calv. exarata atque autographo inserta mendis abundat, cf. Zarembina p. 15).* [g] *codd., edd., desideratur in aut.* [h] *om. cod. Regius, cod. Rozr.* [i] *codd., edd., desideratur in aut.* [j–j] ut tandem *cod. Lucae* [k–k] *codd., edd.,* celebribus discessionibus *aut.* [l] universie *aut.*

victorie unus ludus acceptus est. Qui cum nimio fervore et avida spe evincendi bravii, quod in argenti magna quantitate propositum erat victori, ab utroque gereretur, dux tandem Kazimirus militem Iohannem pervincens, bravii sortem athleta accepit. Iohannes interim miles fortunas omnes suas una perditum palestra iri dolens, in eum furorem[m] atque rabiem, cum et vino immodice sumpto maderet, versus est, ut summo manus vibramine facie principis maxillata, noctis[n] beneficio de manibus circumstrepencium elapsus diffugerat, sed die altera scrupuloso scrutinio comprehensus, omnium iudicio velut maiestatis reus dampnatus, supplicium capitis subiturus agebatur. Sed Kazimirus princeps occurrens, dampnatum sisti iubens: „Non comitam[o] — inquam[p] — iudices, ut pro maxille illata michi iniuria miles hic, cuius opera in rei publice munere[q] aliquando erit michi necessaria, intereat; facinus enim suum et temporis et ludi qualitas excusat, quod si quantitatem dampni, quo illum fortuna affecerat, spectare velimus, absolvi illum, non dampnari oporteret. Ipse siquidem bravio, in quo omnes fortunas suas contineri sciebat, ammisso non michi, [sed][r] fortune iratus erat, furorem suum tamen, quem deprimere[s] non potuit, in me [filium][t] fortune ulcionem sumpturus effudit[u]. Sed et me condicionis et status meorum conveniebat meminisse, ut ludicris rebus, quibus labefactatur maiestas, abstinerem, cum in illis plures levitates, probra et contumelias sepenumero noveram contigisse. Ampliori itaque ego[v] reatui subiaceo, qui publicam principatus mei dignitatem ludicris inferens ludibrio me addixi, quam Iohannes, qui primos et fortes motus frenare non valens, stimulatus insuper ebrietate, ulcionem [ammissi][w] bravii, qua poterat arte exegit[x]. Non solum itaque Iohannem a maxillacionis mee facinore absolutum pronuncio, sed [illi][y] etiam ingentes gracias habeo, quod michi vexacionem prestitit, per quam non huius tantummodo, sed et cuius- *HPI I 97*
libet alterius ludicre rei labem a me prorsus relegabo“. Continuo quoque et reum absolvit, et omnem argenti quantitatem, quam lege ludi quesierat, ex integro restituit, et restitute propriam in remuneracionis signum adiecit. Ita sub uno tempore et in eodem homine grandis contumelie ignovit facinus, dampnacionem remisit, perdita in integrum restituit, et iniuriam suam iuxta ac favorem premiavit. Possem

---

[m] et dolorem *additur in codd. XV s., cod. Rozr., Ed. Dobr.* [n] *seq. vox del.* principio [o] *malim* permittam [p] *potius* inquit *(ut codd. XV s., cod. Rozr., edd.), sed cf. supra adn.*[c] *et adn.*[d] *a. 1181* [q] *cod. Lucae, cod. Rozr., edd.,* munera *aut.* [r] *codd., edd., desideratur in aut.* [s] in fortunam depromere *codd. XV s., cod. Rozr. Ed. Dobr.,* depromere *cod. Lucae* [t] *codd., edd., desideratur in aut.* [u] *codd. XV s., cod. Rozr., edd.,* effugit *aut.* [v] *codd. XV s., cod. Rozr. edd.,* eo *aut.* [w] *codd., Ed. Dobr., desideratur in aut.* [x] *codd., edd.,* bravii *calami lapsu aut.* [y] *cod. Regius., codd. XVI s., Ed. Dobr.,* etiam illi *cod. Calv., desideratur in aut.*

et plura alia in huius principis comendacionem proferre memorabilia[z], nisi nobis omnibus ea nossem vulgaria et[aa] notiora[aa]. Omnibus itaque votis is nobis princeps expetendus est, huic et non alteri monarche fasces deferende, sub quo certum est nos ab oppressuris, quibus angimur[ab], et respirare et felicem ac beatam posse agere vitam. Non cunctemur[ac] igitur proceres, sed concordi sentencia hunc decernamus assumamusque monarcham". Itum est a reliquis[ad] omnibus in hanc sentenciam, et omnes illi assensi. Ex locoque concilii in Sandomiriam, ubi dux Kazimirus sedem habebat[5], tam Gedeon episcopus quam baronum primi pervicaci cursu pertingunt ducemque Kazimirum secreta audiencia obtenta hiis verbis conveniunt (eminebat siquidem in Kazimiro, quamvis etate minor, natura facilior et ad consilium civilemque prudenciam apcius ingenium munificencia conditum et comitate, eratque comis et iustus, et dum adhuc iuvenilem et floridam etatem ageret, extemplo mores ingenui et regii in eo collucere visi): „N]ON[6] IGNOTUM tibi putamus, princeps charissime,
*aut.*|414** quam durum et iniquum annis | prope quinque patimur imperium et in quam vastitatem vilitatemque nostra regio fratris tui Myeczslaui et suorum prefectorum oppressione adducta sit. Quem etsi precibus, consiliis et monitis nostris tollere publica gravamina et pressuras privatim et publice obsecrando et patrie ruinam demonstrando conaremur, casso tamen labore sudavimus. Consiliis enim et precibus nostris repudiatis tam infestus nobis esse cepit, ut omnes nos exiliis suppliciis[ae] afficiendos decreverit. Ad te itaque omnium ordinum concordi consensu oratum venimus, ut principatum monarchie assumas et tam patriam quam nos tirannide exolvas, certus nos tui fratris Myeczslaui imperium velut patrie nostri publici et infesti hostis de cetero nullatenus passuros". Sumpto aliquali ad deliberandum spacio Kazimirus dux in hunc modum respondit: „Non primum quidem, proceres, die hodierno de monarchie principatu suscipiendo a vobis convenior, dudum in vita fratris mei carissimi Boleslai Crispi a Iaxa et Swantoslao[7] comitibus pari peticione urgebar. Sed iniquum putavi et fratris et alumpni mei turbare statum, } aut de
*HPII*}98 iure et dignitate sua quicquam detrahere, sed omni regno atque imperio prestanciorem duxi[af] fraterne pacis et concordie puritatem. Qui itaque tunc uni fratri fidum me et purum prestiti, qua fronte modestiam meam inquinaturus alterius principatum usurpabo, presertim cum illum filiali semper devocione coluerim et

---

[z] *cod. Rozr.*, memorialia *aut.* [aa] *codd. XVI s.*, novita *aut.*, nonora *codd. XV s.*, nota *edd.* [ab] *codd. XV s.*, *cod. Rozr.*, *edd.*, agimur *aut.* [ac] *codd. XVI s.*, *edd.*, cunctorum *aut.* [ad] reliquibus *aut.* [ae] suppliciisque *Ed. Crac.* [af] dux *aut.*, *corr. codd. et edd.*

reciproce ab eo paterna complexus et amatus fui caritate". Tum Gedeon episcopus et proceres[8]: „Longe – inquiunt – dux, dispar in presenciarum versatur respectus. Boleslaus siquidem Crispus frater tuus equo iure et iusto imperabat regimine, at hunc successorem suum Myeczslaum ad omnia tirannorum studia, a quibus nullo pacto avelli potest, vides divertisse. Ingentem itaque pietatem, ingentem caritatem, non ambicionem, non facinus credas te demonstraturum perpetuamque laudem et cum beatis mercedem habiturum, si laboranti et pene suffocate et extincte patrie subveneris, si illam a tirannide et oppressione vindicaveris. Omnibus etenim (quod non katholici[ag] sed eciam gentiles scimus sensisse) qui patriam adiuverint, auxerint, defenderint, certum et definitum in celo est locum fore, ubi beati sempiterno fruuntur evo[9]; in tirannum quoque iuxta atque in dampnatum licet sevire. Tu solus et unicus crederis, qui nostrum et patrie sanare potes discrimen et rescindere in extremum. Tibi nostram, tibi patrie salutem committimus, in tua potestate et manu situm, vitamne nobis et patrie an necem et perniciem, ad quam fratris tui [decreto][ah] extamus dampnati, sis prestiturus". Hiis et pluribus vocibus [aliis][ai] Kazimirus dux expugnatus, non regnandi libidine, non ambicionis ardore, non odii livore, sed sola patrie caritate tandem consentit se monarchie regimen suscepturum. Cum modesta itaque suorum militum manu, Gedeone[aj] Cracoviensi reliquisque proceribus eum comitantibus Kazimirus dux versus Cracoviam procedit. Quem advenientem omnes nobilium et militalium excipiunt legiones, omnes occurrunt, affavent et congratulantur. Sed et aggrestium[ak] turbe catervatim se effundunt, et suum ac patrie acclamant in nomine Domini advenisse liberatorem[10]. Aberat tunc a Cracovia Myeczslaus senex et in Maioris Polonie ac Pomeranie ducatus secesserat[11], cum uxore et tribus filiis[al] de principatu Cracoviensi eiectus in Rathiboriam se contulit, ibique domicilium suum fixit[12], unde et arx et civitas Cracoviensis absque omni difficultate [et][am] renitencia Kazimiro per | capitaneos et officiales Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[an] sunt *aut.*|415*|| XVI|XVII
presentata. Singula deinde castra et municiones in Kazimiri sponte venere dedicionem tantumque odium Mÿe⟨czslai⟩[ao] ⟨ducis⟩[ap] in pectoribus sin⟅gulorum invaluerat, ut universos crederes in suam deieccionem una mente et spiritu, quasi in quandam comunem pestem[13] conspirasse. *HPII*⟅99

[ag] *potius* katholicos *(cod. Rozr., edd.)* [ah] *codd. et edd., desideratur in aut.* [ai] *codd. XV s., Ed. Dobr., desideratur in aut.* aliis vocibus *cod. Rozr., Ed. Crac.* [aj] *codd. et edd.,* Gedeon *aut.* [ak] *codd. XVI s. et edd.,* aggrestum *aut.* [al] *eadem m. superscr.* [am] *codd. et edd., desideratur in aut.* [an] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [ao] cz *Dl. m. in ras.,* slai *Dl. m. in marg. adscr.* [ap] *Dl. m. in ras.*

*Gewardo Posnaniensi episcopo succedit Arnoldus primus*

[aq]⟨Gerwardus Poznaniensis episcopus breviusculo tempore vivens a peste epidimie correptus moritur et in Poznaniensi ecclesia sepelitur[14]. Arnoldum primum habuit successorem, Polonum nobilem de stirpe Dolanga[15], a Petro Gneznensi archiepiscopo eleccione canonica et Myeczslai Maioris Polonie ducis consensu illi suffragrante confirmatus et consecratus⟩[aq].

Romanorum[16] imperator Fridericus sedulis criminacionibus, que et per Fridericum Bohemie ducem filium Wladislai regis Bohemie in curia sua velut exulem manentem et per nonnullos Bohemie barones parti sue faventes deferebantur (quibus illum et provinciam superbe et avare administrari et imperatori minus fidum et rebellem esse perhibebant) Sobÿeslao criminaciones purgare negligente expugnatus, Sobyeslaum a ducatu Bohemie et eius regimine destituit et Fridericum filium Wladislai per tradicionem vexilli Bohemici investit de eodem[17]. Guerra insuper inter prefatum Sobyeslaum Bohemie ducem et Cunradum Morawie marchionem exorta Sobÿeslaus a Cunrado, cuius provinciam hostiliter vastandam intraverat, ferentibus Cunrado Australibus solacia campestri certamine victus in Bohemiam refugit. Qua quidem clade Friderico adversario suo crevit animus et in certam spem erectus haut dubitabat Sobÿeslaum clade huiusmodi perculsum posse de Bohemia facile propelli.

[ar]⟨Eclipsis solis anno eodem hora sexta Idibus Septembris⟩[ar][18]. }

*HPII§100* ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS OCTAVUS

*Myeczslaus dux ultum iri se cupiens, bellum Kazimiro nequicquam minatur, cum a genero nulla habere posset auxilia*

Deieccionem[1] suam a monarchia et principatu Polonorum Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] Polonie Maioris et Pomeranorum dux moleste ferens, armis et guerra et ulcionem de fratre suo Kazimiro ceterisque suis deiectoribus, et restitucionem sui in regnum

---

[aq–aq] *Dl. m. in vac.* [ar–ar] *Dl. m. in vac.* [a] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

parat et summo contendit efficere ⟨conatu⟩[b], velut is, qui omnium animis gravi oppressione et tirannide irritatis exulceratisque nichil spei in caritate et benevolencia subditorum in hiis, que ad suam restitucionem conducerent, sciebat posse reponi. Accersitis autem consiliariis Maioris Polonie et Pomeranorum (hii enim nondum a suo desciverant imperio), quid facto opus sit, consultat. Et omnium quidem consiliariorum uniforme erat votum iniuriam a Kazimiro illatam armis vindicandam esse neque ullo pacto deieccionis ferendum opprobrium; vicinorum tamen principum et generorum suorum in id bellum impetranda solacia, sine quibus futura dimicacio cum Kazimiro periculosa videbatur, cui viris armisque propriis abundanti etiam Ruthenorum subsidia constabat accessura. Missi itaque extemplo et ad Sobÿeslaum Bohemie, et Saxonie, Lotoringie duces nuncii iniuria Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[c] exposita, et quod per fratrem germanum Kazimirum de regno propulsus sit, declarato, petunt, ut soceri[2] sui dedecus non paciantur inultum, sed aut personaliter in sui solacium adveniant aut gentem armatam mittere non cunctentur. Sed Sobÿeslaus Bohemie[d] dux proprio se bello respondet occupatum, cum Fridericus frater a ducatu Bohemie eum deiecturus cum Almanico exercitu sibi immineat; Saxonie vero et Lothoringie duces| pari excusacione usi, in bellum, quo cezar in Italia occupatus erat, miliciam *aut.*|416*
suam transmisisse, sed et in aliud bellum, quod pro Terre Sancte recuperacione imperator instituit, novorum militum[e] supplementum sibi imperatum fore. Ita externis et speratis auxiliis deficientibus, propriis vero congredi non ausis, estas anni illius sine ullo bellico stridore extracta est. Kazimirus vero dux solium sui principatus equitate et iudicio stabiliens, splendorem sui nominis etiam aput exteros et hostes diffundebat. {

## *Fundatio monasterii in Oliwa* *HPII*|101

[f]⟨Quintodecimo Kalendas Aprilis Schamborius[3] Pomeranie dux monasterium ordinis Cisterciensis in villa sua ducali Oliwa, Wladislaviensis diocesis fundat[4], et septem villas, videlicet Oliwam[5], Szalkovicze[6], Glambowy[7], Sterczow[8], Stanowe[9], Granszowy[10] et Sinczinicze[11], item decimam theoloneorum, piscacionum, prediorum et pecorum illi pro dote assignat⟩[f].

---

[b] *Dl. m. superscr.* [c] *cf. adn.*[a] [d] B *littera Dl. m. in ras.* [e] m *littera postrema Dl. m. in ras., seq. ras. del.* [f–f] *Dl. m. in vac.,* Fundacio monasterii in Oliwa *Dl. m. in marg. alio atram.*

Cercior[12] ab exploratoribus Sobÿeslaus Bohemie dux factus, fratrem suum Fridericum Wladislai regis Bohemie filium cum Almanorum et Bohemorum transfugarum ad se ex principatu deiiciendum adventare exercitu, copias et ipse contrahit et Friderici operitur adventum. Quo callido et vafro consilio moram agente Sobÿeslaus illum de cetero non suspicatus venturum, solvit exercitum. Fridericus vero suam artem prosperatum iri videns, mox Bohemiam ingreditur. At Sobÿeslaus cum paucis (neque enim ad convocandum exercitum universum spacium temporis poterat subesse) illi occurrens congreditur, facileque sua paucitas a Friderici multitudine victa est. Fuga tamen Sobÿeslaus evadens in Skalam[13] se cum paucis recipit; Fridericus vero Pragam, in qua Sobÿeslai consors[14] morabatur, obsidione cingens brevi capit, illamque protinus magno militum comunit[g] presidio, intelligens illius possessionem ad cetera subiicienda magno fore usui.

### *Wernero Wladislaviensi episcopo succedit Wnelphus*

[h]⟨Wernerus Wladislaviensis episcopus pontificatu annis septem administrato ex humanis absumitur et in ecclesia Wladislaviensi accepit sepulturam[15]. Cui Wnelphus decanus Wladislaviensis[16] per eleccionem canonicam succedit, ab Alexandro tercio, petente Kazimiro Polonie duce et monarcha, provisus⟩[h].

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS NONUS

### *Myeczslaus etiam ducatu Maioris Polonie a filio suo Ottone exuitur moxque ad Kazimirum omnium provinciarum regni imperium provenit*

Bellum[1] Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[a] Maioris Polonie et Pomeranorum duci pro sui in
HPI II 102 mo|narchiam Polonorum restitucione adversus Kazimirum Polonorum ducem et monarcham maximo estu atque conatu ex proprio milite (postquam externus non suppetebat) apparanti, novus incommoditatis casus ingestus est. Filius etenim suus

[g] *corr. e* comm– [h–h] *Dl. m. in vac.* [a] *cf. adn. ad a. 1140*

natu maior Ottho[2] ex primo coniugio susceptus, gravi iniuria a patre, qui blandimentis secunde consortis persuasus filiis secundi matrimonii meliores sortes principatuum suorum relinquere testamento disponebat, affecturum[b] se dinoscens, contra patrem cum nonnullis Maioris Polonie baronibus coniurat; opportuno quoque tempore castris et municionibus paternis in Maioris Polonie principatu occupatis patrem de sede sua exturbat et depellit, nunciosque ad Kazimirum monarcham mittit, spondens se obedienter quod imperaret facturum et cum omnibus castris et municionibus gentibusque sibi parentibus, tam fide quam obsequio sincere adhesurum. Kazimirus autem omnibus aliis terris et castris, que dicionis Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[c] fuerant, sub potestate et regimine Otthe nepotis sui relictis, Gneznense castrum et civitatem cum suo districtu propter loci veterem dignitatem et famam sui| fecit iuris. Defeccionem autem Maioris Polonie mox citerior et ulterior Pomerania, [*aut.*|417*] que et ipsa Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[c] parebat, secuta est, facinus tamen Otthe in patrem admissum perosa primoribus destinatis Kazimiro monarche plenam facit dedicionem; cuius regimen propter locorum distanciam in duos presides partitur. Et ulteriorem quidem Pomeraniam, que hactenus Slupsko[3] vocitatur, comiti Boguslao de domo et genere Griffonum[4], citeriorem vero, cuius Gdansk principalior civitas erat, Szamborio baroni[5] regendas commisit. Quorum uterque processu temporis duce Kazimiro obeunte se dominum non presidem gerens, principatum predictarum provinciarum et eorum posteritas post illos aliquanto tempore, conciliato sibi militarium et civium favore, usurpavit. Tunc insuper Boleslai Crzÿwovsty oraculum, quod moriturus regno in quatuor filios quinto nulla porcione relicta diviso deprompserat, verifi⟨ca⟩tum[d] fuisse notatum est, qui in Kazimirum tunc quidem infantem et nullam porcionem inter fratres patris ordinacione et testamento sortitum, quatuor tetrarcharum quadriga⟨m⟩[e] Spiritu sibi revelante predixerat concursur⟨am⟩[f] [6]. Cui etsi Slesiana regio a filiis Wladislai Alti[7] possessa, propter civilem discordiam (minor enim natu Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[g] maiorem natu Boleslaum de ducatu suo propulerat) aliquamdiu parere detractasset, Kazimirus tamen monarcha maturitatis sue industria pacificatis concordatisque fratribus eam ad sui obedienciam reduxit, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩que[h] de Wratislawiensi ducatu, cuius eum tenebat ambicio, Boleslao, cui sorte obtigerat, cedere coegit[8], { quod ut equanimius[i] ferret, et ordinacio [*HP II*{103]

---

[b] *potius* afficiendum *ut cod. Rozr.* [c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d] ca *litterae Dl. m. in ras.* [e] m *littera Dl. m. adscr.* [f] am *Citterae Dl. m. in ras.* [g, h, i] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [i] *Ed. Crac.*, equanimus *aut.*

tunc confecta de cetero rata foret, duos Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[j] districtus a Cracowiensi provincia abstractos, Bithomiensem videlicet et Oswanczimensem, de novo largitus est[9]. Cuius filio noviter nato ad baptisteriorum solennitatem invitatus nomen suum Kazimirus[10] indiderat. Maszowie etiam et Cuÿawie provincias ad Lestkonem nepotem suum, filium Boleslai Crispi pertinentes Zironi comiti[11] viro grandevo et prudenti commisit gubernandas, et Lestkoni suo nepoti illum in directorem et alumpnum propter eius singularem probitatem prefecit. Eo insuper anno Kazimirus Polonorum dux Brestensem, Wladimiriensem, Drohiczensem et Premisliensem provincias a regno suo distractas recuperat, et castris principalibus conquisitis constitutisque presidibus provincias ipsas per se administr⟨a⟩t[k][12]. Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[l] autem Senex Maioris Polonie et Pomeranorum dux a filio Ottha exclusus in Rathiboriense opidum, quod sue extitit potestatis, se recepit et illic cum uxore et tribus filiis sub omnium rerum tenuitate et penuria agebat incolatum[13].

[m]⟨Sedente[14] Iaroslao Iszaslavicz duce Russie annis aliquot in Kyoviensi principatu, felicitati et sorti eius Swanthoslaus Czyrnyeoviensis dux invidens, exercitu non parvo congregato ablaturus illi Kyoviensem sedem vadit clandestine contra illum et nulla diffidacione premissa, dum Iaroslaus Iszaslavicz in arce Kyoviensi securus consisteret, castrum Kyoviense pro amico et fratre existimatus, ingreditur cum omnibus suis copiis et incautum occupat. Inter tumultum tamen dux Iaroslaus egre aufugit, consors vero sua et filius illius iunior et omnis milicia a Swanthoslao capta est. Omnibus denique thezauris suis amplissimis et omni suppelectili Swanthoslaus potitus est, et tam captivos quam spolia in Czirnyeow deducens castrum Kyoviense, impugnacionem veritus, desertum reliquit. Quo Iaroslaus Iszaslawicz audito, contractis auxiliaribus copiis, duos insuper nepotes suos, duces filios Rostislai[15] habens cum gentibus in suo comitatu venit in Kyow et arcem Kyoviensem forti presidio muniens omnem culpam patrati in se per Swanthoslaum Czirnyeoviensem ducem facinoris in Kyovienses, quasi eorum ope, consilio et subordinacione patratum fuerit, refundens, dicioribus civibus spoliatis, eciam omnes abbates, sacerdotes, monachos, moniales et quoslibet Latinos captivat et gravem censum pro eorum liberacione accipit, ceteros vendit et multa abhominanda in Kyovienses comittit. Contra Swanthoslaum denique Czirnyeoviensem ducem hostem et spoliatorem suum procedit et illum in Czirnyeow obsedit, sed proficere se non videns cum illo pacificatur⟩[m]. |}

---

[j, l] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [k] a *littera Dl. m. in ras.* [m–m] *Dl. m. in vac. atque in marg. inferiore*

D]UCATUM[16] suum Bohemie Sobÿeslaus dux, a quo per Fridericum regis Wladislai filium Almanorum suffragio deiectus erat, repetiturus, copiis aliquantis congregatis Pragam in Friderici absencia, qui ad imperatorem vocatus ierat, temptavit repetere, sed dum secus cessisset (magno enim Almanorum presidio Praga defendebatur), Fridericum ex Almania cum magno Almanorum exercitu revertentem in loco iniquo deprehensum iniquitate loci adiutus confligit[17] et exercitum suum adeo sternit et dissipat, ut invicem duo non possent reperiri. Verum dum Fridericus, Cunradi Morawie ducis et gencium suarum solacio ex clade accepta erectus in Pragam contenderet, Sobÿeslaus superiori elatus victoria prope Pragam utrique occurrit et pugna commissa strageque utrimque edita victus refugit[18]; annoque insequenti mortuus[19] pacificam Friderico ducatus Bohemie reliquit possessionem. Hic in Almanos tam fedo et truculento sevicie genere seviciam suam Bohemis inflammantibus fertur[n] usus esse, ut quoslibet Almanos in Bohemia repertos aut ipse in nas⟨o⟩[o] mutilaverit aut mutilari permiserit[20]. *aut. I 118' HPII 104*

## *Fundatio monasterii in Wanchoczsko*

[p]⟨Gedeon Cracoviensis episcopus fundat, construit et dotat monasterium in Wanchoczsko ordinis Cisterciensis[21] supra fluvium Kamyona[22] de bonis sui episcopatus Cracoviensis et plures decimas mense episcopalis illi donat in dotem[23] ecclesiamque ad honorem sancti Floriani consecrat[24], cui singulari affectu famulabatur, non quidem tunc, cum monasterium fundasset, sed cum muros eius quadro consumasset lapide, corpore beati Floriani in Cracoviam, ut in sequentibus docebimus, illato⟩[p].

A]LEXANDER papa tercius Galliis, in quibus annis prope decem et octo demoratus[25] propter turbacionem et scisma Ecclesie fuerat, relictis, scismate sublato et quatuor antipapis sibi successive succedentibus mala morte absumptis periculo maris Tirreni se comittens[q], Italiam et deinde Urbem cum maximo cleri et populi favore susceptus advenit.

---

[n] r *littera postrema corr. in ras.* [o] o *littera Dl. m. in ras.* [p-p] *Dl. m. in vac.*, Fundacio monasterii in Wanchoczsko *Dl. m. in marg. alio atram.* [q] *corr. e* comm–

*Lupo Ploczensi episcopo succedit Vitus*

HPI{105 [r]⟨Ploczensis pontifex Lupus cum annis novem sedisset, de paralisi } moritur et in Ploczensi ecclesia sepelitur[26]. Cui Witus de Chotel ex terra Sandomiriensi ortus, nobilis de domo Ianina[27], per eleccionem canonicam succedit, a Petro Gneznensi archiepiscopo, Kazimiro duce Cracoviensi et Regni Polonie monarcha consenciente, provisus; qui tria monasteria Ordinis Premonstratensis fundavit, videlicet in Vithow, Buschko[28] et Ploczsko[29]⟩[r].

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS

*Kazimirus pacificato regno Myeczslai leges iniquas abrogat, novasque iustas constituit, pro quarum confirmatione et alicuius sancti corpore Romam legatos mittit*

Universis provinciis Regni Polonie ad obedienciam suam Kazimirus Polonorum dux et monarcha, mira solercia industriaque reductis, id primum sibi princeps virtute clarus agendum assumpsit, ut patriam exquisitis pressuris et gravaminibus concussam in libertatem et equitatem vendicet. Omnes itaque, que a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[a] fratre suo eiusque prefectis et officialibus constitute erant nove dacie, tributa, theolonea et exacciones, dissolvit et abrogat, calumpnias resecat, calumpniatores aut proscribit aut igne cauterisat et omnia iudicia iniqua, quibus substancie hominum absorbebantur, eliminat et ad recti iustique libraminis redigit puritatem. Ad maiores deinde abusus, qui ex veteri consuetudine non inter prevaricaciones et vicia, sed inter leges et iura regni numerabantur, abolendos operam suam omnem convertit. Qui quoniam et principes et barones maioresque Polonie pervaserant, difficiliorem sui efficiebant curacionem, moleste ferentibus primoribus se suis

aut.|119* prerogativis et comoditatibus privari. Erat[1] etenim Polonice genti| consuetudina-

---

r–r *Dl. m. in vac.* a *cf. adn.*[d] *a. 1140*

rium et solenne, ut nobiles et militares faciendo per regnum transitus et itinera, non fenum tantummodo, stipulam[b] et paleam, sed annonam et reliquum victum agrestibus imperarent et abnuencium potenti invasione domibus et horreis perfractis, suam necessitatem licencius explerent et bo⟨na⟩[c] aggrestium non tam depascerent quam procul⟨ca⟩rent[d]. Privata insuper negocia exilem interdum importanciam habencia nobiles et militares dispondituri, equos aggrestium in rure vel campis apprehensos per seque aut suos satellites conscensos citato et pervicaci cursu longa *HP II | 106* interdum { terrarum et locorum spacia conficiebant. Ex quo equis fatigatis aut irremediabiliter enervatis, sepe quoque numero extinctis vel in remota terrarum spaci⟨a⟩[e] abductis, interdum etiam, quod probati et prestantes essent, usurpatis magna pernicies et egestas aggrestes in opere suo neglectos aut equis privatos sequebatur. Bona[2] insuper episcoporum decedencium tam mobilia quam immobilia prede et direpcioni patebant aut ducali fisco mandabantur. Magno itaque conventu aput Lanciciam[3] indicto, quanta mala, quanta homicidia ex prefatis tribus abusibus consurgant, quantis regnum vastetur et affligetur incomodis, quantum prevaricacione huiusmodi gentilem et barbaram crudelitatem redolente offendatur provoceturque Deus, in ducum, episcoporum et militarium frequenti multitudine edicit; decernerent propterea abusus huiusmodi exterminandos esse, et Divinitatem sibi hactenus iratam efficerent propiciam, et se katolicorum regnorum sacris legibus conformarent; se enim sic institutum esse, ut sub sua monarchia et regimine diucius tam sceleratas et prophanas consuetudines offensam Dei et iniuriam proximi et sacrorum notoriam continentes non esse passurum. Aderant huic concilio presules octo[4]: Sdzislaus Gneznensis, Gedeon Cracowiensis, Ziroslaus Wratislauiensis, Onolfus Cuÿawiensis, Cherubin Poznaniensis, Lupus Ploczensis[f], Cunradus Camÿenensis[5], Gaudencius Lubuczensis[6]; tres principes[7]: Ottho Poznaniensis, Boleslaus Wratislauiensis, Lestko Maszowiensis; baronum quoque et militarium multitudo copiosa, quorum frequentes sentencie abolendas consuetudines iniquas, propter quas Divina indignacio variis infortuniis et adversis successibus credita est Polonos perculisse, decernebant. Et ne consuetudines ipsas contingeret a quoquam in posterum resumi vel innovari, omnes illarum aut alterius ex eis auctores placuit horrendo anathematis cirographo vinciri. Postridie itaque tam Sdzislaus Gneznensis archiepiscopus quam omnes Polonorum episcopi pontificali amictu induti, Kazimiro

[b] am *litterae corr. in ras.* [c] na *litterae Dl. m. adscr.* [d] ca *litterae Dl. m. corr. in ras.* [e] a *littera postrema Dl. m. in ras.* [f] o *littera erasa*

Polonorum duce et monarcha universisque principibus, baronibus, militibus et comunitate presentibus, iubentibus, gratificantibus et tam se quam posteros in legem et vinculum huiusmodi summittentibus, in hunc modum pronunciat: „Qui[8] colonorum et aggrestium annonam aut alias res vi aut aliquo ingenio tulerit aut auferri iusserit, an⟨at⟩hema[g] sit; qui legacionis aut necessitatis publice vel private occasione preterquam ad denunciandum hostium in patriam imminentem
*HPII*|*107* insultum, cuiusquam quadrupedem | et iumentum in angariam podwodaticam acceperit vel accipi iusserit, anathema sit; qui bona pontificum aut ecclesiasticarum|
*aut.*|120* personarum decedencium rapuerit, occupaverit, distraxerit, etiam si sit persona illustris et regali, ducali aut quacunque alia prefulgeat dignitate, anathema sit; qui episcopium spoliatum restitucione non habita acceptaverit et raptorum aut distractorum relaxacionem raptoribus satisfaccione legitima non precedente impenderit, velut sacrilegii particeps et consentaneus, et qui ambicioni sue et comodis inhiando sacrilegio occas⟨io⟩nem[h] prestiterit, anathema sit“[9]. Et acclamacione concinna a ducibus et universo populo responsum est: „Amen“. Ut autem tam saluberrime constitucionis in futuras generaciones habeatur duramentum, solerti ducis Kazimiri ordinacione nuncii ex utroque statu in Romam et ad summum pontificem Alexandrum tercium mittendi deliguntur, confirmacionem papalem, que constituciones ipsas et in scriptum redactas et ducis Kazimiri pontificumque, principum et baronum sigillis munitas apostolica firmitate perennet, et corpus ossaque alicuius sancti, quo Cracowiensis insigniretur occlesia, obtenturi[10]. Et nuncii quidem Polonorum aput Tusculanum Alexandro papa offenso benigne habiti et auditi sunt, gracieque presente cardinalium cetu ab Alexandro Polonis acte, quod pestifero durante scismate nacionibus et regnis vicinis aut claudicantibus aut obedienciam antipaparum profitentibus, ipsi constanti perseverancia ab eius obediencia non desciverint. Constitucionem deinde Polonorum velut iustam et religione plenam et comendat et confirmat, de dandoque sacro corpore bene legatos Polonorum sperare et se in Romam subsequi iubet. Confirmacionis autem sue pro rescindendo dubietatis scrupulo exemplar subnectimus, cuius a nobis originale in ecclesia Cracowiensi conditum, sepe et attractatum et visum est[11].

[i]–⟨ALEXANDER[12] episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro Kazimiro duci Polonie salutem et apostolicam benediccionem. Ex parte tue magnitudinis

[g] at *litterae Dl. m. in ras.* [h] io *litterae Dl. m. in ras.* [i–i] *alia m. XV s. in vac., seq. aliquot voces erasae; duae sequentes paginae vacuae relictae*

relatum est nobis, quod de consilio archiepiscopi et episcoporum Polonie, et principum terre quasdam abusiones et solitas iniurias ab ecclesiis et personis ecclesiasticis amputasti, constituens, ne bona decedencium episcoporum ulterius confiscentur. Constitutum est etiam, ut si quispiam in res defuncti episcopi manus iniecerit, vinculo anathematis teneatur, nec presumat ullus raptorum defuncto episcopo succedere, donec absolucionis beneficium assequatur, restitutis ablatis vel ablatorum congrua } estimacione premissa. Consuetudinem autem, que a principibus terre serva- *HPII}108* batur, videlicet, ut quocumque pergerent pompatice, invadentes horrea pauperum evacuarent, etsi inter absentes aliquid negocioli quandoque contingeret, impii satellites discurrentes raptos quoscumque caballos vel enervarent in cursu vel omnino destruerent, de ecclesiasticorum et secularium virorum consilio emendasti. Unde quoniam constitucionem tuam iustam pariter et honestam auctoritate nostra postulas confirmari, nos tuis iustis postulacionibus annuentes constitucionem prescriptam, sicut in scripto autentico super hoc facto habetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, sub interminacione anathematis prohibentes, ne quis eam violare aliqua racione presumat. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se noverit incursurum. Datum Tusculani, quinto Kalendas Aprilis⟩⁻¹ 13.|

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS PRIMUS *aut.*|423*

*Myeczslaus summis precibus*
*a fratre Kazimiro supplicat restitutionem in patriam,*
*non tamen in monarchiam*

Exclusionis sue a principatu et dominio Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] Polonie Maioris et Pomeranorum dux agitatus molestia, dum restitucionem suam armis et potencia effici non posse adverteret, omnem spem in fraterna misericordia et compassione

⁻¹ *cf. p. 122* [a] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

ducis Kazimiri reponit, et tum per nuncios, tum per epistolas frequentes eum obsecrat, precatur et fatigat, quatinus illum cum uxore et filiis exulem amplius esse, et beneficia a se[b], dum eum tenera haberet etas, obliteratum iri non sinat; nosse se et Kazimirum inficiari non posse, quanta[c][1] caritate et fide adolescenciam eius foverit, et ut a patre negatam sortem assequi fratre Henrico absumpto posset, enixe institerit, quam frequentibus et cumulatis favoribus et beneficiis eum complexus fuerit, quod insuper nunquam illi aliquid negaverit, nunquam molestus, gravis, fastidiosus aut arrogans fuerit, sed illum non in fratris solum, sed in filii amasset loco. Kazimirumque his verbis compellebat: „Potesne — inquam[d] — equo animo et siccis oculis[2] me unicum ⟨superstitem⟩[e] germanum natura, at certe
*HPII 109* clemencia parentem tuum, exulem videre? potes beneficiorum a me susceptorum oblivisci? potesne ferre, ut ego canis respersum habens ⟨capillis⟩[f] caput, cum uxore mea, glote tua, tuisque nepotibus in meum et tuum, immo domus nostre et generis grande ludibrium stipe aliena sustenter et meos principatus me superstite infidus et male de me meritus filius Ottho sub tui patrocinii umbra possideat? Ferreone es pectore aut ex tigride nactus es precordia,[3] ut neque te mee, neque nepotum condicionis miseret? At si tibi nulla communione sanguinis, nullo beneficio, nulla necessitudine obstrictus essem, moveri certe vel sola mea et meorum [g]⟨consortis et filiorum mecum una depulsorum⟩[g] tam iniuria quam calamitate debueras. Recense et meorum in te beneficiorum collatorum, recense et tuarum sponsionum, quibus nullo pacto, nulla racione mea in te beneficia moritura ingeminabas, recense postremo et iniuriarum calamitatisque mee magnitudinem et frigescentem in te caritatem vel tot igniculis accende et in exule, in fratre, immo in parente, quam nemini alteri negare solitus es, deprome pietatem[h]. Quodsi fortasse animum tuum monarchie, ne ab illius solio me restituto excludaris, subit respectus, at ego, cum iam languido et effeto corpore sim et ad publica munera obeunda parum michi videor idoneus, bene mecum, sed cum nostra re publica optime actum reor, quod tu et animo et manu ad omnia promptus[4], iure hereditario, cum sis filius mortui et germanus viventis, legitimo tempore, dum a me utiliter administrari non poterat, occupasti. Faveo itaque pro bene gerendis rebus patrie nostre, regimini tuo non invideo, et te sorte principatus maioris et monarchie digniorem me iudico,

---

[b] *desideratur* collata *(Ed. Crac.) vel simile quid* [c] *inter* u *et* a *litteras 1 littera erasa* [d] *potius* inquit *(ut cod. Reg., cod. Rozr., edd.), sed cf. adn.* [c, p] *a. 1177* [e, f] *Dl. m. in marg.* [g-g] *Dl.m. in ras.* [h] *Ed. Crac., pietate* aut.

tibique viro forti imbecillis ipse animo et viribus de solio eius, quo in meam restitucionem animequior sis, cedo, iurique omni michi in illo competenti tam in[i] presens quam in futurum me ⟨ab⟩dico[j] atque renuncio".

[k]⟨PROCERES[5] et barones universumque vulgus terre et castellanie Slupensis graviter et iniquo animo ferentes, ab Owardo Dacie rege[6] asserente se (sicut verum erat) ex regibus et principibus Polonie per avam suam genus et originem ducere, terram et castellaniam Slupensem, dum tunc illam Wladislaus Maioris Polonie et Pomeranie dux[7] sub suo regimine obtineret, per potenciam occupasse et annis plurimis ipso Wladislao duce Polonie suam et tocius Regni Polonie grandem iniuriam rescindere negligente, iniusta occupacione detinente, conspiracione unanimiter facta, ne processu dierum occupacio ipsa violenta in iuris et iuste subieccionis trahe|retur necessitatem, et ipsi in perpetuam regis et principum exterorum, cum haberent naturales et proprios, redigerentur servitutem et dicionem, superbam et iniustam prefati Owardi regis Dacie dominacionem perosi, ab ipso deficiunt et Swanthopelcum Pomeranie ducem[8] in dominum et principem suum assumunt. Cepitque extunc terra prefata et castellania Slupensis regibus et principibus Polonie in temporalibus, archiepiscopo vero Gneznensi in spiritualibus, ad quos ex sua primeva fundacione pertinebat, cuius tunc Henricus Kyethlycz[9] obtinebat sedem, esse obedienter subiecta⟩[k]. | *HPII 110*

*Kazimirus motus precibus fratris pro eius restitutione conventum indicit;*
*cuius animo audito Poloni tumultum excitant,*
*et ipse cogitur legem abrogare;*
*tandem aliorum suffragiis adiutus Myeczslaus dux omnem Maioris Poloniae principatum recuperat*

A]D INTIMA[10] pectoris Kazimiri ducis et monarche supplicacio fratris Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[l] tam humilis tamque modesta penetraverat, lacrimisque abortis se et exuli et fratri sueque iuventutis et orphanitatis alumpno compassurum testabatur, sed et mutabilitatem in eo recensendo mirabatur fortune, que illi non monarchiam solum, sed et naturales et hereditarios ducatus ademisset. In tam vero grandi re *aut.|424**

[i] *vox partim erasa* [j] ab *litterae Dl. m. in ras.* [k–k] *alia m. XV s. in marg. inferiore non satis apte in textum insertum* [l] *cf. adn.*[d] *p. 1140*

proprio nolens uti arbitrio, frequens consilium advocat et de restituendo fratre Myesz⟨lao⟩[m] aput senatum verba facit: „Nimis — inquit — acerbo animo, proceres, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[n] ducis, qui michi unicus frater relictus est, exilium fero plurimumque sue et natorum suorum, qui alterum me parentem existimant, calamitatis me miseret, a quo crebro, ut illum in suos principatus restituam, exoror, ius quoque monarchie penes me relinquens illi cedit atque renunciat. Iustam ego, proceres, peticionem suam existimo. Monarchie quoque principatu se abdicanti sortem hereditario iure eum contingentem reddi illi equum censeo, iniquum ratus, si eo vivo et spirante, aut filius eius Ottha aut ceteri in eius principentur dominio, et eo calamitate atque exilio affecto illi gloriosi atque splendidi refulgeant". Fastidiosis auribus ducalis sermo a consiliariis exceptus est, murmurque mox subortum, obstinatum deinde silencium omnes aliquanto tempore tenuit. Tum spacio ad consultandum a duce petito, secessione in alium locum facta, adeo consternatis animis tumultuario magis quam sensato more, ita ut res parum a iusta sedicione differret, deliberant.
*HPII,111* Multorum enim sentenciis placebat et Kazimirum simili expulsione, qua et Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[o] percelli. Mitigato tandem furore in hunc modum respondent: „In evidens – inquiunt – princeps illustrissime, a te vocamur discrimen, sermo quoque a te de restitucione fratris tui Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[p] habitus capitale portendit supplicium et in omnium nostrum exterminium restitutus Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[q] non desinet grassari. Vehementer angimur, vehementer coartamur, qui probe novimus iratum Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[r] animum nonnisi voluntate carnificina in nobis deprompta, quieturum. Superest, ut si de restituendo Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[s] sentenciam non correxeris, non omnes aut in voluntarium exilium abituros aut aliqua alia racione nobis et vite nostre prospecturos non dubites. Nec nostre tantummodo, sed et tue timemus parti, cum promissorum facile oblitus in tuam machinabitur depulsionem". Tum Kazimirus dux consiliariorum animos in sedicionem spectantes mitigaturus, mutat illico decretum et de restituendo fratre Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[t] sentenciam abrogat consiliariisque pollicetur non amplius se de re hac quicquam innovaturum. Gracias insuper agit singulis, quod tam sinceres, fidos et constantes eorum erga se animos expertus esset. Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[u] itaque Senex, hiis que de se in concilio erant acta, Kazimiri intimacione cognitis a⟨d⟩[v] Fridericu⟨m⟩[w] imperatorem personaliter se conferens iniuriarum suarum condicione declarata suffragio cesareo se

[m] lauo *Dl. m. in ras.* [n, o, p, q, r, s, t, u] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [v] d *littera Dl. m. in ras.* [w] m *littera Dl. m. adscr.*

in principatus suos restitui deprecatur[11]. Verum dum Fridericum imperatorem transmarino bello, quod in Terre Sancte subsidium agendum susceperat, aliisque gravibus imperii negociis occupatum intelligeret, in Poloniam revertitur, et maritime ore principi Msczugio locata filia[12], eius et aliorum sibi favencium fultus auxilio, Kazimiro insuper duce et monarcha favente et conscio, Gneznense castrum intercipit, ex quo cetera Maioris Polonie castra et municiones aut vi aut dedicione| conquirit. Filius quoque suus Ottha venia petita per communes amicos patri reconci- *aut.*|425* liatus ad subieccionem rediit[13]. Ita brevi tempore Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[x] Maioris Polonie ⟨dominia⟩[y] ⟨et⟩[z] principatum ex integro recuperans adeptus est, et Kazimirus dux et monarcha restitucionem suam, quam publice efficere nequivit, clamdestino favore et suffragio conflavit.

### *Ziroslao episcopo Wratislaviensi succedit Franciscus*

W]RATISLAWIENSIS episcopus Ziroslaus ⟨secundus⟩[aa] cum[ab] annis undecim sedisset [ac]⟨Tercio Nonas Aprilis [ad]de febri[ad]⟩[ac] m⟨ori⟩tur[ae][14]. Cui Franciscus alias Franko[15] suc|cedit favore Boleslai Alti ducis Wratislaviensis [af]⟨a Petro secundo *HPIR*|112 Gneznensi confir⟩[af]matus [ag]⟨archiepiscopo et consecratus. Qui alio nomine Swantko appellabatur, Polonus genere et nobilis de domo Prawditarum⟩[ag].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS SECUNDUS

### *Kazimirus recuperata Brzescze cum suorum murmure Russiam petit, ubi circa Halicz profligatis duobus ducibus Msczislaum affinem in statu reponit et victor cum exercitu domum redit*

Brestensis[1] civitatis et provincie supra fluvium Bug site nunciata defeccio Kazimirum ducem et monarcham illico concitavit ad arma, et tam equestribus quam pedestribus copiis in unum coactis celerrimo gradu in Brzescze perveniens illam oppugnat,

[x] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [y] *Dl. m. in ras.* [z, aa] *Dl. m. superscr.* [ab] *vox in ras.* [ac–ac] *Dl. m. in marg.* [ad–ad] *alio atram.* [ae] ori *litterae Dl. m. corr. in ras.* [af–af] *Dl. m. in ras.* [ag–ag] *Dl. m. in vac.*

et infra dies duodecim vincit et conquirit percussisque securi defeccioni⟨s⟩[a] auctoribus municipium illic opido imminens extruit, ac valido presidio, ut populares continerentur in fide, imposito versus Haliczienseṃ civitatem et regionem exercitum ducit, affinem suum Msczislaum ducem, quem fratres sumpta occasione fallaci, quasi non legitimus sed subducticius et de iniusto matrimonio susceptus fuerit, de regno eiecerant, restituturus[2]. Molesta plerisque Polonorum proceribus ea expedicio videbatur, et egre in eam miliciam procedebant clandestinisque et secretis colloquiis ducem Kazimirum carpebant, quod propriis bellis non contentus externa et iniusta bella parum felicitatis et comodi habitura tractanda assumpsisset; indignum insuper esse, ut pro spurio et ambigui thori homine in acie iniqua longe a domo sine donativo decertent. Has querelas etsi Kazimirus nosset per milites ingeminari in castris, nichil tamen militari rumore motus, promovet exercitum in ulteriora. Iam prope Haliczіam ventum erat dieque altera obsidio Halicziensium parabatur, dum subito ab exploratoribus nunciatum est Wszewoldum Belsensem[3] et Wladimirum Halicziensem[4] germanum Msczislai duces cum omnibus Ruthenorum principibus et boiaris infesta acie adventare. Tum iam non secreta, sed aperta Poloni in ducem suum Kazimirum probra exaggerant, sed et Nicolaum Craco⟨vi⟩ensem[b] pallatinum et principem milicie[5], quasi huius belli precipuum auctorem, contumeliosis insectantur sermonibus, seque ad evidens periculum perductos et pene|
aut.|426* Ruthenis queruntur proditos. Videbant enim Ruthenorum exercitum magnis
HPII}113 copiis refertum esse et } quasi in Polonorum perniciem universas Ruthenorum provincias velut ex composito convenisse. Ruthenos preter odium in Polonos insitum Polonorum conspecta paucitas suorumque frequencia et cons⟨u⟩lti[c] de futuro belli eventu auruspices leta omnia sibi Polonis tristia nunciantes in prelium accendebant[6]. Kazimirus nichil aspectu et multitudine hostium territus ordinatis aciebus milites animat, docet in Ruthenorum multitudine paucis exceptis vilia esse mancipia et si parum admitantur facilem victoriam prebitura sepiusque multitudinem a paucitate fusam extitisse. Ac sic [d]milites animatos et spe victorie alacres[d] levo cornu Nicolao Cracowiensi pallatino commisso dextrum ipse regens, signis canere iussis cum hostibus congreditur. Rutheni clamore sublato vehementi et ipsi impetu capessunt pugnam durumque certamen inter utrumque populum aliquanto tempore gerebatur. Iam quoque levum cornu, cui pallatinus Nicolaus preerat, a levis

---

[a] s *littera Dl. m. in ras.* [b] vi *litterae Dl. m. in ras.* [c] u *littera Dl. m. in ras.* [d–d] *acc. abs., cf. t. II p. 9*

armature sagittariis, equis aut confossis aut vulneratis referre ceperat pedem, dum Kazimirus denunciato sibi periculo turmam unam militum in levum cornu subducens, pulsis Ruthenorum sagittariis prelium restituit; ac in dextro cornu Polonorum falanx Ruthenorum aciebus disruptis proculcatisque in ceteras Ruthenorum turmas gladios stringebat, dum in levo cornu Rutheni a Nicolao pallatino fusi pulsique in fugam dilabuntur. Sed nec hii, qui contra dextrum cornu pugnam sustinebant, faciunt moram, metu enim fugiencium perculsi in fugam vertuntur. Wszewoldus Belsensis et Wladimirus Haliczriensis duces, ne in potestatem Kazimiri venirent vivi, equos mutando sequencium se manus evadunt. Ruthenorum magnus numerus eo prelio aut occisus aut captus, castra Ruthenorum omnis opulencie plena per Polonos iubente Kazimiro direpta, sed et castrum et opidum Haliczriense illico Kazimiro victori deditum est, qui illud Msczislao Russie duci[7] affini suo sacramento perprius adacto, quod nunquam se et Polonorum gentem in adversis et prosperis desereret, committens, in Haliczriense regnum ipsum de integro restituit, rebusque Russie ordinatis in Poloniam redit. Et Wszewoldus quidem Belszensis dux et prelio fugiens in Belsz castrum suum cum paucis pervenit, Wladimirus vero Haliczriensis dux in Hungariam divertit, a rege Hungarorum Bela suffragium supplementumque militum et impensarum pro sua in Haliczriensem ducatum restitucione petiturus. }

*Petro secundo archiepiscopo Gnesnensi succedit Zdzislaus*

[e]⟨Gneznensis metropolitanus Petrus secundus cum annis duobus et viginti Gneznensem ecclesiam rexisset, moritur et in Gneznensi ecclesia sepelitur[8]. Cui Szdzislaus canonicus Gneznensis nobilis genere Polonus de familia et domo Koszlyarogy[f9] per eleccionem canonicam succedit, a summo pontifice Lucio papa tercio Myeczslawo Maioris Polonie duce intercedente provisus⟩[e]. *HPII{114*

B]ARONES et milites Bohemie imperium et mores Friderici ducis[10] sui Bohemie perosi tam ipsum quam fratrem suum Otthonem[11] variis opprobriis et contumeliis deturpatum sedicione exorta de ducatu eiiciunt et Cunradum Morawie ducem in ducem et dominum assumunt, Pragamque, que pro Friderico per militum suorum Almanorum precipue presidium tenebatur, obsidione| cingentes oppugnant et per dedicionem *aut.|427**

---

e–e *Dl. m. in vac.* f *vox in ras.*

conquirunt. Fridericus autem Romanorum imperator, in cuius tutelam Fridericus Bohemie dux ab omnibus suis desertum iri ⟨se⟩[g] advertens confugerat, tam Cunradum ducem quam barones Bohemie, sed Cunrado duce vocacionem abnuente barones Bohemie ad suum tribunal de iusticia Friderico responsuros vocat. Magna trepidacione ad se venientes Fridericus imperator variis suppliciis coram posit⟨is⟩[h] iubet torqueri, quorum metu impulsi deserto Cunrado Fridericum in ducem reassumunt et novo sacramento atque federe se illi obstringunt.

A]LEXANDER papa tercius cum annis uno et viginti, mensibus XI et diebus tredecim sedisset, Rome moritur et in ecclesia beati Petri sepelitur[12]. Cui Lucius tercius nacione Tuscus, de civitate Luca et nobili prosapia originem trahens, cardinalis tunc episcopus Hostiensis[13] succedit. Ad quem Kazimirus dux et monarcha Polonorum novos nuncios fatigat, ossa sancti alicuius, de quibus dandis a suo predecessore Alexandro spes facta fuerat, pro ecclesia Cracowiensi precaturos.

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS TERCIUS

*Myeczslaus aspirans ad monarchiam,*
*procurat se haeredem ducatus Masoviae et Cuiaviae*
*per Lestkonem nepotem dolis circumventum fieri,*
*quod Kazimiro duci displicuit;*
*et filius Kazimiri a vipera necatur*

Restitucione[1] sua ad Maioris Polonie ducatus Myesz⟨laus⟩[a] Senex parum {
*IIPII§115* contentus, etiam ut in principatum monarchie restituatur, magnopere exestuat variisque vafris et subdolis machinamentis nunc hos nunc illos consiliarios aut pollicitacionibus aut largicione corrumpendo conveniendoque reditum sibi ad monarchiam conatur extruere, sepe quoque cum Kazimiro duce et monarcha, sponsionis et cessionis sue oblitus, de principatu duris et acerbis sermonibus parum a iusta guerra abhorrentibus contendit et velut ambitus reum carpit, quod se et

[g] *Dl. m. superscr.* [h] is *litterae Dl. m. in ras.* [a] laus *Dl. m. in ras.*

germanum et natu maiorem ex possessione monarchie detraxerit et non legitimo iure illam detineat occupatam. Et verbis quidem industria et astu oblitis Mÿe⟨cz⟩-sz⟨laus⟩[b] dux pro principatu contendens in arma non veniebat, quin etiam Kazimirum ducem contra se arma expedientem novo ingenio novaque arte, viribus se sciens, si res in dimicacionem veniret, imparem, placabat, astruens iureiurando ab omni monarchie iure et peticione se de cetero, cum sors suorum ducatuum sibi absque monarchie principatu longe sit placidior atque prestancior, cessurum. Interdum insuper et per se et per comunes consiliarios aput Kazimirum agebat, ut Lestkone ⟨com⟩uni[c] nepote absumpto, cuius egritudo in annos aliquot procedens moriturum illum propediem nunciabat, in Mazowie et Cuÿavie ducatus Mÿe⟨cz⟩-sz⟨laus⟩[d] pro sui iuris, quod in monarchia habebat contentacione, succederet[2]. Verum Kazimiro abnuente et in externa bella divertente resumpto dolo ad monarchie principatum aspirat irrumpere, asserens ad coactas se sponsiones non teneri. Propositum autem animi sui aliquando tandem consecuturus, comunem nepotem| Lestkonem Mazowie et Cuÿawie ducem, cuius tutoriam pater Boleslaus Crispus *aut.*|428* moriturus duci Kazimiro mandaverat, ad se quibuscunque potest blandiciis perlicit, maximam fore virium accessionem rebus suis profuturam existimans, si Lestko dux Mazouie et Cuÿawie Kazimiro monarcha deserto in suam dicionem concederet. Sciens autem Lestkonem Mazovie et Cuÿawie ducem predictum a Zira comite, quem illi Kazimiri ducis auctoritas in alumpnum et alterum curatorem prefecerat, in singulis accionibus dirigi et omnia illius arbitrio Lestkonis acta moderari, Ziram comitem non largicione solum, sed ea precipue spe, quod ex pacto inter Kazimirum et Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[e] inito ducatus Mazowie et Cuÿawie Lestkone obeunte ad Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[f] ducem sint recisuri, illectum expugnat et in omnia vota sua dolosa assercione inclinat. Lestko itaque dux prefatus alumpni sui Zire comitis persuasus victusque consiliis primario et precipuo suo curatore duce Kazimiro deserto ad Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[g] ⟆ transmigrat, et sue dicioni tutorieque tam personam *HPII*⟆*116* suam quam utrumque principatum suum commendat, eumque ducatuum et rerum suarum omnium scribit et designat successorem, in illiusque fidem militares et subditos suos iurare compellit. Que novitas etsi Kazimiro duci permolesta fuerit iustaque ira et in fratrem Mÿeszkonem ducem, cuius astu et ambicione, et in Ziram[3]

---

[b] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [c] com *litterae Dl. m. corr. in ras.* [d] cz *litterae Dl. m. superscr.*, la *Dl. m. in ras.*, us *Dl. m. adscr. in marg.* [e, f, g] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

comitem, cuius perfidia et decepcione rem noverat conflatam, moveretur, motus tamen omnes sagaciter comprimens, neque Mÿeszkoni fratri, neque Lestkoni nepoti, sed nec eius curatori Zire molestus esse voluit, tacitus quoque, quonam tam improbi et infidi conatus reciderent, dissimulans, oportuno tempori huiusce sue iniurie contemptus correccionem destinabat. Obruit et alius eque molestus ducem Kazimirum sub eodem tempore casus. Dum enim filius suus adolescencior Boleslaus nomine[4], arborem quandam iocandi gracia succideret, ipera de stipite corruens et in gula tenera et delicata Boleslaum ledens, subita violentacione suffocat et extinguit, adeo quidem precipitanter, ut a terra a circumstantibus sublatus neque vocem neque gemitum ediderit. Cuius tam subitam et non vulgarem mortem pater illius dux Kazimirus diuturno prosecutus luctu, honestis eum in Cracowiensi ecclesia extulit funebriis. [h]⟨Filii autem Boleslai decessum, quod in meliorem vitam translatus[i] absque Divinitatis ordinacione, cui nequit resisti, illam oppecierit mortem, facile et equo animo laturus, de preiudicio, quod illi fratris Myeczslaui[j] Senis Maioris Polonie ducis in occupandis Maszovie et Cuyavie terris intulerat ambicio, animo et spiritu nec tacitus interdum torquebatur. Quod plerique consiliarii Kazimiri ducis contigisse hoc illi letabantur et quibusdam exprobracionibus in eum usi, iuste circumventum a Myeczslauo[k] Sene disserebant, ut experiretur eum hostem, quem pro suo scelere exulem pati non poterat, quasi restitucionem illius Kazimirus Cracoviensium dux levitate pocius et non pocius comiseracione atque indulgencia fraterna procurasse videretur⟩[h].

C]UNRADO[5] Moravie duce impeticionem ducatus Bohemie deserente Wenceslaus filius antiqui et frater iunioris Sobÿeslai a baronibus Bohemie rerum novandarum cupidis suffectus est, quorum potencia fretus, Pragam aliquanto tempore obsedit. Conatibus tamen suis nullus effectus, Almanis pro presidio relictis egregie urbem tutantibus, respondit. Interim Fridericus Bohemie dux collecto in Almania exercitu Bohemiam venit, et Venceslaum decernere non ausum (erat enim Fridericus et germani sui Adalberti } archiepiscopi Salczburgensis[6] et Leupoldi ducis Austrie[7]|
*HPII* 117 *aut.* 429* vallatus solaciis) ab obsidione Pragensi repellit, obsidioneque soluta etiam eos barones, qui a se ad Wenczeslaum defecerant, partim benivolencia, partim metu sibi conciliat et civiles motus sedans Bohemiam pacificat.

---

[h–h] *Dl. m. in vac.* [i] *desideratur* non *(Ed. Crac., cod. Rozr.) vel* haud *(Ed. Dobr.)* [j, k] *cf. adn.*
[d] *a. 1140*

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS QUARTUS

*Cum Myeczslaus suos locaret in castris Masoviae officiales, reiectis Lestkonis officialibus Lestko poenitentia ductus ad Kazimirum vadit et tutoriam revocat venia impetrata*

Tutoriam[1] Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[a] Maioris Polonie ducis Lestko nepos suus Mazowie et Cuÿavie dux, in quam malo seductus consilio Kazimiro duce deserto transmigraverat, diuturno tempore non tulit. Nec ab re, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[b] enim valitudine Lestkonis attenta suspicatus illum propediem moriturum non curatorem se, sed principem mox gerere cepit et in castris et municipiis Mazowie et Cuÿavie, destitutis antiquis, suos prefectos et officiales instituit. Ex quo facile Lestko dux et alumpnus eius Zira comes se et auctoritatem suam contemptum diminutumque iri perpendit. Mox deinde in vehementem penitenciam actus, transgressionis sue facinus, ampliora incomoda veritus, a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[c] suboritura rescindere curavit et ad Kazimirum ⟨Cracoviensem⟩[d] ducem cum Zira comite primisque Mazowie et Cuÿavie proceribus personaliter usque in Cracowiam se conferens, reatum suum humo prostratus sibi et suis humili supplicacione petit ignosci, non se amplius spondens contra maiestatem patrui sui et patris Boleslai ordinacionem excessurum. Excussit ea vox Kazimiro duci lacrimas, nam cum suapte clemencia inclitus fuerit, calamitosorum tamen et opem suam culpa recognita implorancium deprecacione facile frangebatur. Lestkoneque cum suis assurgere iusso primum illum, quod se deseruisset, quod paternam ordinacionem temerasset, quod tranquillam et felicem vitam pati nequisset, blanda castigacione obiurgat, deinde quod in facinore et excessu suo non habitaverit, sed peregrinatus magis fuerit, comendat, ac postremo omnem ex animo offensam complexans et exosculans nepotem, relaxat, muneratumque in ducatuum suorum sedes remittit. Qui ex Cracowia reversus institutos a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[e] capitaneos et presides excedere iussit suosque instituit. Eaque ordinacione, qua sibi successurum Mÿe⟨cz⟩|sz⟨laum⟩[f] ducem scripserat, revocata paternam ordinacionem ratam esse *HPII|118*
voluit, illi quoque et sue voluntatis robur, ut nemo preter Kazimirum sibi succederet,

---

[a, b, c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d] *Dl. m. in marg.* [e, f] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

adiecit, barones quoque et proceres suos ordinacionem ipsam caste servaturos novo sacramento addixit.

[g]⟨Iaroslao Iszaslavicz Kyoviensi duce obeunte[h] [2] Swanthoslaus Czirnyeoviensis dux[3] Kyoviensem accipit principatum. Sub idem tempus quarta decima Iunii Michalko dux Wladimiriensis[4] obiit, cui frater suus Wszevoldus[5] in omnes ducatus succedit. Quem Mstislaus Rostislavicz[6] a sedibus, que illi provenerant, turbaturus, cum Rostowczis contra illum consurgit et victus a Wszewoldo in Rostow et deinde in Nouohrod refugit. Ea autem victoria Wszevoldus erectus, vadit contra ducem in Reszam, habens in comitatu suo non proprias tantummodo gentes, sed et duos filios Swanthoslai Wszewoldicz Kyoviensis ducis, Olham[7] et Wladimirum[8], et nepotem suum Wladimirum Hlebovicz ducem Pereaslaviensem[9]. Hleb autem dux Reszanensis[10] calido usus consilio, assumptis in solacium sui Polowczis in terram Wladimiriensem propere accessit et illam incendiis, cedibus et spoliis adeo crudelissime afflixit, ut ecclesias, monasteria et ministros eius omnibus spoliis et contumeliis afficeret. Quo sibi dux Wszevoldus denunciato festine ex Reszanis rediens, cum Hleb et Polowczis confligit, ipsosque non sine utriusque partis cede magna devincit et Hleb ducem Reszanensem et filium suum Romanum[11] et fratrem uxoris sue Mstislaum Rostislavicz et duos nepotes suos, Mstislaum et Iaropolkum[12] et omnem eius miliciam captivat, Polowczos vero delet, occidit et trucidat. Processu deinde temporis Hleb ducem Reszanensem in carcere mori fecit, nepotes vero illius Mstislaum et Iaropolkum cecavit, ceteros liberos dimisit⟩[g]. |

### *Lucius papa tertius corpus sancti Floriani mittit duci Kazimiro et ecclesiae Cracoviensi*

*aut.*|430* L]ucius[13] papa tercius assiduis supplicacionibus Kazimiri ducis et monarche Polonorum, etiam per predecessorem suum Alexandrum tercium ad exaudicionis graciam admissis, volens se prestare morigerum, corpus beati Floriani eximii *HPII*|119 martiris[14] duci prefato et Cracowiensi ecclesie donandum de|cernit. Cuius donacio etiam miraculo divinitus ostenso comprobata est. Summus siquidem pontifex Lucius, ut veteranorum etiam usque in tempora nostra derivata fert relacio, sacra-

g–g *Dl. m. in vac. atque in marg. inferiore* h *seq. ras. aliquot litterarum*

rium, quod plura martirum corpora confovebat, ingressus, quis sanctorum illic quiescencium Poloniam migrare vellet, inquisivit. Ad quam vocem, serione an ioco, incertum est, a summo pontifice prolatam, ex tumba, in qua corpus sacrum beati Floriani conditum erat, manus protensa summo pontifici vocitantis, designantis et indicantis se apparuit, donarique Polonis et ecclesie Cracowiensi huiusmodi manus protensione corpus suum signavit. Quo quidem miraculo sibi tunc ostenso Lucius papa commonitus, minus cunctanter corpus beati Floriani martiris Polonis et ecclesie Cracowiensi tribuit et in ampliorem tam sancti quam Polonorum honorem, ossa corporis sancti per Egidium Mutinensem episcopum[15] duci Polonorum Kazimiro et Cracowiensi ecclesie destinavit. Qui Cracowiensem urbem sexto Kalendarum Novembrium[16] cum sacro onere perveniens, a duce Kazimiro et Gedeone Cracoviensi episcopo omnibusque statibus et ordinibus obviam illi ad septimum lapidem euntibus summo honore summaque iubilacione et gratulacione exceptus est[17], ovantibus singulis, quod Polonis novus suffragator et patronus Divina propiciacione accessit, et quod ecclesia Cracowiensis celeberrimi martiris corpore et deposito fuerit illustrata. In eam etenim corpus prefatum sub frequencia ingenti populorum illatum atque depositum est, et illius splendido deposito decora funiculos sui ornamenti longe lateque et tetendit et porrexit. In honorem autem martiris beati basilica illi pulcro ac sumptuoso opere extra Cracowienses muros a Gedeone Cracowiensi episcopo in hanc diem Divinitate propicia perseverans extructa est[18], et Egidius episcopus Mutinensis a duce Kazimiro et Gedeone Cracowiensi episcopo magnificis onustus muneribus Romam remissus. Ab eoque tempore in sancti Floriani decus et memoriam ceperunt Poloni tam militares quam civiles et aggrestes filios suos in baptismate huius nominis appellacione insignire[19].

### *Fundatio collegiate ecclesiae sancti Floriani in Kleparz*

[1]⟨Fundat et Kazimirus Polonie monarcha et Cracoviensium dux in ecclesia prefata in honorem novi hospitis beati Floriani novum prelatorum et canonicorum atque vicariorum collegium[20] et illud villis et decimis a Gedeone Cracoviensi episcopo precario impetratis dotat; prepósituram ex ecclesia | parochiali in Rumpella ordinans *IIPII 120*
et omnes canonicas horas psalli in ea resque Divinas agi instituens⟩[1].

[1–1] *Dl. m. in vac.*, Fundacio collegiate ecclesie s. Floriani *Dl. m. in marg.*

D]E CUNRADO[21] Morawie duce Fridericus Bohemie dux, eo quod Bohemie ducatum sibi nitebatur subripere, ulcionem sumpturus, fratrem suum Przemislaum, dato sibi ex pedite et equite exercitu copioso, in Morawiam, ut illam flammis et spoliis humiliet et disperdat, transmittit. Qui ea incendiis et rapinis pervastata Cunrado secum, cum viribus inferior esset, congredi non auso in Bohemiam rediit. Sed et Theobaldum[22] fratrem suum Fridericus ipse de Bohemia in exilium egit, consorcium suum abhorrens et presenciam suam sibi suspectam existimans et status sui turbacionem allaturam. |

aut.|451* A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS QUINTUS

*Msczislaus Haliczienſis dux a suis veneno necatur,*
*et Bela rex Hungariae Wladimiro exule incarcerato*
*filium suum Andream in Russiam mittit,*
*qui ducatum Haliczienſem capit*

Triennio[1] vix plene exacto Msczislaus Haliczienſium dux a Kazimiro Polonorum duce et monarcha, Wladimiro conflicto et eiecto atque in Pannonias acto, in dominium et principatum Russorum restitutus suis Ruthenis molestus et exosus cepit esse, quod et eorum non ferebat plerosque abusus et vicia et in Polonorum milites aput se consistentes, parum de suis confidens, largicione et gracia propensior quam in Ruthenos videbatur. Primores itaque Ruthenorum in eius necem, hii presertim, qui Wladimiri[2] exulis partem sectabantur, conspirant, quam cum vi aperta discrimen sui veriti efficere nequirent, quippe Msczislaus fidis corporis custodibus septus sine periculo a carnificibus non poterat adiri, veneno clam propinato innocentem extinguunt, Polonorumque militibus, qui in obsequiis Msczislai versabantur, eiectis, arce Haliczienſi occupata pro Wladimiro in Hungariam mittunt, veniret celerius et adversario sublato principatum suum repeteret. Letus eo nuncio Wladimirus rem ad Belam Hungarie regem defert oratque, ut qui exulem in dubiis et fractis rebus exceperat, tenuerat, aluerat, eundem rebus confirmatis et feliciorem sortem nactis dignaretur militum, equorum et sumptuum ad repetendum ducatum relevare presidio,

cum Kazimiri Polonorum ducis sciret sibi insidias et hostilitatem imminere, qui morte ⟨Ms⟩czi}sl⟨ai⟩[a] comperta Romanum Wladimirie ducem in eius locum substituendum ad Halicziam transmiserat[3]. Bela autem Hungarie rex ad usurpandum pro se et Regno Hungarie Halicziensem regionem opportunum tempus venisse ratus, Wladimirum exulem in vincula coniicit, filium vero suum Andream cum copiis equestribus et terrestribus in Russiam dato mandato, ut quam celerrime Halicziensem arcem occupet, transmittit[4]. Rutheni qui Halicziense castrum tenebant, omnium eorum, que a Bela Hungarie rege gerebantur, ignari, sed et captivitatis sui ducis Wladimiri expertes, Andream filium Hungarie regis, velut rerum suarum suffragatorem magno plausu excipiunt et in castrum Haliciense (Wladimirum enim se precessisse fingebat) intromittunt. Qui suarum gencium multitudine facile Ruthenorum paucitatem vincens, Halicziense castrum occupat exclusisque Ruthenis, nonnullis vero, qui ad novandas res credebantur proclivi, captis tam castrum quam Halicziensem ducatum in suam redigit potestatem, et personalem illic faciens residenciam, ducalem in Haliczienses iurisdiccionem exercet. Omnia tamen officia in Hungaros, cum Ruthenos pro ambigue fidei hominibus duceret, distribuit et omnia per Hungaros administrat, a veneno quoque quam maxime cavet, quo Msczislaum nuper noverat interiisse. Rutheni ubique se oppressos, ubique contemptos et perditos tacitis et clamdestinis tractatibus queruntur et duce suo Wladimiro capto etiam se sub iugum missos deplorant et scelus suum in Msczislaum admissum altero scelere luunt.| HPII}121

### *Gedeoni Cracoviensi episcopo succedit Fulco*

V]icesima Septembris Gedeon Cracowiensis episcopus, vir magne religionis et in suam ecclesiam atque rem publicam magni zeli, moritur, cum annos viginti sedisset, et in Cracowiensi ecclesia sepelitur[5]. Hic plures decimas manipulares mense episcopalis Cracowiensis duobus monasteriis, videlicet Andrzeowiensi et Mÿechowiensi, perpetua donacione contulit et singulari devocione et eo forsan respectu, quod utrumque monasterium a militibus et nobilibus Griffonum, a quibus ipse genus et originem ducebat, fundatum erat, attractus. Successit autem Gedeoni Fulco, qui *aut.*|432*

---

[a] Ms *litterae Dl. m. corr.*, ai *litterae Dl. m. adscr.*

in Polonico vulgari Pelka solet dici, canonice electus, genere Polonus, ex nobili stirpe et domo, que crucem geminatam[b] [c]sagitte impositam[c] defert pro insigni et de Vulpibus appellatur, trahens originem[6]. Confirmacio tamen sua propter Lucii pape, *IIPII* 122 qui in anno subsequenti diem obiit, decessum et propter nonnullas causas ultra annum unum fuit protelata.

### *Fundatio monasterii in Koprziwnicza*

A]NNO EODEM[d] monasterium Coprziwniczense in Cracowiensi diocesi per Kazimirum Polonorum ducem fundatum et dotatum est et fratribus Cisterciensibus consignatum[7], ad cuius ampliorem dotem nobiles et militares de armis Bogoria et Habdank [e]⟨aliisque domibus et familiis⟩[e] nonnullas villas, sortes et predia ⟨devote⟩[f] contule⟨runt⟩[g][8]. [h]⟨Kazimirus quoque dux primarius fundator opidum Koprziwnicza, iuxta quod monasterium situm est, eidem cenobio contulit cum omni iure, dominio et proprietate, concedens opido prefato et villis eidem monasterio collatis et conferendis ab omni onere et servitute plenam libertatem; fratres quoque ordinis Cisterciensis ex monasterio Morimundensi[i] sumptos in prefato monasterio locavit fabricavitque ecclesiam quadro lapide, eamque sancto Floriano martiri, novo hospiti, procuravit dicari[9]. [j]Primarius tamen post Kazimirum ducem fuit comes Nicolaus Bogoria[10], qui frequenciores villas in prefatum monasterium donavit[j]⟩[h].

I]N[11] CUNRADI ducis Morawie odium Fridericus Bohemie dux Morawiam altera vice vastaturus, Przemislaum fratrem suum cum amplioribus copiis transmittit data comissione et mandato, ut Morawie regionem, quam lacius poterit, populacione extensa exterminet. Secus tamen, quam rebatur, successit. Cunradus enim Morawie dux et suorum et Almanorum fretus potencia, Przemislao et Bohemico exercitui in loco, qui Ludomicz[12] appellatur, occurrens pugnam conserit, in qua utraque parte pro victoria adnitente infestis animis longo tempore pugnatum est. Strage quoque maxima utrimque edita, cum de Bohemis et Morawis primi proceres occidissent, incerto Marte, cruento tamen discessum est.

---

[b] *seq. vox* crucem *inutiliter superscr.* [c–c] sagitta imposita *aut.*, sagitta impositam *Cod. Regius* [d] Fundacio monasterii in Coprziwnicza *Dl. m. in marg.* [e–e] *Dl. m. in marg.* [f] *Dl. m. in lac.* [g] runt *litterae Dl. m. in ras.* [h–h] *Dl. m. in vac.* [i] *in ras.* [j–j] *alio atram.*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS SEXTUS

### *Lestko Masoviae dux moritur*

Cruciatus et exhaustus Lestko Mazowie et Cuÿawie dux, filius Bole⟨slai⟩[a] Crispi, diuturno morbo et languore (neque enim diebus aut mensibus, sed an|nis aliquot *HPII,123* egritudo sua tendebatur) cum se propediem absumi prospiceret[1], pervicacibus nunciis missis Kazimirum ducem et monarcham Polonie,| patruum suum germanum *aut.*|433* ad se videndum visitandumque invitat. Quo in Ploczskam, ubi Lestko decumbebat, adveniente utriusque ducatus convocatis proceribus, eos duci Kazimiro comendat, castra quoque et municiones sibi resignat, ac non multo post Sacramentis omnibus, ut duci katolico conveniens erat, perfunctus, animam exalat. Cuius corpus Kazimirus dux in Ploczensi ecclesia in choro sepeliens, diebus ali⟨quot⟩[b] funeris celebritatem sacrificiis et elemosinis prosequebatur. Et quoniam Lestko dux prefatus nullam ex se prolem reliquerat et Kazimirus dux et monarcha Polonorum tam patris Lestkonis Boleslai Crispi quam Lestkonis testamento heres scriptus erat, morte Lestkonis secuta Mazowie et Cuÿawie ducatus possidere cepit. Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[c] autem Maioris Polonie dux, etsi exinde se iniuriatum et lesum iri quereretur, cum et ex iure sanguinis et iure testamenti dimidia ducatuum predictorum porcio ex morte nepotis germani ad illum iuxta atque Kazimirum recidisset, potenciam tamen Kazimiri et baronum ac militarium in se odium secum reputans, sola querelarum ingeminacione suam iniuriam prosequens, ab armis, quibus se inferiorem non ignorabat, abstinebat. Unde et extunc et usque ad hec nostra tempora, quemadmodum propicia Divinitate in subsequentibus monstrabimus, cum ex aliis principatibus et regionibus Polonorum filii et nepotes Kazimiri predicti varia rerum mutacione defeccioneque defluxissent, in Maszowie tamen ducatu Kazimirus per succedentes linea regulari nepotes etiam in diem hanc retinet principatum.

---

[a] *Dl. m. in marg. adscr.* [b] quot *litterae Dl. m. adscr.* [c] *cf. adn.* [d] *a. 1140*

*Arnoldo primo Posnaniensi episcopo succedit Mrokotha*

[d]⟨Decimo octavo Kalendas Februarii Arnoldus primus Poznaniensis episcopus, cum annos novem in pontificatu exegisset, a disenteria vexatus moritur et in Poznaniensi ecclesia sepelitur[2]. Cui Mrokotha custos Poznaniensis per canonicam eleccionem succedit, ab archiepiscopo Gneznensi Szdzislawo confirmatus et consecratus[3], Myeczslaui Maioris Polonie ducis accedente favore et consensu⟩[d].

F]RIDERICUS Bohemie et Cunradus Morawie duces per comunes barones et arbitros conventu in Kunicz[4] habito pacificati sunt, et uterque principatus a civili clade solutus.}

*HPII{124* F]ACTA EST autem eo anno in sole eclipsis notabilis, quam magna hominum pestis atque mortalitas morbo epidimie multos mortalium absorbens, fuit subsecuta, [e]⟨que in Polonorum Ruthenorumque regiones seviebat⟩[e] [5].

L]UCIUS PAPA tercius, cum annis quatuor, mensibus duobus, diebus viginti quatuor sedisset, Verone moritur et illic sepelitur. In cuius sepulcro tale epitafium, quo ortus, processus et exitus suus designantur, inscriptum est[6]:

[f]Luca dedit lucem tibi, Luci, pontificatum
Ostia, papatum Roma, Verona mori.

Adverse deinde sentencie ponuntur metra et quasi quoddam primorum apolegiticum[g]:

Immo Verona verum dedit tibi vivere, Roma[f]
[h]⟨Exilium, curas Hostia, Luca mori.

Fuit autem prefatus Lucius papa Friderico imperatore agente et cooperante de Roma pulsus; quo in Veronam divertente multi de suis officialibus et familiaribus *aut.*|434* a Romanis capti cecantur et mitrati |super asinos aversis vultibus ligantur⟩[h] [7]. Lucio autem Urbanus tercius, ex patre Iohanne nacione Lombardus, episcopus Mediolanensis Verone electus succedit[8], qui nonnullas simultates et odia cum imperatore Friderico gessit [i]⟨qui ante papatum Hvnbertus nominabatur⟩[i].

---

[d–d] *Dl. m. in vac.* [e–e] *Dl. m. adscr.* [f–f] *in aut. continuo scr.* [g] *i. e.* apologeticum [h–h] *Dl. m. in marg. inferiore* [i–i] *Dl. m. adscr.*

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS SEPTIMUS

*Wladimirus corruptis custodibus ex Hungaria fugiens,*
*dum castrum Haliczиense capere tentaret,*
*in Poloniam facta incursione, praedam abegit,*
*quam sequens exercitus Kazimiri recuperat*

Carcerales molestias Wladimirus Haliczиensis dux aput Belam Hungarorum regem, in quas ⟨illum⟩[a] iure fedato hospicii, quo tucior filio suo Andree occupacio Halicz⟨ien⟩sis[b] ducatus proveniret, coniecerat, biennio prope exacto perpessus[1], cum solucionem suam difficulter proventuram metiretur, animum ad ingenia vertit, custodesque suos altis promissionibus inescatos corrumpit et vincula carceresque evadens, hiis ipsis custodibus, qui licenciam evadendi prestiterant, fuge comitibus et gressus suos dirigentibus ad Rus|siam pervenit. Castrumque et ducatum suum *HPII 125* Haliczиensem temptans irrumpere, ab Hungaris, quorum in castro Halicz validum presidium cum filio regis Andrea erat, repulsus, incertis itineribus, non habens sedem, in qua consisteret, per Ruthenorum regiones, velut vagus et profugus rotabatur. Collecta ad eum erat rapto vivere assuetorum[2] aut ere alieno et pro scelere dampnatorum manus, cum qua et Ruthenorum circumvicinas regiones, predas agens, infestabat. Sed nec Polonorum regio ab eius tirannide tucior fuit. Circa festum siquidem Assumpcionis Domine nostre[3] Poloniam frugum colleccione et messura occupatam irrumpens, omnem citra Premisliam consistentem oram sub dicione tunc Polonorum constitutam invadit, et singulis hostilem vim inferens, templa, opida, vicos, villas spoliat aut exurit, matronas ingenuas et nobilium sponsas et natas, agrestium quoque aliquantam multitudinem captivat et versus Kyow predam huiusmodi celeriter transportat eaque venundata infelicem suam et suorum sustentat et explet famem. Non tulit Kazimirus Polonorum dux et monarcha suorum captivitatem et cladem, sed dato Nicolao pallatino Cracowiensi exercitu Wladimirum

---

[a] *Dl. m. in ras.* [b] ien *litterae Dl. m. corr. in ras.*

ex Kÿowiensi ora, nusquam consistere aut congredi ausum, propellit suosque captivos partim armis partim precio solvit et in libertatem restituit. Non quievit tamen Wladimiri Halicziensis ducis rabies, sed in silvas alpesque[4] invias cum suis se transferens, illis pro presidio utebatur, rugientemque suam et suorum esuriem vicinarum regionum spoliis sustinebat.

### *Origo gentis Thartaricae et quomodo creverit*

T]HARTARORUM gens[5] et nacio ex Armenis, quibus tam in vultus similitudine quam in lingue idemptitate communicat, ortum ducens, priscis quidem temporibus orbi ignota erupit. Que cum prope civitatem Coroczoram ad plagam aquilonarem
aut.|435* in campestribus absque vicis et urbibus, regi Bucham | qui Iohannes presbiter[6] appellatur, tributum solvens habitasset, in gentem maximam se videns excrevisse proprium regem de sua stirpe, Chinchis[7] nomine, virum magne industrie, sibi creat, cuius ducatu vicinas regiones invadens sibi subiicit in eamque virtutem concurrentibus undique, qui in variis regionibus serviebant, ad famam novi regis Tartaris, crevit, ut regis quondam sui filiam missis nunciis novo regi deposcerent in uxorem. Qui eorum peticionem perosus, dum illos ad solitum tributum cogere
HPII|126 statuisset, ¦ indicto bello congressus et ab eis victus et occisus est. Ab illo quoque tempore in validissimum robur nacio Tartarorum cepit protendi.

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS OCTAVUS

### *Wladimirus supplex a Kazimiro obtenta venia, eius exercitu depulsis ex Halicz Hungaris, ad ducatum restituitur*

Nusquam[1] terrarum Wladimirus Halicziensis[2] dux propter recens et iniquum facinus, quo in Kazimirum ducem et monarcham regionemque Polonorum deliquerat, tutus consistere ausus, utpote quem Kazimirus etiam per avia loca et quibus

se abdiderat, lustra ad necem et captivitatem ordinabat inquiri, sceleris comissi[a] penam debitam pensurum, veritus, ne in periculum, ad quod querebatur, recideret, per crebros nuncios Kazimirum ducem humilimis precibus et tandem data veniendi securitate per se ipsum prostratus humo interpellat, ut facinori suo atque errori veniam tribuat et clemencie sue propiciacionem illi impendat, fidum et obsequiosum servitorem atque amicum, et qui priorem transgressionem geminata fidei puritate resarciat, habiturus. Ea humilitate et prece Kazimirus expugnatus Wladimirum infestum hostem in amicum suscipit et sue grandi in Poloniam atque in se prevaricacioni facile ignoscit. Et cum satis superque satis fuerit culpam remittere, adiicit tamen clemencie magnam beneficii exhibicionem. Frequenti enim congesto comparatoque exercitu et in fidem atque potestatem Nicolai pallatini Cracowiensis comisso[b] in Russiam illum destinat, exulem Wladimirum et pridem hostem suum ad ducatum Haliczienseṁ restituturus. In ludibrium ea expedicio aput exteras naciones vertebatur, que impossibile censebant Pannoniorum regem Belam et filium eius Andream ea tempestate armis virisque et omnium rerum abundancia potentem ex Haliczienssis ducatus possessione a Polonis posse depelli. Sed et barones Polonie eam expedicionem moleste ferebant, militesque egre in miliciam ibant, dolentes vicinum et amicum regem indigna hostilitate percelli et hostem invisum amico non solum iuxta poni, sed preferri. Nicolaus itaque pallatinus Cracowiensis cum Polonorum exercitu Wladimiro etiam exule secum presente ad Halicz perveniens castrum Halicz, in quo Andreas filius Hungarie regis se cum Hungaris con-
cluserat, obsidione vallavit, et { coactis aggrestibus castella in circuitu municionesque *HPII*{127
edificat et corona castrum angustat, magna cura providens, ne quid ad obsessos
(noverat enim castrum ⟨exigue⟩[c] victualibus| provisum esse) posset inferri. Refi- *aut.*|436*
ciebat Hungaros magna spes Bele regis, quem cum magnis copiis venturum et obsidionem soluturum propediem, cum ad id per aliquot nuncios solicitatus fuerit, non ambigebant. Verum cum obsessos primum fames macerasset, desperacio tandem tarde sibi lati a Bela r⟨e⟩ge[d] subsidii animos incessit. Propter quod missis ad Nicolaum pallatinum Cracoviensem principem milicie caduceatoribus de castro dedendo pacem componunt, pacti, ut incolumibus omnibus in personis et rebus liceret excedere. In constituta quoque die castro reddito, in Hungariam datis a Nicolao pallatino, ne quid hostile pati eos contingeret, qui ad metas prosequerentur, abeunt. Nicolaus

[a], [b] *corr. e* comm–  [c] *Dl. m. in ras.*  [d] e *littera prima Dl. m. adscr.*

pallatinus feliciter sua expedicione perfunctus, castrum Halicz duci Wladimiro (ita enim a monarcha Polonorum Kazimiro et iussus et doctus erat) restituit iureiurando obstrictum, ut tam ipse quam successores sui ducibus Polonie subiecti et sinceres sint, et in eorum dicione atque obediencia perpetuo, quicunque casus illos exceperint, perseverent. Maximam hec expedicio Hungarorumque ex Halicz depulsio Kazimiro aput Ruthenorum naciones peperit laudem et pavorem sui principatus in omnes diffudit efferentibus eum singulis, quod regi Hungarorum Bele contrarius evasit, qui hospitem et amicum ceperit de ducatuque suo eiecerit, quem Kazimirus, quamvis infestum hostem, clemencia sua erexerit atque in suum ducatum fugatis occupatoribus restituerit.

## *Hierusalem a Saladino capitur*

S]ALADINUS[3] cognita Christianorum regum et principum, qui ad subveniendum Terre Sancte transfretaverant, discessione et eorum, qui remanserant, discordia fortissimo exercitu congregato Iherusalem obsedit et quartodecimo obsidionis die Idibus Octobris per dedicionem (non enim se amplius cives muris per machinas deiectis sustinere poterant) capit. Uxores autem et filie Iherosolimitanorum militum ⟨Christianorum⟩[e] qui in bello capti fuerant, ad Saladini presenciam admisse ediderunt lugubrem eiulatum. Inquisita causa respondent se ammisisse viros sibique possessiones sublatas, petebantque sibi misericorditer subveni⟨ri⟩[f]. Ille pietate
HPII|128 motus eos, qui superessent,| captivos reddi puellisque pecuniam ex thezauro suo dari iussit. [g]⟨Hanc autem urbem inclitam post Gothfridum[4] Christiani reges per octo et octuaginta annos nobilitata gloria tenuerant⟩[g].

V]RBANUS papa tercius consternatus super sancte civitatis Iherusalem capcione magna tristicia et dolore, languore gravi corripi⟨tur⟩[h] missisque nunciis ad Fridericum imperatorem, qui illum pro recuperacione Terre ⟨Sancte⟩[i] celerem agere|
aut.|437* expedicionem monerent, paucis post diebus, cum annum unum, menses decem, diebus quindecim sedisset [j]⟨nimio consternatus dolore⟩[j] moritur et in Ferraria sepelitur[5]. Cui Gregorius octavus nacione Beneventanus, qui et Albertus[6], Vrbani

---

[e] *Dl. m. superscr.* [f] ri *litterae Dl. m. in ras.* [g–g] *Dl. m. in vac.* [h,i] tur *Dl. m. superscr.* [j–j] *Dl. m. in marg.*

pape cancellarius, a collegio cardinalium concorditer electus succedit. Qui cum mensem unum et dies XXVII tantummodo sedisset, composita inter Ianuenses et Pisanos pace, ut recuperacioni Terre Sancte potenciis unitis forcius intenderent, Pisis moritur et sepelitur. Cui Clemens tercius, nacione Romanus ex patre Iohanne, succedit[7].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS OCTUAGESIMUS NONUS

*Bela rex Hungariae dolens filii ex Halicz expulsionem,*
*incursiones in Poloniam,*
*et viceversa Kazimirus in Hungariam facit*

Depulsionem[1] filii sui Andree Bela Hungarie rex ex castro et ducatu Haliczìensi moleste ferens, omnem culpam tam acerbe fedeque sue iniurie in Kazimirum Polonorum monarcham retorquet et multifariis querelis dolorem suum ingeminat, asserens se ab amico suo non diffidato Kazimiro ⟨Polonorum⟩[a] duce vehementi iniuria violatum et ex possessione castri et ducatus Haliczìensis contra ius fasque et contra fedus, quod Hungarie et Polonie Regna vetusto tempore observant, detractum. Nec querelis solum, sed et armis iniuriam ipsam pro viribus censet ulciscendam, et exercitum gencium suarum ad fines Polonie transmittens, eam vastacione et spoliis perturbat, presidiumque militum in castris cometaneis pro lacessendo Polonie Regno locat. Sed nec Kazimirus dux segnius id bellum a Bela Hungarie rege motum repellit, nam et per se et per prefectos capitaneosque Hungariam ingressus, eam vicissitudinario more per flammas et spolia subiicit vastitati et predas magnas ex illa in Poloniam depellit. Ad prohibendas quoque Hungarorum subitas invasiones et insultus presidia militum in locis crebris ponit. Lento tamen gradu et animo remisso id bellum } inter Hungaros et Polonos gerebatur, vitabaturque HPII{129
dimicacio; sed soli mercatores et aggrestes eo premebantur, egreque Polonorum milites hanc miliciam et eius munera obibant, serebantque querelas et murmura, non legitimum bellum ducem suum Kazimirum cum regno vicino et amico pro hoste et transfuga nulli parcium fido suscepisse. |

[a] *Dl. m. superscr.*

### *Clerus Poloniae ad Terrae Sanctae defensionem tributa pendit*

*aut.*|458* POLONICAM ecclesiam Clemens papa tercius in membris et capite reformaturus, et pro impensis ad defendendam Terram Sanctam, cuius recuperacionem magno ardore zelabat, subsidium a clero Polonie percepturus, Iohannem cardinalem cognomine Malabranka[2] Pol⟨on⟩iam[b] transmittit. Qui Cracowiam primum perveniens, a Kazimiro duce et Fulkone episcopo omnibusque ordinibus honore processionis exceptus, sinodum omnibus provincie Gneznensis episcopis in civitate Cracowiensi indixit et aliquas constituciones ad reformandum clerum promulgavit et tam episcopis quam universo clero pro recuperacione Terre Sancte decimam imposuit[3]. Hunc Kazimirus Polonorum dux et monarcha comiter pertractans, magnificis illum et se dignis honorat muneribus.

### *Fridericus imperator et eius item filius Fridericus in expeditione pro recuperanda Terra Sancta suscepta interierunt; hic peste, ille aquis suffocatur*

FRIDERICUS[4] Romanorum imperator a tribus summis pontificibus sollicitatus, congregata insigni et potenti milicia et innumerabili nobilium et vulgarium turba, gubernacione imperii Henrico[5] filio comissa[c] per Pannoniam, Bulgariam et Greciam, tam navali quam terrestri itinere versus Terram Sanctam et in eius recuperacionem processit. Cumque mari in stricto et aput Sanctum[d] Georgii Brachium[6] superato in Armeniam filio imperatoris Friderico duce Swevie[7] in fronte exercitum precedente pervenissent, et maxima spes recuperacionis omnes mulceret, Dominico die imperator Fridericus sudores loturus in flumine [e]⟨quod ab incolis fretum[8] vocatur⟩[e] tenues undas habens, prohibentibus eum multis descendit et subito sive undarum rapacitate sive, quod magis vero proximum[f] est, nervis frigescentibus, militibus, qui secum una in flumen descenderant, nequicquam suffragantibus
HPII|130 suffocatus est. Cu|ius corpus repertum a filio suo Friderico in Tirum delatu⟨m⟩[g], illic iusto honore sepultum est. Vir largus, strennuus, facundus et in decidendis questionibus iusticie zelator severrimus. Cristianorum autem et cruce signatorum

[b] on *litterae Dl. m. in ras.* [c] *corr. e* comm– [d] *potius* Sancti *(ut cod. Rozr.)* [e–e] *Dl. m. in marg.* [f] proximo *aut.* [g] m *littera Dl. m. in ras.*

exercitus in imperatoris Friderici locum filium eius Fridericum virum rare strennuitatis substituit, et eo duce primum Antiochiam, ubi octo ebdomadis immoratum est, deinde Tripolim[9], Sur[10] et Akkaron[11] processit et hostes occurrentes victoriose conflixit. Verum peste in exercitu grassante, dum plures nobiles et vulgares absumpsisset, Fridericus et ipse filius imperato⟨ris⟩[h], unica exercitus katolici spes et solacium decedit. Ex cuius et aliorum principum [i]⟨militum et⟩[i] peregrinorum morte expedicio tam sumptuosa et insignis, et subsequenter Terre Sancte recuperacio recidit in irritum. Mortuus autem est Fridericus imperator anno imperii tricesimo tercio, regni vero tricesimo octavo. Cui filius eius Henricus concorditer ab omnibus electoribus electus succedit [j]⟨Aquisgrani per Coloniensem archiepiscopum quintadecima Aprilis coronatus⟩[j].|

FRIDERICUS Bohemie dux eodem etiam anno diem in Praga obiit,[12] et universorum Bohemorum favore Cunr⟨ad⟩us[l] Morawie dux accepit principatum. Ita sub uno anno et pene eodem tempore tres Fridericos morte immatura vides decessisse [k]⟨et fatalem illis annum ipsum fuisse⟩[k]. *aut.*|439* XVII|XVIII

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS

### *Pacis inter Polonos et Hungaros compositio communi partium consultatione frustra tentata*

Guerram[1] inter Hungarie et Polonie Regna ex Haliciensis ducis Wladimiri per Kazimirum Polonorum ducem restitucione[a] facta exortam communes regnorum barones et consiliarii extincturi, antequam amplius invalesceret, in metis regnorum conveniunt pluresque inter se disserunt tractatus unaquaque parcium causam suam iustiorem affirmante. Et Hungari quidem se et regem suum Belam de Hali⟨czi⟩ensis[b] ducatus possessione armis quesita querebantur depulsos, Poloni ex adverso Haliczienſem et ceteras Russorum regiones ad se pertinuisse tributisque et obsequiis suis subiacuisse refellebant concertacioque studiis parcium in dies aliquot

[h] ris *litterae Dl. m. in marg. adscr.* [i–i] *Dl. m. in lac.* [j–j, k–k] *Dl. m. adscr.* [l] ad *litterae Dl. m. in ras.* [a] *cod. Rozr., Ed. Crac.,* restitucionem *aut.* [b] czi *litterae Dl. m. in ras.*

tenedebatur pacisque reformacio difficilis visa est. Quapropter ad rescindendum
HPII 131 ulteriorem guerre } processum, treuga in triennium ab utraque parte accepta et firmata est ea condicione interposita, ut treuga pendente novi ineantur de pace instauranda tractatus, et communes consiliarii in eundem rursum locum, odiis abrogatis, pacem stabilem composituri conveniant.

[c]⟨Meynhardo[2] primo episcopo Liwonie ad flumen Dwine, ubi nunc castra Iokul[3] et Doley situata sunt, verbum Dei predicante gentes Lywonicze fidem Christi suscipere ceperunt⟩[c].

*Wnelpho Wladislaviensi episcopo succedit Stephanus*

[d]⟨Wnelphus Wladislaviensis episcopus cum annis decem et paulo amplius Wladislaviensem ecclesiam rexisset, moritur et in veteri Wladislaviensi ecclesia sepelitur[4]. Cui Stephanus nacione Almanus[5] per eleccionem canonicam, dum esset Wladislaviensis prepositus, succedit, a Celestino papa tercio Rome, Kazimiro duce et monarcha Polonie[e] confirmatus et ibidem iussu pape benedictus⟩[d].

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS PRIMUS

*Aegre ferentes Poloni Wladimirum in Halicz reimpositum,*
*degente Kazimiro in Russia monarchiam restituunt Myeczslao,*
*qui praeter castrum Cracoviense omnia occupat;*
*quo audito Kazimirus accurens omnia recuperat,*
*et filium Myeczslai captum datis muneribus liberat;*
*unde constat Kazimirum fuisse fidum*
*et usque ad mortem fratris sui amantissimum*

Haliciensis[1] ducis Wladimiri, qui Polonie fines hostili invasione vexaverat, per Kazimirum principem et monarcham Polonie in principatum Haliczyensem restitucio ante biennium, ut in superioribus explicavimus, facta, nemini baronum

---

c–c, d–d *Dl. m. in vac.* e *desideratur* consenciente *(Ed. Crac.) vel simile quid*

Polonie satis placebat, clandestinisque colloquiis et tractatibus restitucionem ipsam frequenti usurpacione suggilacionum carpebant: virum morte dignum non solum punicione aliqua castigatum, sed etiam honore et dignitate auctum, rem perniciosi exempli fore et ad capita sua tandem redundaturam; ea enim impunitate ceteros Russie duces in Polonorum vastacionem accendi et suam vastacionem tam cumulato favore pro|moveri. Omnium itaque baronum Polonie, quorum septuaginta princi- *HPII*|132 pales erant, re huiusmodi alienatis offensisque animis sedicio contra Kazimirum ducem gliscere et tandem in rebellionem apertam spectare cepit. Principatumque Kazimiri ob prefatum nefas pertesi, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[a] Senem Maioris Polonie ducem a se alias exclusum | in Cracowiensem ducatum et monarchiam, qui et ipse *aut.*|440* restitucionem suam omnibus ingeniis solicitabat, restituendum decernunt tempusque componunt. Excesserat in id temporis Kazimirus dux in Russie partes, quedam negocia inter Romanum Wladimirie et Wszewoldum Belszensem duces (de finibus enim suorum ducatuum contenderant) compositurus. Id optimum tempus Cracowienses barones ad exequendum destinata rati, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[b] senem nunciis et litteris accersunt, ut insuper nobilium et civium atque vulgarium animos in restitucionem Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[c] Senis facilius inclinent, fingunt Kazimirum ducem in Russorum partibus veneno propinato interiisse. Sub hac itaque spe Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[d] Senex cum filiis baronibusque et militibus Maioris Polonie Cracowiam adveniens, ab omnibus ordinibus universisque baronibus, nobilibus et civibus debito honore et favore exceptus est, et tam civitas Cracowiensis quam omnia castra et municipia in circuitu in eius traduntur dicionem. Unus solus Fulko Cracowiensis episcopus [e]⟨cum Nicolao pallatino Cracoviensi germano suo de armis Wlpium⟩[e] [2] a consiliis et rebellione militum alienus et restitucioni Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[f] adversus, etiam ne arx Cracowiensis in potestatem Mÿesz⟨laui⟩[g] veniret, providerat. Novam itaque arcem Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[h] Senex ex lignis ⟨roboreis⟩[i] extruit et fortissimis roboribus brevi spacio comunit [j]⟨castrum eciam in Bothun[3] edificat et aliquantum in Cracovia perseverat⟩[j]. Kazimirus autem Polonorum dux et monarcha novitate huiusmodi intellecta illico Cracowiam cum Polonorum paucis et cum Romano Wladimiriensi, Wszewoldo Belzensi ducibus [k]⟨et Nicolao Cracoviensi palatino⟩[k] advenit. Cuius adventu Mÿesz⟨laus⟩[l] Senex nunciato in Poznaniam refugit, Boleslaum tamen filium[4] et Henricum Ketlicz militem, qui illi recuperacionem monar-

[a, b, c, d] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [e–e] *Dl. m. in marg.* [f, h] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [g] laui *Dl. m. in ras.* [i] *Dl. m. in marg. expuncta voce* blancatis [j–j, k–k] *Dl. m. in marg.* [l] laus *litterae Dl. m. in ras.*

chie ingerere crebris sermonibus solitus erat, in Cracowiensi castro, quod nuper erexerat, ceterisque castris et municipiis, et militum forte et frequens presidium reliquit, resistentiam Kazimiro, donec ipse cum novo militum supplemento presidium ferret, oppositruos. Verum Kazimirus dux pro accepta a fratre Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[m] iniuria fremens et frendens, dum Cracowiam advenisset, castrum a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[n] erectum, concurrente ad eum tam militum quam aggrestium multitudine et ⟨de⟩[o] *HPII|133* suo re|ditu atque bona valitudine gratulante, nocte et interdiu oppugnat et fatigatis defensoribus nonnullisque peremptis tandem conquirit. Boleslaus etenim filius Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[p] Senis parum spei in defensione patris reponens, et se ipsum et castrum, quod tuebatur, in potestatem et graciam Kazimiri patrui sui tradit, sed et cetera castra atque municiones, que in dicionem Mÿesz⟨laui⟩[q] Senis concesserant, illico dicioni Kazimiri reddita sunt. Et Kazimirus quidem dux ea victoria modestissime usus castrum novum incendit et funditus exterminat, Boleslaum vero nepotem suum et omnes militares Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[r] Senis illic captos et in libertatem restituit et benigne habitos, amplissime insuper muneratos in propria remittit. [s]Solu⟨s⟩ Henricu⟨s⟩[s] Kyetlicz[5], cuius consilio constabat Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[t] Senem regi et ad recuperandum monarchiam impelli, [u]⟨et qui omnis⟩[u] dissensionis civilis inter fratres ⟨fuerat⟩[v] occasio, ⟨ad⟩[w] ecclesia[x]⟨m maiorem et in eius criptam, sceleris sui conscius⟩[x] in qua latere estimans, confugerat [y]⟨ubi et latitabat. Cumque irrumpentibus Ruthenis tumultus fieret super muros ecclesie animo et intencione res et cimelia[z] ecclesie omnemque supellectilem diripiendi[aa] clamor a sacerdotibus et ministris ecclesie et Polonorum gentibus attolitur ad Kazimirum ducem, et eius patrocinium, ut ecclesiam Cracoviensem a Ruthenorum invasione et expilacione defendat, certatim imploratur. Qui accedens insultum Ruthenorum compescuit et res ecclesie, ne ab eis diriperentur, animose defendit. Interea Henricus Kyetlicz ex cripta tumultu audito agressus, catervis vulgi tamquam ignotus permixtus, de castro nitebatur et sperabat effugere, quod cum facere nequisset, captus ad Kazimirum ducem deducitur, quem dux probris confusum et alapis cesum, duci Romano in captivitatem tradit, et ne inter fratres seminarium esset futuri⟩[y] [ab]⟨dissidii, ipsum⟩[ab] in exilium Russiam relegat, ubi consenescens moritur; Romanum Wladimiriensem et

---

[m, n] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [o] *Dl. m. superscr.* [p, r, t] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [q] laui *Dl. m. in ras.* [s-s] *Dl. m. corr. e* solum Henricum [u-u, v, w, x-x] *Dl. m. in. ras.* [y-y] *Dl. m. in marg. inferiore* [z] cumnilia *aut.*, communicalia *Ed. Crac.* contumelia *cod. Calv., cod. Lucae, Ed. Dobr.*, clenodia *cod. Rozr.* [aa] *cod. Reg., codd. XVI s., edd,.* diricipiendi *aut.* [ab-ab] *Dl. m. in ras.*

Wszewoldum Belszensem duces cum Ruthenorum copiis, qui sibi tulerant solacia, in Russiam remittit. Ut autem tam clemens tamque liberalis in Boleslaum nepotem ceterosque devictos Kazimirus esset, auctor fuit ⟨Zdzisla⟩us[ac] Gneznensis archiepiscopus, vir preter | insitam facundiam rare et singularis industrie, qui Kazimirum *aut.*|441*
ducem, ut in Boleslaum nepotem et singulos Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[ad] milites esset non tam clemens quam munificus, docens, si secus ageret, bellum atrox iterum inter se et Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[ae] resurrecturum, si modeste — penitus cessaturum, facile pervicit. Nec pontificem Gneznensem opinio fefellit. Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[af] enim Senex dux Maioris Polonie } tanta Kazimiri ducis fratris clemencia et liberalitate magis *HPIꝚ134*
quam armis expugnatus, omnium iniuriarum, quas a Kazimiro pertulerat, obliterata memoria, in puram et integram, mediatoris optimi prefato Petro[6] Gneznensi archiepiscopo vicem agente, concordiam et reconciliacionem rediit, ac ipsum de cetero mira caritate et veneracione coluit nec eo superstite ad movendum bellum pro recuperanda monarchia poterat induci.

Clemens papa tercius cum annos tres, dies XVI sedisset, Rome moritur et in Laterano sepelitur[7]. Cui Celestinus tercius nacione Romanus ex patre Petro Bubonis[8] seccedit, qui [ag]⟨in festo Pasche consecratus⟩[ag] secundo die sui ponificatus Henricum filium Friderici imperatoris in imperatorem Rome coronat[9]. Cum autem imperiali benediccione accepta in Siciliam distracta et occupata recuperaturus Henricus imperator transisset [ah]⟨et Neapolim obsidione trimestri spacio coartaret⟩[ah], ex epidimia, que exercitum suum vexarat, Cunradus Bohemie dux moritur et Pragam sepeliendus refertur[10]. Post cuius obitum Venceslaus filius Sobÿeslai senioris[11] accipit ducatum, quem cum mensibus tribus tenuisset, a Przemislao filio olim Wladislai regis, patruo germano[12], de sede ducali pulsus, in confinibus Sirbie a marchione Adalberto Sirbie captus et in vincula coniectus est. Przemislaus vero, quia et ipse a militibus Bohemie spretus et expulsus fuerat, magnam partem Bohemie spoliis et incendiis vastavit. [ai]⟨Imperator autem Henricus notabilibus proceribus et militibus a morbo epidimie spoliatus, cum et ipsum languor pervasisset, discedere ex Sicilia cum paucis in Almaniam coactus est, Constancia filia regis Sicilie in consortem desponsata[13].

Eclipsis in sole anno eodem nona Kalendas Julii accidens a terciis usque in nonas duravit⟩[ai][14].

---

[ac] Zdzisla *Dl. m. in ras.* [ad, ae, af] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [ag–ag, ah–ah] *Dl. m. in marg.* [ai–ai] *Dl. in m. vac.*

*Livonia ad fidem Christi conversa*

[aj]⟨Circa eadem tempora, tempore Celestini tercii pape, per operam Meinardi episcopi Liwonie Livonia ipsa ad fidem Christianam conversa est[15]. Cui successit frater Bertholdus[16], a Liwonis occisus. In cuius locum Albertus[17] substitutus, et residuitatem Livonie ad puritatem fidei reduxit, Rigensem metropolim et civitatem[18] iure Gothorum et aliquot episcopatus in Liwonia auctoritate apostolica fundavit et dotavit, et ordinem canonicorum regularium in ecclesia Rigensi, in qua annis triginta sedit, instituit⟩[aj]. }

ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS SECUNDUS

HPII§135

*Kazimirus necem Henrici fratris ulturus in Prussiam vadit*
*omniaque ferro et igne vastat*
*Pruthenosque ad tributa retenta solvenda et obsides dandos compellit*

Plenam[1] et sinceram Kazimirus Polonorum dux et monarcha reconciliacionem cum fratre suo Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[a] Sene Maioris Polonie duce, omnium denique terrarum suarum et principatuum statum pacificum consecutus, ad ulciscendum fratris germani Henrici primi Sandomiriensis ducis et exercitus Polonici, fraude a Prutenis locorum iniquitate circumventi mortem, animum intendit, et contra |
aut.|442* Prutenos, quibus ad id usque temporis impunita fuerat eorum prava temeritas, omnibus copiis bellum gesturus, omnibus terris et principatibus Polonorum expedicionem indicit. Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[b] Senex Poznaniensis dux filium Boleslaum cum exercitibus in eam expedicionem transmittens domo remanserat, Boleslaus vero Altus Wratislawiensis et Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[c] Rathiborienses duces, nepotes Kazimiri et filii olim Wladislai personaliter proficiscuntur. Cum autem singule copie ad

---

[aj]–[aj] *Dl. m. in vac. p. 247 (A. D. 1091) perperam adscr., corr. Ed. Crac. (cf. Zarembina p. 22)*
[a, b, c] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

Chelm opidum supra Wislam situm convenissent, aciebus ordinatis in Prussiam cauteloso et explorato gradu, ne quis dolus a Prutenis iniiceretur, processum est, flumineque Ossa superato usque ad interiora penetratum, summa quoque cura summaque diligentia et stativis eligebantur loca, et ne in pabulatores erupciones a Prutenis fierent, ne quis insuper locus sua iniquitate detrimento Polonis foret, Kazimirus dux tam per se quam per prefectos providebat. Pruteni cum Polonorum copiis congredi non ausi aut in paludes aut in concretas nemorum densitates inviaque loca, que sine periculo non poterant adiri, refugerant, Polonos tamen locorum iniquitate frequenter intercipere temptabant. Quos cum Kazimirus Polonorum dux ad pugnam elicere non posset, et vastacionem agrorum et incendia vicorum longe lateque iussit extendi et tam puberes quam impuberes necari. Ingens itaque trucidacio, ut suorum interfectorum manibus parentaretur, non tantum[d] propter ducis imperium quam ob iustam iram edita, barbaros pacem petere coegit. Venerunt siquidem Pruthenorum maiores et ad pedes Kazimiri in terram prolapsi misericordiam precabantur rogantes, ut ferro parci mandaret et miserandas eorum delere *HPII|136* non pergeret reliquias, satis se penarum pro temeritate eorum intulisse, offerentes se et solita et retenta tributa pendere et quecunque legitime im|perarentur implere. Quorum precibus Kazimirus dux motus, et cedem et exustionem iubet rescindi, retentaque tributa coram afferri et obsides centum dari captivosque et signa intercepta reddi. Nec mora barbari et omnia imperata perficiunt et Kazimirum ducem singularibus donis placabilem sibi effecturi honorant. Ita Kazimirus clade suorum ulta, obsidibus quoque Prutenorum et tributis receptis amplissima laude militibus eum efferentibus, quod provide et prospere Prutenicum bellum gesserit, cum magna sua et suorum alacritate in Poloniam, finibus regni sui recuperatis, remeavit.

[e]⟨Saladinus[2] Babilonie rex post occupatam permissione Divina et pro scelere humano Terram Sanctam, et post multiphariam Christianorum stragem, dum apud Damascum decumbens mortem sibi sensisset iminere, vocavit signiferum suum, dicens: „Tu, qui solebas ferre vexilla mea in bellorum, que gessi, congressibus, fer vexillum mortis mee, panniculum videlicet vilem super lanceam, clamitando per totam Damascum: „Ecce Saladinus rex Orientis moriturus non fert secum ex omni gloria sua nisi hunc pannum vilem". Et sic mortuus est⟩[e].

---

[d] *potius* tam *(ut Ed. Crac.)* [e–e] *Dl. m. in vac.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS TERCIUS

*Concordantur perpetuo Poloni cum Hungaris*
*et rex Bela cum Kazimiro duce conveniunt pacemque confirmant*

Castigata et ad servitutem tributariamque condicionem Prutenica regione per
Kazimirum ducem et monarcham Polonorum redacta ad res Hungaricales componen-
das bellumque, quod treuga suspensum erat, extinguendum, opera utrimque
*aut.*|443* novata est, et dieta primum in regnorum metis per consiliarios | communes, quem-
admodum triennio ante inter eos convenerat, celebrata est[1]. Ad quam cum pro
parte Regni Polonie Fulco Cracowiensis episcopus, Nicolaus Cracowiensis pallatinus
et ceteri Polonorum consiliarii, pro parte vero Hungarie Regni Strigoniensis et
Agriensis pontifices cum pallatino Hungarie et nonnullis aliis baronibus convenissent,
multiplici tractatu irritatos animos pacificant sancciuntque, ut Bela Hungarie rex suo
amplissimo Hungarie regno contentus, Ruthenorum regiones ad Polonie Regnum
*HPII*|*137* spectare permittat. Conveniunt deinde personaliter Bela Hungarie rex et Kazi-
mirus Polonorum dux in Antiqua Villa, et omnibus offensis atque iniuriis hincinde
remissis fedus dudum inter Hungarorum et Polonorum regna stabilitum iureiu-
rando innovant, et amicicias comunes[a] sincere et integre coli, et tam prosperos
quam adversos successus vicissitudinaria relacione participare debere decernunt. Et
eo federe icto muneribusque invicem datis discedunt.

PRAGENSIS episcopus Henricus[2] ducalem et ipse ducens stirpem, ut cognati sui Przemislaus in Bohemia, Wladislaus in Morawia principatum gererent, aput imperatorem Henricum non precibus solum et gracia, sed et largicione atque promissione obtinuerat seque pro promissa pecunia imperatori vadem posuerat[3]. Que cum in tempore constituto non redderetur, et imperator tum ob id, tum quia Premislaus Bohemie dux cum hostibus suis principibus Saxonie fedus contra illum inierat[4], Premislao offensus esset, Henricum Pragensem episcopum tunc aput se presentem de ducatu Bohemie investit et Bohemiam ad principandum remittit[5]. Verum etsi Bohemie barones se constanter Premislao duci contra Henricum episcopum Pragensem adhesuros astrinxissent[b], Henrico tamen Pragensi episcopo Bohemiam cum Almanis et nonnullis Bohemis intrante, omnes Premislao deserto ad Henricum

[a] *corr. e* comm– [b] *cod. Rozr., edd.,* astrinxisset *aut.*

episcopum Pragensem deficiunt. Propter quod Premislaus, ne a suis truderetur in carcerem, per fugam sibi vix consulere potuit. Henricus episcopus Pragam, que pro Przemislao tenebatur, obsidione cingens quinto demum obsidionis mense per dedicionem accipit[6].

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS QUARTUS

*Kazimirus Polonorum monarcha ipso die sancti Gothardi,*
*dum cum suis baronibus convivaret,*
*subito cum omnium moerore moritur*

Composita[1] ab intus et extra pace, et subactis, que dudum adverse erant, in obedienciam et tributum nacionibus, Kazimirus Polonorum dux et monarcha celebris et felicissimus aput proprias et exteras gentes habebatur, utpote qui atrocissima bella armis et ingenio prospere gessisset | (unde illum non imparem genitore suo Bole- *aut.*|444*
slao Krzÿwovstÿ nonnulli destinabant), quieturum se de cetero et reliquum vite in pace exacturum ratus ad res urbanas restaurandas, que sub cursu precedencium bellorum aut depravate aut neglecte erant, animum inverterat, omnem operam pro condendis et ornan⸾dis castris et urbibus deinceps novaturus. Sed fatorum invidia *HPII*⸾138
oppressus et proprium propositum et spes subditorum iam de altera felicitatis sorte nimia alacritate plaudencium non implevit, ne humanam felicitatem supergradiens, et triumphator magnificus et instaurator magnanimus censeretur. Nam cum in Cracowiensi urbe iuxta consuetudinarium morem diem sancti Floriani patroni loci et regionis sub magna devocione festivitateque solennes et se dignas oblaciones et hostias offerens exegisset pauperesque Christi et personas miserabiles ducali munificencia pavisset, in subsequenti sancti Gothardi die[2] pontifices, barones et primos Polonie honore mense excepit. Ubi inter prandendum sub magna animorum hilaritate venere in mentem priores expediciones laboresque et priores frequentesque de hostibus sub Kazimiri auspiciis relati triumphi, venere evitata superataque pericula et subsecuta tempora emerita et tranquilla, sub quibus se et securos de cetero gloriabantur et beatos. Omnium tamen felicitatum et gloriarum suarum splendorem in Kazimirum ducem et monarcham suum referebant, cuius ductu et

auspiciis commemoratas tunc felicitates nacti essent et bella domi forisque prospere gessissent. Cum itaque singuli magnificis epulis opipare tractati disgredi pararent, Kazimirus dux quasdam pontificibus de statu et immortalitate anime, de beatorum beatifica fruicione[3] questiones proponens et scrupulosius, quo poterat, obscurarum latenciumque rerum circumstancias exquirens modico exhausto poculo retrorsum relapsus [a]⟨subita ut ferunt virtute correptus veneni, ammissis sensibus concidit et sub paucis horis ingravescente morbo⟩[a] expira⟨vit⟩[b]. Morbo nonnulli extinctum credidere, nonnulli veneno, quod illi a quadam ex Cracowia muliere, ut illum ad sui inflammaret amorem et venerem, ferebant propinatum[4]. [c]⟨Monitus siquidem a pontifice Cracoviensi Fulcone, quoniam vitare facinus adulterii non horrebat, mortis subite per venenum incurrit discrimen mortis improvise[c]⟩. Ex suo autem tam subito et inopinato occasu fletus ingens tum a consorte[5] et duobus teneris filiis Lestkone[6] et Cunrado[7], tum a pontificibus et militibus in regia coortus etiam in urbe exaudiebatur. Illum ducem egregium, illum victorem propicium, illum iustum iudicem, illum severum malis, placabilem bonis, exterminatorem gravaminum et abusuum, satorem optimarum legum, instauratorem denique et parentem patrie ⟨crebra⟩[d] ⟨inge⟩minacione[e] et comploratu appellabant. Quarto demum die comparatis et preparatis omnibus, que ad funerias tam illustrissimi principis necessaria visa sunt, in Cracowiensi ecclesia regales illi maximo sumptu et apparatu exequie habite sunt
*HPII139* corpusque in sepulcro, in ⟨ chori latere edificato[8], manibus militum iusto honore tumulatum. [f]⟨Probitati, modestie, frugalitati ceterisque id genus animi humani ornamentis constat illum in omni vita[g] operam dedisse impensius, ob morum suavitatem facilitatemque nature ab universis ordinibus magno desideratus affectu⟩[f].|

*Lestko filius Kazimiri, Albus dictus,*
*post mortem patris in ducem eligitur,*
*et fratri Cunrado Masovia et Cuiavia dantur*

*aut.*|445* F]UNERALIBUS[9] exequiis rite peractis ad substituendum novum principem frequens Cracowie conventus indictus et habitus est, in quo in surrogando principe diebus

---

[a–a] *Dl. m. in marg., erasa in textu voce* continuo [b] vit *litterae Dl. m. corr.* [c–c] *Dl. m. in marg.* [d] *Dl. m. in ras.* [e] inge *litterae Dl. m. in marg. adscr.* [f–f] *Dl. m. in vac.* [g] *seq. vox erasa* enixe

aliquot variis diversisque votis certabatur. Et Fulco quidem Cracowiensis episcopus ad milites et multitudinem oracione habita persuadebat fortissima racione nulla cunctacione in eligendo principe utendum fore, sed ex duobus Kazimiri filiis attentis beneficiis, que in patriam egerat, alterum in solium paternum quanto celerius, et antequam calliditas Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[h] Senis et aliorum ducum sedem Cracowiensem ambiencium, quicquam in adversum molliri possit, evehendum pendendaque Kazimiro optimo principi meritorum suorum et in patriam et in singulos vicissitudo; qui etsi Domino vocante morte preoccupatus sit, in duobus tamen filiis, etsi non completam, optimam tamen et singularem indolem et que patrem expressura sit, habentibus vivit; sed neque patrie statum sine principe, velut apum gregem sine parente diuturnum constare, neque suas et patrie res legesque salvas et incolumes fore, si proprio principe et aput se educato, contempto in alterius transeant dicionem. Hisque et aliis eleganter propositis maiorem natu Kazimiri fil⟨ium⟩[i] Lestkonem decernebat substituendum. Huic sentencie cum et senatus et maior pars militum assensi forent, unus ex baronibus negavit rem boni moris et exempli existere, ut ad gubernandum magnas naciones et populos puer surrogaretur et infantilis atque inexperta etas, forsitan processu temporis vel deliratura vel regimine principatus abusura, maturis et prudentibus imperet suoque imprudenti regimine statum patrie et ea, que a Kazimiro parta sunt, eversum iri, et regiones, que tributa pendunt, ad rebellionem reverti opportunitate nacta contingat; placere sibi, ut magis patrie consulatur quam pueris et pro bene gerendis patrie rebus eiusque quiete et stabilimento aut Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[j] Senex Maioris Polonie dux, qui et ipse optinendi monarchiam pocior iure quam { Kazimirus nuper mortuus censebatur[10], aut *HPII}140*
Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[k] Oppoliensis et Rathiboriensis dux sufficiatur, cum sub alterius ex hiis principatu et regimine sperandum sit patriam meliores quam sub puero effectus habituram. Probabant nonnulli sentenciam taliter depromptam, pedetentim in illam ibant et plures verisimiliter credebantur in illam, prima, que a Fulcone episcopo explicata erat, deserta ituri, ni idem Fulco episcopus sentenciam ipsam refellendo demonstrasset ea, que baro disseruisset, tum demum vera fore, ubi ius eleccionis ius successionis non perimeret. In presenti vero casu, quo tantummodo de iure succedendi, non eligendi questio ventilatur, raciones

---

[h] *cf. adn.*[d] *a. 1140*   [i] ium *litterae Dl. m. corr.*   [j, k] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

et persuasiones propositas locum legitimum non habere, cum acerbum nimis durumque esset, quandam quoque inhumanam redoleret tirannidem et crudelitatem, si filiorum ducalium ad iustam etatem brevi perventurorum hereditas exteris hereditanda traderetur, cum Divina, canonica et imperiali lege filiis non adultis ⟨solummodo⟩[1], sed etiam postumis paterne porcionis successio debeatur. Pro retinenda vero salute patrie, pro manutenenda eius auctoritate, pro benegerendis eius rebus repellendisque adversitatibus quid vetat curatores provisoresque eligi et illis tam
*aut.*|446* filiorum ducalium quam patrie salutem et regimen mandari, cum reges| et principes frequencius per administratorias potestates et magistratus quam per se ipsos, etiam virilem etatem consecuti, regna et principatus administrent. Accepta est hec illico pontificalis sentencia et omnibus, que in contrarium allegabantur, abrogatis consurgunt proceres milites et voce[11] celotenus emissa acclamant: „Vivat, vivat Lestko dux et rex noster in eternum!“ Ac sic gradu concito in thalamum ingressi puerum splendide exornatum alba cesarie eum venustante, propter quam et Albus Lestko nuncupacionem sortitus est, in publicum educunt atque in sede paterna collocatum principem constituunt duosque sibi et principatibus suis curatores, videlicet Fulkonem Cracowiensem episcopum et Nicolaum germanum suum pallatinum Cracowiensem, deligunt et illis se, donec princeps adolescat, in singulis parituros obstringunt. De hac autem baronum et militum uniformi concordia omnium pectora singularis exultacio pervasit gratulantibus universis pro mortuo principe olivam[12] tam speciosam sibi proluxisse. Quam Nicolaus pallatinus Cracowiensis, vir ea tempestate plurimum oculatus et industrius, amplius firmaturus (noverat enim vulgares animos facili aura frangi et averti), primum quidem omnibus in commune gracias agit, quod tam patrie quam ducalium filiorum racionem habendo dignum et se
*HPII*}141 honestum reipublice statum formare studuissent et } tandem ut in eo servando custodiendoque essent et in illius prevaricacionem non fierent proclivi, ab uno quoque iuramenti sacramentum exigit. [m]⟨Cunradus vero minor natu, Cristino pallatino Mazovie cooperante, Mazoviam et Cuyaviam cum suis pertinenciis ex integro suscepit⟩[m][13].

[n]-⟨Russie principes[14] conventu apud Kyoviam celebrato expedicionem contra

---

[1] solum *Dl. m. in ras.*, modo *Dl. m. in marg. adscr.* [m-m] *Dl. m. adscr.* [n-n] *Dl. m. in vac. grandioribus litteris*

Polowczos regiones eas[o] assidua irrupcione vastantes indicunt. Itaque quamprimum tempus estivale advenit, Swanthoslaus Wszevoldicz Kyoviensis dux, Rurik Rostislawicz[15], Hleb Swanthoslavicz[16], Hleb Iurgyovicz Tvroviensis[17], Wlodimirus Hlebowicz[18], Mstislaus Romanovicz[19], Yszaslaus Davidovicz[20] et Wszewoldus Mstislavicz[21] duces, item milites Haliczienses, Wladimirienses et Luczenses per Romanum ducem Wladimiriensem[22] transmissi in terram Polowczonum adveniunt et vicesima Iunii die[23] cum Polowczis in maxima et forti multitudine in occursum eorum euntibus congressi Polowczos de sua virtute gloriantes cede magna in[p] brachio Dei confligunt et prosternunt multisque cesis aut captis, paucis vero effugientibus castris eorum et tabernaculis potiti predis et spoliis onusti victores cum gloria revertuntur⟩[-n].

H]ENRICUS episcopus Pragensis et dux Bohemie exercitualiter Morawiam ingressus[24] affinem suum Wlədislaum de ea excludit, deinde tam ex Bohemis quam Morawis maioribus copiis adunatis iussu Henrici imperatoris, qui Alberto marchioni Sirbie[25] infensus fuerat, Sirbiam ingressus, eam vastat et multa relatu indigna non solum in secula⟨re⟩s[q] et aggrestes, sed etiam in ecclesiasticos, monasteria ac servos Dei comittit[r].

[s]⟨Parem et ampliorem famam et gloriam[t], quam Russie duces in Polowczonum vastacione consecuti fuerant, Ihor Russie dux[26] sibi comparaturus, cum duobus filiis et Novogrodensibus de Syewior et fratre suo Wszevoldo Olhowicz[27] et militibus de Czirnyeow vadit contra Polowczos. Et quamvis notabiles eorum copias prostravissent, una tamen victoria non contenti constituerunt ire ultra flumen Don, omne genus Polowczonum deleturi et tanto insigniorem habituri laudem, quanto longiorem et quam nemo ante illos temptare ausus fuerat, exegissent viam. Interim autem Polowczonum ingens multitudo eis prope Don occurrens cunctos conflixit et delevit, neminem ex ea clade superstitem esse sinens[28]. In Russie posthec terras circa Pereaslaw irrumpunt et omnia castra in flumine Sula comprehendunt⟩[s]. ||

---

[-n] *cf. p. 158* [o] eos *aut.*, eorum *Ed. Crac.* [p] *seq. ras. duarum litterarum* [q] re *litterae Dl. m corr. in ras.* [r] *corr. e* comm– [s-s] *Dl. m. in vac.* [t] *seq. ras. duarum litterarum del.*

aut. 447* HPII 142

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS QUINTUS

*Myeczslaus Senex electionem Lestkonis aegre ferens,*
*ad Fulconem episcopum et milites Cracovienses mittit*
*illum abrogari et se surrogari petens,*
*quos id facere renuentes valido exercitu invadit*

Sublimacionem Lestkonis[1] Albi in Cracowiensem principatum ex morte Kazimiri vacantem per Fulkonem episcopum et Cracowienses ac Sandomirienses milites factam se neque avisato neque consulto Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] Senex Maioris Polonie dux moleste ferens, frequenti suorum consilio advocato, quantum animo ob id consternatus sit, quantis vexetur uraturque cruciatibus, quantam illi et suis immaturi pueri in regnum, quod sibi debebatur, ereccio ignominie materiam attulerit et in posterum allatura sit, edicit, omnem culpam in Fulkonem episcopum et Cracowienses milites retorquet, quos propterea principatum puero mandasse disserit, ut tocius principatus administracio aput illos consistat et appellacione quidem vana Lestko princeps in fascibus appareat, illi re vera accione et imperio gerant et exerceant principatum, et in tenera quidem atque parvula etate Lestkonem et Cunradum nepotes suos blande tractari, dum vero ad maiorem etatem perventuri forent, deleri illos a baronibus Cracowiensibus veneno et occupari stirpe ducali sublata astruit principatum; nec nunc primum Cracowienses proceres, sed altera vice ignominiose exclusionis notam sibi inussisse; et quamvis primam fratre Kazimiro vivente, utcumque tulerit, civilem cladem stragesque domesticas vitaturus, eam tamen, que nuper erupit, nulla racione passurum, cum multiplici respectu velut natu maiori Cracowiensis sibi condam non legitime ereptus debeatur principatus, et cura puerorum neminem magis quam se, qui alter pupillorum parens sit, contingat. Armis eatenus et ferro ignominiam et iniuriam a Cracowiensibus sibi illatam rescindendam fore aut gloriosa morte occumbendum, ne sua despectui et irrisui habeatur etas, decrevit et cum universi propositum animi sui velut efficax et necessarium comendassent, armari suos omnes in id bellum quanto celerius quantoque expedi-

---

[a] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

cius iubet. Boleslaum deinde Altum Wratislawiensem, Cunradum[b] Oppoliensem et Rathiboriensem duces, nepotes suos, filios Wladislai exulis, item Msczugium ducem Pomeranie generum suum ad feren}dum sibi personalia solacia multipharia *HPII}143* exhortacione et prece accendit[2]. Iustius tamen bellum habiturus, nuncios ad Fulkonem episcopum baronesque Cracowienses mittit requirens et sublimacionem nepoti⟨s⟩[c] [d]⟨Lestkonis ducis⟩[d] velut iniustam et in suum preiudicium atque dedecus redundantem rescindi et se in administracionem et regimen monarchie Polonorum et principatus Cracowiensis admitti. Fulkone autem episcopo et baronibus Cracowiensibus ius, quod sibi ad monarchiam et principatum Cracowiensem competere astruebat, iustiore confutacione refellentibus et se, antequam [e]⟨scita et⟩[e] decreta sua abrogari pupillorumque hereditates occupari paciantur, respondentibus honesta prius morte morituros, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[f] Senex Maioris Polonie dux contra Cracowienses milites arma sumit et habens in comitatu suo Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[g] Oppoliensem et Rathiboriensem, et Iaroslaum [h]fili⟨um nepotis sui germani⟩[h] Boleslai Alti Wratislaviensis et Pomeranie duces et filium suum Boleslaum copiasque tam equestres quam pedestres versus Cracowiam monarchiam resumpturus alacer et ingenti spe plenus procedit, auxiliaribus ducibus gradu tardiori insequentibus agmen suum. [i]⟨Nullo autem pacto credebat Cracovienses milites secum in dimicacionem venturos, sed pactis et condicionibus illum pro principe et monarcha abrogato Lestkonis Albi principatum facile accepturos⟩[i]. |

*Milites Cracovienses audientes potentiam Myeczslai*
*exercitum cum Ruthenis validum congregant,*
*et Myeczslaum cum suo exercitu confligunt;*
*ex quo bello utraque pars victa discedit Myeczslao vulnerato fugiente*
*et Goworicio palatino Sandomiriensi capto*

N]ON IGNARI Cracowienses barones et milites, quanto studio et cura, qualique *aut.*|448* animo et apparatu, quantis denique copiis Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[j] Senex Maioris Polonie dux bellum ipsis indicturus procedat, arma et ipsi de principatibus Cracowiensi,

---

[b] Myeczslaum *corr. Ed. Crac., cf. infra p. 163* [c] s *littera Dl. m. adscr.* [d–d] *Dl. m. superscr.* [e–e] *Dl. m. in ras.* [f, g, j] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [h–h] *Dl. m. in ras.* [i–i] *Dl. m. in vac.*

Sandomiriensi, Lublinensi, Maszowiensi, Cuÿawiensi, Brzestensi supra Bug siti ceterisque Russie oris, que Kazimiro, dum viveret, parebant, expediunt, Romanum insuper ⟨Mstislavicz⟩[k] Wladimirie ducem et filiorum Kazimiri ducis affinem, multis beneficiis per Kazimirum obstrictum in sui suffragium accersunt. Tribus quoque agminibus, quorum unum Nicolaus pallatinus Cracowiensis, alterum Goworcius pallatinus Sandomiriensis, tercium Romanus Wladimiriensis alias Luczensis dux ducebant, Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[l] Seni Maioris Polonie duci et suis auxiliariis obviam *HPII 144* procedunt, popu|lacionem agrorum et villarum, quibus iam Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[m] Senex ignem iniici iusserat, prohibituri. Iam usque in Andrzeowiense cenobium et opidum in Cracowiensi diocesi situm Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[n] Senex cum suo tantummodo exercitu pervenerat, exinde ad fluvium Moszgawa[3] ⟨quatuor⟩[o] a monasterio predicto miliaribus decurrentem stativa posuerat, dum Cracowiensium militum nunciatur exercitus hostilis advenisse. In eo itaque loco infestis aciebus uterque exercitus concurrit. Cracowienses enim milites nondum auxiliares duces Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[p] scientes advenisse, ne simul cum omnibus pugnare cogerentur, acies Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[q] faciliorem victoriam consecuturi invadunt; et sinistrum cornu Romanus dux, dextrum Nicolaus pallatinus Cracowiensis tenebat, Goworcius Sandomiriensis pallatinus in subsidiis relictus erat. Ad vesperum diei prelium extractum est, cum in terciis ceptum esset, et miro pugnandi ardore ab utrisque certabatur, quamvis in utroque exercitu fratres, cognati, affines, soceri, generi variarumque necessitudinum homines consisterent, nemo tamen animum, nemo fervorem belli remisit, nemo fratri, cognato aut amico indulsit[4], sed mutua se cede obtruncando iuxta atque inter infestissimos et perpetua guerra dissidentes hostes bellum agebatur. Quapropter neutra parte refellente gradum strages horrenda cadaverum utrimque edita est.[5] Ad duces quoque ipsos, qui suis laturi auxilium prelio se prelium restituturi[r] immiscuerant, clades pervenit, Boleslaus siquidem filius Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[s] Senis sub patris conspectu lancea traiectus ex equo defluens expirat[6]. Mÿesz⟨laus⟩[t] Senex Maioris Polonie dux a gregario milite vulneratus in mortem mucrone crebros ictus repetente agebatur, ni galea detracta se Mÿesz⟨laum⟩[u] et ducem parcique sibi et misereri postulando exclamasset, maiestatis autem sue

---

[k] *Dl. m. in marg.* [l, m, n, p] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [o] *Dl. m. in ras.* [q] *cf. adn*[d]*. a. 1140, seq. ras. 1 litterae* [r] restituri *aut., corr. iam cod. Reg., cod. Rozr., edd.* [s] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [t] laus *Dl. m. in ras.* [u] laum *Dl. m. in ras.*

et canicie terrore miles gregarius perculsus non solum ferro abstinuit, sed etiam ex acie eductum, ne a quoquam alio violaretur, fuga celeri sibi consulere persuasit. Romanus insuper ⟨Mstislavicz⟩[v] Wladimiriensis dux pluribus vulneribus adverso pectore acceptis, dum suos Ruthenos partim stratos partim in fugam versos conspiceret, e prelio et ipse periculum vitaturus declinat. Multis denique militibus de utraque parte aut occisis aut vulneratis prelium diremptum est, quod tam horrendo et crudeli Marte gestum est, ut uterque exercitus cruenta referens vulnera pro victo abierit [w]⟨et nemo in certaminis loco compertus est quam pectore adverso cecidisse. Cognata arma, acies fraterne, signa comunia[7], unius patrie, unius lingue robur ingenio parum sano infestis eo primum ⸾ tum die gessere bellum animis. *HPII*⸾*145*
Solus Myeczszlaus[x] Lyaskonogy[8] dux eodem die ceteris diffugientibus in certaminis loco permansit solusque soli sibi cessisse victoriam gloriabatur⟩[w]. |

P]ARTIS utriusque exercitu ex certaminis loco defluente et dilapso Mÿe⟨cz⟩-sz⟨laus⟩[y] Oppoliensis et Rathiboriensis dux, qui et ipse partes Mÿe⟨cz⟩sz⟨lai⟩[z] *aut.*|449* Senis ducis Maioris Polonie iuvaturus tardius egressus prelio non interfuerat, cum nepote suo Iaroslao, Boleslai Alti Wratislawiensis filio et copiis sui exercitus advenit eosque, qui de Mÿesz⟨laui⟩[aa] Senis exercitu diffugierant, recolligens in certaminis loco consedit ac signis erectis quasi victor⟨is⟩[ab] in morem constitit. Cui et eam ipsam exultacionem Goworicius pallatinus Sandomiriensis, ad quem reliquie disturbati Cracowiensium exercitus se applicaverant, erepturus, nulla suorum paucitate et recenti clade perculsorum inita racione occurrens acerrime pugnat, et pocioribus de suis ammissis ceteris fuga lapsis numerositate hostium superatus in hostiles manus, fugere turpe ratus, vivus venit, et longam captivitatem aput hostes, antequam manumitteretur, pertulit. Oppoliensis dux Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[ac] cum nepote suo Iaroslao, ne iterum a Cracowiensibus militibus insectaretur veritus, ex prelii loco Goworicium pallatinum Sandomiriensem et nonnullos alios Cracowienses milites captivos spoliaque relati triumphi secum ferens discedit, et ab exploratoribus nunciisque doctus Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[ad] Senem graviter vulneratum lectica in Poznaniam deferri, exercitum et ipse suum ac nepotis[ae] in Slesiam traducit.

---

[v] *Dl. m. superscr.* [w–w] *Dl. m. in vac.* [x, y, z] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [aa] laui *Dl. m. in ras.* [ab] is *litterae Dl. m. corr. in ras.* [ac, ad] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [ae] *cod. Rozr.*, nepotes *aut.*

### *Fulco episcopus cognita strage facta Nicolaum fratrem suum Myeczslaum sequentem revocat et arcem Cracoviensem providit*

S]OLICITUS de futuro belli ineundi eventu Fulco Cracowiensis episcopus in villa [af]⟨sua Dzerzaszna⟩[af] ⟨duo⟩bus[ag] miliaribus a conflictu distante substitit, et inter spem atque metum positus obsecracionibus lacrimosis suis victoriam cedere precabatur. Advenit interea aliquis ex prelio fugiens et pontifici de exitu belli avide sciscitanti respondet magna cede Cracowienses et Sandomirienses et Romanum ducem Wladimirie cum exercitibus eorum per Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[ah] Senem Maioris Polonie ducem contritos esse et tam pallatinos quam Romanum cum primoribus in acie cecidisse Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[ah] que ducem triumphali pompa insignitum et spoliis atque signis debella-
*HPII*§146 torum a se hostium onustum § celeri cursu ad occupandam Cracowiam contendere. Nondum is relacionem suam expleverat, et unus alius itemque alius et alius diversum ferentes successisse casum adveniunt. Fulco autem episcopus quid veritas contineat gestiens agnoscere, unum e presbiteris suis sub dissimulato habitu in certaminis locum singula, que et quali ordine acciderint et quis successus pallatinos Cracowiensem et Sandomiriensem ducemque Romanum maneat, exploraturum[ai] iubens illum impigrum, diligentem et cautum esse. Qui cum pedestri itinere in prelii locum ante occasum solis pervenisset, et ab hiis, qui semineces relicti erant et ab hiis, qui interfectorum aut animas exalancium legebant spolia, percunctata rescitaque veritate ad presulem suum Fulkonem reversus, singula eo ordine, quo acciderant, exponit, referens Mÿesz⟨laum⟩[aj] Senem Maioris Polonie ducem et pro
*aut.*|450* nece filii sui Boleslai, | et pro vulnere pro victo discessisse, Goworicium Sandomiriensem pallatinum a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[ak] Oppoliensi duce et suo exercitu, qui supervenerat, conflictum et captum esse, Romanum ⟨Mstislavicz⟩[al] ducem in Russiam sauciatum, ceteros, prout quemque casus tulit in loca varia abiisse. Et Fulco quidem episcopus merore nimio consternatus, pupillis et patrie consulturus nocte subsequenti ducem Romanum consecutus obnixe rogat, quatenus cum hiis, qui illum sequebantur, reliquiis Cracowiam redeat, arcem et filios ducales contra seviciam Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[am] Senis, quem sperabat supplemento militum habito ad occupandam Craco-

[af]–[af] *Dl. m. in marg.* [ag] duo *Dl. m. corr.* [ah] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [ai] *desideratur* mittit *(ut. Ed. Crac.) vel simile quid* [aj] laum *Dl. m. in ras.* [ak] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [al] *Dl. m. in marg.* [am] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

wiam reversurum, defensurus. Sed Romanus dux duplici se prepeditum causa respondet: et defectu milicie, que aut prelio corruerat aut fuga defluxerat, et acceptis vulneribus, que tume⟨scebant⟩[an]. Querenti deinde episcopo, quid in tam periculoso necessitatis articulo agendum pro incolumitate patrie [ao]⟨optimum et necessarium⟩[ao] fore ⟨censeret⟩[ap], respondet de capite omnem curam habendam esse et Cracowiam provinciarum omnium dominam et principem ab hostili invasione tutandam, qua salva et incolumi cetera omnia felicius secutura. Id consilium Fulko pontifex secutus, dum altero die Nicolaus pallatinus Cracowiensis instaurato exercitu magnis ausis ignominiam acceptam ad Moszgawam detersurus Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[aq] Senem insequi ire pergeret, illum prohibuit, et ne arx et civitas Cracowiensis in aliquod periculum recideret, secum una Cracowiam rediit, et militum presidio non Cracowiensem solum arcem, sed et singula dicionis pupillorum castra, ne nunciata clades aliquam procellam exciret, munivit [ar]⟨et ne novandi res quisquam ausus sumeret, providit⟩[ar][9]. {

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS SEXTUS HP II{147

*Stantibus rebus quietis committunt Poloni*
*Helenae uxori Kazimiri ducis imperium*

Feda inter Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[a] Senem Maioris Polonie ducem et Cracowienses milites pro principatu ad Moszgawam gesta dimicacio, feda insuper clades, per quam plures mortales civili bello et nullum referente triumphum absumpti sunt, diu partem utramque sub quiete distinuit, quasi ex composito utrosque crederes treuga bellum suspendisse. Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[b] siquidem Senem Maioris Polonie ducem accepte ignominie plurimum puduit, quod et in prelio inito multos milites multasque fortunas et super hec omnia carum filium Boleslaum perdiderit, et quod ipse nichil ex prelio preter vulnera filiique Boleslai cadaver retulerit. Tenebat et Cracowienses milites ingens rubor, quod nonnulli eorum signis et locis desertis in fugam abierint et partam prope victoriam e manibus emiserint. Sub hoc autem

[an] sce *litterae Dl. m. in ras.*, bant *Dl. m. in marg. adscr.* [ao–ao] *Dl. m. in marg.* [ap] *Dl. m. superscr.*
[aq] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [ar–ar] *Dl. m. adscr.* [a, b] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

turbatarum[c] publi⟨carum⟩[d] rerum dispendio salutare visum est ducisse ⟨Helene⟩[e] Kazimiri relicte supra sexum muliebr⟨em⟩[f] singulari prudencia pollenti[1] fasces imperii et regimen principatuum comitti[g], ea condicione adiuncta, ut absque Fulkonis
*aut.*|451* episcopi et Nicolai pallatini Cracowiensis consilio et assensu nichil | in rebus publicis statuat, innovet aut decernat. Itaque usque ad filiorum maturam etatem ⟨Helene⟩[h] ducisse prefate arbitrio, et vacancium dignitatum atque officiorum magistratus personis idoneis mandabantur, et ducales census et introitus aut inferebantur in fiscum, aut in rei publice distribuebantur comoditates et profectus. Caritate siquidem, quam erga Kazimiri stirpem gerebant, milites a⟨cti⟩[i] condicionis sue quodammodo in tempus, quod viri essent obliti, muliebri pocius subiacere imperio quam ducales filios deserere maluerunt.

### *Mrokotae Posnaniensi episcopo succedit Philippus*

P]OZNANIENSIS episcopus Mrokota febribus correptus moritur et in ecclesia Poznaniensi sepelitur [j]⟨cum annis decem pontificali regimini presedisset[2]. Cui per eleccionem canonicam octava Septembris tentam Philippus canonicus Poznaniensis,
*HPI* § 148 nobilis Polonus de domo Wyenyawa[3] via scrutinii succedit, } a Szdzislauo Gneznensi archiepiscopo Mszczyslauo[k] duce Maioris Polonie consenciente confirmatus et consecratus⟩[j].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS SEPTIMUS

### *Uxorum usus sacerdotibus in Polonia per legatum Caelestini tertii papae interdicitur*

Petrus tituli Sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis, Capuanus vulgariter nuncupatus[1], a summo pontifice Celestino tercio legatus de latere ad reformandam Ecclesiam Polonicam destinatus venit Poloniam. Qui Cracowiensem civitatem ingres-

---

[c] *seq. vox erasa* rei [d] carum *Dl. m. in ras.* [e] *Dl. m. in ras.* [f] em *litterae Dl. m. corr.* [g] *corr. e* comm– [h] *Dl. m. in marg.* [i] cti *litterae Dl. m. corr. in ras.* [j–j] *Dl. m. in vac.* [k] *ita calami lapsu aut. pro* Meczslao

surus a Fulkone Cracowiensi episcopo et omnium ecclesiarum processione magno honore exceptus est, primamque congregacionem Cracowie, alteram in Lubcza agens, deinde in Gneznensem, Wratislaviensem, Poznaniensem, Ploczensem, Wladislawiensem, Chelmensem et Lubuczensem dioceses se transferens, id precipuum in Ecclesia reformanda sibi cure assumpserat, quatenus presbiteri a mulieribus et concubinis abstinendo continentem et castam et que laicos edificare posset ducerent vitam, cum plures ea tempestate sacerdotes uxoribus velut iure legitimo uterentur. Cuius usus corruptelam cardinalis ipse summo studio a Polonica eliminavit abrogavitque Ecclesia, et presbiteris uxores accipere et tenere sub gravissimis penis interdixit, laicis vero quacunque excellencia pollentibus connubia sua in facie Ecclesie contrahere instituit. Et hec quidem salubris prefati Petri cardinalis constitucio facile a Polonorum clero et ab universa Polonica Ecclesia accepta et accurata diligencia custodita servataque est; a Bohemis tamen cleroque Bohemico, aput quos cardinalis ipse legacionis etiam officio fungebatur, non solum repudiata, sed parum abfuit, quin cardinalis ipse constitucionem ipsam, ordines in sabbato „Sicientes“[2] celebraturus promulgans et presbiteros ad castitatis votum compellens violaretur. In cuius occisionem Bohemici sacerdotes grassari Prage ceperant[3], nisi illorum improbos conatus episcopus Pragensis Henricus, ducalem tunc obtinens in Bohemia potestatem, oppressisset. Non solum autem in his, sed et in pluribus aliis cardinalis | predictus Polonicam Ecclesiam, pontificibus et clero benivolos se prebentibus, ad singula reformavit. } *aut.*|452*

### *Stephano Wladislaviensi episcopo succedit Ogerius* *HPII*}149

[a]⟨Wladislaviensis episcopus Stephanus cum annis sex sedisset, diem obiit, et in veteri ecclesia Wladislaviensi sepelitur[4]. In cuius locum Ogerius nacione Italus[5] propter discordem eleccionem capitularium ab Innocencio tercio provisus successit⟩[a].

V]ALIDO languore Henricus Pragensis episcopus et dux Bohemie correptus decimo septimo Kalendas Iulii moritur[6]. In egritudine tamen positus Przemislaum ducem consanguineum suum, quem de ducatu Bohemie eiecerat, in spem mortis sue ducatum occupare molientem, per gentes suas conflixit et de Bohemia fugavit[7], quamvis

---

a–a *Dl. m. in vac.*

et parti sue non incruenta provenerit multis cadentibus victoria[8]. Post mortem vero suam dux Wladislaus Przemislai germanus, a vinculis, quibus propter germanitatem Przemislai velut suspectus detinebatur, solutus, favore militum in ducem acceptus est[9]. Verum dum ducatum predictum mensibus quinque tenuisset, Przemislaus germanus suus collecto ex Bohemis Almanisque exercitu venit in Bohemiam, pro principatu certaturus. Wladislaus autem quamvis maiori gencium potencia fultus esset, noluit velut vir pacificus in dimicacionem cum fratre venire, sed missis comunibus baronibus pacem et fedus cum fratre iniit sorteque Morawie contentus Przemislao de ducatu Bohemico excessit[10] [b]⟨qui a Philippo Romanorum imperatore Friderici secundi fratre, quem Romana Ecclesia non accepit, coronari iussus diadema accepit⟩[b] [11].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS OCTAVUS

*Wladimirus Haliczensis dux moritur,*
*et Lestko Albus Polonorum dux Haliczensi principatu profligato*
*Romano duce potitur*

Wladimirus Haliczensis dux beneficio brachioque Kazimiri olim Polonorum ducis et monarche ad Haliczensem principatum, a quo per Pannonios deiectus fuerat, restitutus, morte absumptus[1], dum nullum superstitem reliquisset, magnam inter Lestkonem et Cunradum Polonorum duces et eorum curatores Cracowiensesque milites ab una, et Ruthenos Ruthenorumque duces [a][partibus ab altera][a] discidii suscitavit procellam. Iure quidem et { equitatis ordine, federe insuper cum Kazi-
HPII 150 miro Polonorum duce per Wladimirum, dum restitutus esset, icto Haliczensis principatus ad Polonie Regnum et ad filios Kazimiri, super quo et Halicienses milites sacramento[b] adacti erant, debebat devolutus censeri. Sed multorum principum Russie, ducatum predictum sibi in feudum dari deposcencium ambicio plures sedicionum rumores concitatura videbatur. Ad quos, antequam lacius serperent, opprimendos Nicolaum pallatinum Cracowiensem cum copiis tam equestribus quam pedestribus in Haliczіam ad providendum de ducatus vacantis statu, et ut in for-

---

[b–b] *Dl. m. adscr.* [a–a] *cod. Rozr., edd., desideratur in aut.* [b] a *littera prima in ras.*

mam provincie redigi Regnoque Polonie uniri posset ordinandum, mitti placuit[2]. In lacrimas illico Lestko dux | resolutus, ne se desererent, sed in illius expedicionis *aut.*|453* comitem assumerent, primum curatores, deinde consiliarios singulos blandis herens complexibus precabatur. Et dum tam mater ducissa ⟨Helena⟩[c] quam consiliarii resisterent et sacius illum in aula interim manere persuaderent: „Quantum — inquit — refert, quod signa muta et omni sensu carencia vobiscum itura sunt, et ego dux vester futurus relinquor? Assumite, precor, me, ut virorum contubernio forcium fortis evadam, quoniam inter feminarum greges me tedet pudetque amplius esse. Quodsi non impetro, sequar vel uno tantummodo comite contentus vestra vestigia"[3]. Hiisque et aliis sermonibus suam indolem futuram exprimentibus usus, consiliarios animum ducalem certatim efferentibus, ut se assumerent, pervicit. In frequenti itaque militum numero, dum in Haliczіensium fines pervenisset, Haliczіensium primi illi occurrunt et velut dominum suum legitimum devocius suscipiunt et adorant, idque primum ab eo precantur, ut solus illis imperet, solus Haliczіensem administret regatque principatum, aliorum Russie ducum execraturos se et honesta prius morte morituros pronunciant dicionem. Collaudatos et blande habitos dux Lestko precedere iubet; verum illi Lestkoni et suis curatoribus infensi, quod rumore vulgato cognoverant, Romanum ⟨Mstislavicz⟩[d] Wladimirie ducem se pro duce et preside Lestkonem locaturum, armis correptis obviam Lestkoni uti hosti procedunt. Sed cum levi negocio prime eorum turme fuse, fugate, postreme quoque, in quibus erat ingens peditum multitudo, metu perculse fuga dilapse essent, et Lestko ad oppugnandum Haliczіense castrum properaret, Haliczіenses missis caduceatoribus petita obtentaque venia portas castri Lestkoni apperiunt et omnia, que imperaret, se facturos repromittunt[4]. }

*Romanus Wladimiriensis dux, nepos defuncti,* *HPII*}*151*
*investitur per Lestkonem Album in Haliczіensem ducatum,*
*cum omni Haliczіensium moerore*

P]LENAM[5] et castri et tocius Haliczіensis ducatus Lestkone Polonorum duce possessionem consecuto, tum demum inter competitores de ducatu Haliczіensi Russie duces in alcius certamen res venit, et post longa litigia inter illos ventilata,

[c] *Dl. m. in ras.* [d] *Dl. m. in marg.*

ceteris a proposito resilientibus, solus Romanus ⟨Mstislavicz⟩[e] Wladimiriensis dux, mortui Halicziensis ducis ⟨nepos⟩[f] germanus, ducatum Halicziensem sibi conferri racione et respectu multiplici deposcebat; isque ceteros duces Russie a petendo ducatu Halicziensi tum rogando et persuadendo tum terrendo averterat. Aput ducem quoque Polonorum Lestkonem et suos consiliarios in prefato ducatu Halicziensi petendo multiplicibus ingeniis usus supplicacionem suam quottidie novis adminiculis subornabat, iniquum esse deducens ut ⟨patrui⟩[g] germani sui hereditas ad alium quam ad se perventura, ampliorem sibi mortis ⟨patrui⟩[h] causaret dolorem; neminem preterea adeo, ut se, meritum inter duces, cui beneficium illud prestari equum esset, cum merita sua in Polonie ducem Lestkonem, recencia stigmata ad
*aut.*|454* Moszgawam accepta | et plures sui milites illic desidera⟨ti⟩[i] testarentur. Adiungebat hiis causis minas, iniuriam suam, si a ducatu Halicziensi et sorte ⟨patrui⟩[j] excluderetur, armis et omni hostilitate se vociferans ulturum. Difficilis aput Lestkonem Polonorum ducem et consiliarios suos huiusce rei decisio visa consumacionem illius in plures dies, sub quibus dux Romanus submissius se gerens Halicziensem ducatum non iure sed precario, non in proprietatem et titulum sed in procuracionem et regimen temporaneum sibi petebat mandari, extraxit. Nemo erat ex consiliariis Polonorum, cui satis placeret tam fecundum ducatum Romano suapte inter Ruthenos diviti et potenti, ne in superbiam erectus calcitraret et ex subdito hostis infestus fieret, conferri, sed ducatum ipsum Regno Polonorum velut utilem et valde pernecessarium plures allaturum comoditates uniri; Halicziensium insuper baronum et militum et querelis et precibus movebantur, qui sibi callidum et versipellem principem, varia tirannide in se usurum, dari et prefici abhorrebant. Offerebant preterea Lestkoni Polonorum duci, si in formam provincie redacti Romano non committerentur, auri, argenti, gemmarum, vestium, equorum, boum et armentorum certam quantitatem annis singulis pensuros. Movebant ista Lestkonem principem et Polonorum consiliarios; respectus tamen futuri cum Romano, si refutatum iri suas
*HPII*}*152* preces contingeret, belli, et } superimpendens a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[k] Sene Maioris Polonie hostilitas, ne pro uno et eodem tempore a fronte et tergo urgerentur, Lestkonem ducem et Polonorum consiliarios pervicit, ut propriis comoditatibus et ceterorum ducum Russie ac Haliciensium militum peticionibus neglectis Haliciensem ducatum Romano Wladimiriensi principi, subiectum illum atque fidum putan-

[e] *Dl. m. in marg.* [f, g] *Dl. m. superscr.* [h] *Dl. m. in ras.* [i] ti *litterae Dl. m. adscr.* [j] *cf. adn.*[h]
[k] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

tes sibi futurum conferrent, ipsumque tunc de ducatu predicto investirent[6], et illius possessionem non sine Haliczicnsium amaro cruciatu, multiplex malum sibi ominancium, contraderent, Romano fidem, devocionem et obedienciam in ducem Polonorum Lestkonem, equitatem vero et iusticiam in Halicziensés milites et subditos se iureiurando astringente et vovente custoditurum[b]. In hunc modum rebus Haliciensium compositis Lestko dux cum sua milicia Cracowiam repeciit.

*Lubuczensis terra a Polonia sequestratur*

[m]⟨BOLESLAUS[7] unus ex filiis beate Hedwigis et Henrici cum barba ducis Wratislauiensis substanciam paternam, celebrata cum fratribus Henrico et Cunrado Crispo ducibus Wratislauiensibus patre permittente, divisione[8], adeptus ducatum Lubuczensem, qui illi sorte obtigerat, cum illius arce et territorio marchionibus Brandeburgensibus pro certa summa pecunie, vivens luxuriose et prodigaliter, perpetuo vendidit[9]. Ex quo tempore ducatus prefatus et episcopatus eius Lubuczensis insignis a Polonie Regno abstractus et sequestratus est, ac perperam et iniuste marchionatui Brandeburgensi applicatus, non sine Regni Polonie notabili mutilacione usque in nostra tempora durante. Adeo autem prefati Boleslai ducis malicia et transgressio ascenderant, ut in opido Srzoda et in cimiterio parochialis eiusdem opidi ecclesie octingenti homines, ipso causam et occasionem prestante, flamme incendio perierunt[10]⟩[m].

C]ELESTINUS papa tercius cum annis sex mensibus octo diebus undecim sedisset, Rome moritur et in ecclesia sancti Petri sepelitur[11]. Cui Lotarius, appellatus Innocencius tercius, nacione Campanus ex patre Transimundo[12], quamvis etate iuvenis, sed scientia Divina atque humana acutus, in omnium conspectu graciosus [n]⟨vicesima secunda die Februarii⟩[n] succedit. }

*Bohemiae dux in regem coronatur* HPII}153
*per Philippum alterum electum imperatorem*

Eodem insuper anno in die sancti Michaelis Henricus imperator cum annis undecim imperasset, aput Panormum in Sicilia moritur et Neapoli insigniter sepelitur[13]. Hunc plerique Annalium scriptores asserunt in fine vite sue magnum hostem

[b] custoditorum *aut., corr. iam cod. Rozr., edd.* [m-m] *alia m. XV s. in vac.* [n-n] *Dl. m. in marg.*

aut.|455* et adversarium Ecclesie fuisse, et nonnullos episcopos, qui nequicie sue | assentire noluerant (ob quam causam apostolico fuit innodatus gravi anathemate)[14] trucidasse. In substituendo imperatore cum principes variassent, et Coloniensis atque Treverensis archiepiscopi Otthonem comitem Pictavie, filium Henrici quondam ducis Saxonie[15], Maguntinensis vero archiepiscopus cum aliis Philipum ducem Swewie[16] fratrem Henrici sexti imperatoris elegissent, gravissimus bellicus stridor et permiscua atque miserabilis vastacio et cedes in Germania pene universa coorta sunt incendiisque Almania fumabat. Philipus ius eleccionis de se facte roboraturus plures Almanie principes sibi conciliat, Bohemie quoque ducem Przemislaum in sui suffragium vocat; quem ut propensius sibi obligaret, in regem creat, et sub sui in Bamberk presencia vel, ut quidam ferunt, in Maguncia coronari in Bohemie regem per archiepiscopum Maguntinensem procurat[17], cuius fretus auxilio Coloniensem archiepiscopatum et alias Almanie sibi adversas partes crudelissime devastat. [o]⟨Innocencius autem papa odio habens Philippum, quod frater suus Henricus imperator multis contumeliis et iniuriis aput Siciliam pontifices et sacerdotes Domini affecerat, Otthonis partem studiosissime promovebat. Cuius eciam mandato ipse Ottho corona prima apud Aquisgrani fuit insignitus, et Philippus velut iniustus imperii invasor anathematisatus⟩[o].

## *Francisco Wratislaviensi episcopo succedit Iaroslaus*

F]RANCISCUS alias Franko, qui alio nomine Swantko appellatur, Wratislawiensis episcopus, cum annis decem et septem sedisset, moritur[18]. In cuius locum Iaroslaus dux[19], filius Boleslai Alti ducis Wratislawiensis patre ordinante et dirigente succedit [p]⟨a Zdzislawo archiepiscopo Gneznensi confirmatus et consecratus⟩[p]. Hic Iaroslaus de consensu paterno ecclesie Wratislawiensi terram Niszensem perpetua donacione HPI|154 contulit et inscripsit in dotem[20], per } comunes[q] barones reconciliatus patri, quem iuvenili ambicione fervens et propter odium Adilheidis[21] noverce, cum filios ex ea susceptos videret a patre sibi preferri, nonnullis militibus id facinus nutrientibus, de ducatu Wratislaviensi propulerat. Hic etiam Iaroslaus donacione⟨m⟩[r] decimarum novalium per Ziroslaum predecessorem suum monasterio Lubensi in toto territorio Legniczensi factam, velut mense episcopali plurimum nocivam, irritavit[22].

o–o *Dl. m. in vac.* p–p *Dl. m. in marg.* q *corr. e* comm– r m *littera Dl. m. adscr.*

[s]⟨Principalior Ruthenorum dux, Swanthoslaus Kyoviensis princeps moritur et in ecclesia sancti Cyrilli[t], quam pater suus Czirnyeowiensis dux fabricaverat, sepelitur[23]. Post cuius mortem Rurik Rostislawicz dux aput Kyovienses principari cepit, sed cum per Kyovienses temporis processu pulsus esset, ad Polowczos confugit[24]⟩[s].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS CENTESIMUS NONAGESIMUS NONUS

*Romanus dux Haliczienſis brevi omnem sua tyrannide nobilitatem Haliczienſem cum terrore vicinorum perdit*

Haliciensem[1] provinciam Romanus Wladimiriensis dux favore, liberalitate et largicione Lestkonis Albi Polonorum ducis consecutus Halicziensibus cepit primum esse blandus, mox infestus, et ad extremum truculentus nec sua, quam de regendo Haliczieńsi principatu in iusticia et equitate duci Polonorum Lestkoni prestiterat, sponsio fuit constans et diuturna; sed iureiurando et federe prevaricato primos Halicziensium nichil hostile de illo suspicancium ad se evocatos captivat, e quibus quosdam publico trucidat | gladio, alios infodit mergitque zabulo, alios membratim aut.|456*
coram discerpit, alios excoriat, alios exenterat, plures quasi signum ad statuam ligatos missilibus conficit varioque mortis genere interimit. Cum autem occisorum militum affines, consanguinei et filii, et fere universa nobilitas tam feda crudelitate perculsa in vicinas regiones diffugisset, omnem suis eiulatibus et querelis in Lestkonem Polonorum ducem et Polonos, quod sibi tam efferum, nichil preter humanam effigiem humani habentem principem prefecissent, culpam retorquentes, Romanus suis artibus usus exquisitis blandimentis et promissionibus illos revocat et parumper in honore et favore habitos variis tandem excruciatos interficit tormentis, et fere universam Halicziensium nobilitatem tirannide sua enecat et extinguit, solitus eo pro ex⟨cusando suo scelere (quasi solenne quodammodo et celeste oraculum extiterit) HPI I⟨155
uti proverbio: neminem melle apum nisi prius examen oppresserit, secure vesci[a]

---

[s–s] *Dl. m. in vac.* [t] ri *litterae in ras.* [a] *seq. ras. 2 litterarum*

posse. Tantum autem terrorem sua truculencia et tirannide non propriis tantummodo, sed et finitimis ingesserat, tantum sibi fame et potencie brevi quesierat, ut facile omnibus Ruthenorum imperaret provinciis et singulos Russie principes haberet tributarios et subiectos. Que res ne in Polonorum perniciem verteretur, sepe Polonos affligebat [b]⟨iam tacitos sepenumero superimpendentem Romani tirannidem in se quoque ominantes aliquando recisuram⟩[b].

### *Myeczslaus Senex Maioris Poloniae dux Cuiaviam occupat*

M]YE⟨CZ⟩SZ⟨LAUS⟩[c] Senex Maioris Polonie dux, qui post cladem ad Moszgawam acceptam pacificus constiterat, ad res per bellum et controversiam gerendas animum inclinat et Cuÿawiensem provinciam, que de Lestkonis et Cunradi filiorum Kazimiri sorte erat, velut principatibus suis confinantem ex propinquitate et oportunitate occupat et in suam redigit dicionem[2]. Que quidem iniuria a Lestkone duce et suis curatoribus repressa tunc non est, quoniam et civile bellum verebatur consurgere, novas clades iterum pariturum et atrox concertacio discussioque inter Nicolaum Cracowiensem de domo Vulpium et Goworicium Sandomiriensem[3] pallatinos, de domo Rawitarum, ab emulacione et livore orta intervenerat in illumque processerat ardorem, ut post plura sediciosa litigia Goworicius Sandomiriensis pallatinus hostis sui Nicolai pallatini Cracowiensis potenciam perhorrescens in Bohemiam ad fratres et cognatos domus sue, beneficio ducis Bohemie in sedes suas et hereditates eo tamen pacto, ut veteribus insignibus abrogatis in signum patrate fraudis asciam in Boemico vulgari bradaticzam, in Polonico oxam[4] vocatam, pro armis deferrent, restitutos, exulare cogeretur.

### *Zdzislao archiepiscopo Gnesnensi succedit Henricus*

[d]–⟨Zdzislawus Gneznensis archiepiscopus cum annos sedecim sedisset, moritur et in Gneznensi ecclesia sepelitur[5]. In cuius successionem etsi capitulares Thomam
HPI 156 archidiaconum Gneznensem elegissent, Myeczslawo tamen et Wladislao { Otthonis

[b–b] *Dl. m. adscr.* [c] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [d–d] *Dl. m. in vac.*

Maioris Polonie ducibus instantibus frater Henricus dictus Kyetlicz ordinis Minorum[6] in monasterio sancti Iacobi aput Wratislauiam ordinem professus ex patre Theodrico duce Brennensi[7] et Eudoxia[8] ducissa Polonie genitus, licet renitens, per Innocencium papam tercium, aut, ut aliis placet, per Martinum quartum[9] provisus, Meranie principes propinqua cognacione et beatam Hedwigim gradu tercio contingens⟩[-d]. |

N]ONO KALENDAS Maii Bela Hungarorum rex cum annis tribus et viginti regnasset, moritur et in Alba Regali sepelitur[10]; cui filius eius Emericus[11] successit, comuni[e] et conformi prelatorum et baronum consensu in solium paternum evectus, sed parvo regnavit tempore. *aut.*|457*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS

### *Myeczslaus Helenam matrem Lestkonis rogat et hortatur, ut sibi ad vitam de monarchia conscendat et ea consentiente ac in Sandomiriam recedente fit monarcha*

Cuyawiensi[1] ducatu iniuste per Myeszkonem Senem Maioris Polonie ducem occupato Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] ipse ad occupandum Cracowiensem ducatum et Polonorum monarchiam animum conatusque omnes intendit, et quia arma, quibus id primum assequi volebat, minus illi prospere cesserant, astu et dolis, que omnibus armis potenciora existunt, sperat se haud dubie consecuturum. Fulkonem itaque episcopum et Nicolaum germanum eius, pallatinum Cracowiensem ceterosque primi ordinis et dignitatis viros tum per se magna comitate, tum per literas et nuncios varia largicione solicitat, quatenus illum, filiis presertim Kazimiri ducis, Lestkone et Cunrado, nondum epheborum etatem excedentibus, in Polonorum monarcham assumant[2], prosperam et tranquillam vitam sub illius dicione acturi. Verum cum animos virorum huiusmodi blandiciis expugnare non posset, quippe magna caritate pupillis affecti, quicquid per Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[b] Senem ingerebatur, surdis auribus

---

[-d] *cf. p. 174* [e] *corr. e* comm– [a, b] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

excipiebant, ad matrem puerorum ducissam ⟨Helenem⟩[c] Kazimiri relictam se totus
convertit, facile sperans (quemadmodum successit) suis se calliditatibus illam ad
vota sua inclinaturum[d]; reiiciebant etenim in illam barones, quos Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[e]
*HPII* 157 prece aut precio pertemptaverat, sui consensus facultatem. Suggerit } itaque ⟨He-
lene⟩[f] ducisse atque suadet, ut paciatur sibi principatus et monarchie Polonorum
fasces deferri, stabilitura ex hoc regnum filiis et maximas comoditates et profectus
perceptura, se quidem, ad quem velut natu maiorem monarchie devolutus censetur
principatus, dissenciente non posse filios Kazimiri neque pacifice neque legitime in
principatu Cracowiensi, qui solio monarchie reservatus est, consistere, sed pro
illius adempcione iniusta nunquam se et filios suos quieturum; ubi tamen ducissa
⟨Helena⟩[g] de ducatu prefato cedere consenserit, velle se et filios Kazimiri Lestkonem
et Cunradum, nepotes suos primum adoptare in filios, baltheo illos militari cingere,
Cuÿawiensem restituere provinciam et Regnum Polonorum perpetuo illis, ut se
mortuo principatus eorum non possit neque a filiis suis neque a quoquam alio[h]
revocari in dubium, stabilire neque aliter posse illos iuste et tute in regnum succede-
re neque successionem posse esse stabilem et diuturnam, si ab ipso firmata et stabi-
lita non fuerit, cum huiusmodi stabilimenti robur ex eius arbitrio et auctoritate
pendeat, ea vero, que morte Kazimiri fratris sui secuta de filiis suis ad principatum
et monarchiam per Fulkonem episcopum et barones eleccio et substitucio facta est,
*aut.*|458* fragilis et ridiculosa, nullum penitus duramentum, si a se ratificata | non fuerit,
habitura consistat; attendat preterea se senem et decrepitum parvoque tempore
victurum esse, et pro brevissimi temporis spacio non cunctetur de ducatu Craco-
wiensi excedere, fructum multiplicis usure filiis adiectura. Hiis ⟨Helena⟩[i] ducissa
crebro expugnata sermonibus facilitate muliebri omnia, que in dolo a Mÿe⟨cz⟩-
sz⟨lauo⟩[j] disserebantur, in credulitatem admittens, Fulkone episcopo, Nicolao
pallatino Cracowiensibus ceterisque proceribus nequicquam renitentibus adversan-
tibusque de Cracowiensi principatu cum Lestkone et Cunrado filiis excedere sub
pactis per Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[k] Senem propositis, dummodo tamen ea se iureiurando
observaturum astringeret, consentit. Constituitur deinde ad hec consumanda
beati Bartholomei apostoli dies[3]. Pro quo dum in Cracowiam, prout inter ⟨Hele-
nam⟩[l] ducissam et Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[m] convenerat, frequens prelatorum et baronum

---

[c] *Dl. m. in ras.* [d] *cod. Rozr., Ed. Dobr.,* inclinaturam *aut.* [e] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [f, g] *Dl. m. in marg.*
[h] o *littera corr.* [i] *Dl. m. in marg.* [j, k, m] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [l] *Dl. m. in ras.*

multitudo convenisset, Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[n] Senex facta promissa resumit, Lestko-
nem et Cunradum in filios se adoptaturum, Cuÿawiam se illis restituturum, regnum
se absumpto stabiliturum repromittens. Que non solum a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[o] Sene,
sed etiam ab utriusque partis proceribus iureiurando tunc in manibus pontificalibus
sanccita sunt, idque utraque laudante parte additum, ut si aliquis pacta taliter per-
cussa prevaricari, violare, infringere et irritare, aut in earum violacionem et irri-
tacionem consulere et assentire presumpserit, per Gneznensem metropolitanum
et quemlibet } alium provincie Gneznensis pontificem anathematis innodetur oppro- *HP II* } *158*
brio[p], Divina ulcione, per cuius nomen fallaci corde iuraverat, puniendus[4]. Icto
huiusmodi federe ducissa ⟨Helena⟩[q] cum Lestkone et Cunrado, multis baronibus
eam prosequentibus secedit ex Cracowia in Sandomiriam, reliquos principatus sortis
filiorum suorum gubernatura. Mÿesz⟨laus⟩[r] autem Senex monarcha Polonorum
effectus Cracowiensis civitatis, arcis et ducatus accipit possessionem, et post paucos
dies in opido Bithomiensi castrum forte edificat[5], ut Cracowienses milites in fide
contineat, et in rebellionis eventum propinquum habeat presidium, quo tutus
divertat. Tunc etiam Goworicius pallatinus Sandomiriensis ex Bohemia amicorum
literis revocatus revertitur et aput Lestkonem et Cunradum primum sortitus locum,
Nicolai pallatini Cracowiensis, principatibus divisis, hostilitatem, cum uterque sub
diverso principe consisteret, non verebatur[6].

Q]UINTA Maii mensis die terre motus in Polonorum regione vicinisque regnis
et terris sub meridiano tempore exortus et frequenti dierum spacio resumptus
plerasque turres, domos et municiones attrivit. Que res raro in Polonia contingens,
velut prodigiosa et aput plerosque in religionem versa videbatur[7].

Constantinopolis[8] Grecorum civitas, in qua tunc Askarius[9] imperabat, a Venetis
et Francis capitur. Cuius capcio longo tempore non | credebatur pro eo, quod fatatum *aut.*|459*
fuit, eam nonnisi per angelum capi posse; sed hostibus per murum, ubi angelus
pictus erat, intrantibus veritas fati et equivocacio erroris tum primum notata est.
Aschkarius autem Constantinopolitanus imperator capta urbe versus Ponticum mare
Tersonam transiit, et abinde postea Gallaciam alias Halicziensem provinciam, que
est pars Russie hactenus sub Polonorum Regno consistens, pervenit [s]⟨et a Romano
Russie duce benigniter et humane susceptus, tractatus atque habitus aliquanto
tempore illic permansit⟩[s][10].

[n], [o] *cf. adn.*[d] *a. 1140*  [p] fulminacione *m. XVI s. superscr.*  [q] *Dl. m. in ras.*  [r] laus *Dl. m. corr. in ras.*  [s–s] *Dl. m. adscr.*

*Fundatio monasterii sancti Iacobi in Sandomiria*

[t]⟨Adleyda[u] dominicella virgo religiosa et devota, filia Kazimiri olim Cracoviensis et Sandomiriensis ducis, monasterium fratrum Predicatorum sub titulo sancti Iacobi in opido Sandomiriensi fundat et erigit[11]. Que in virginitate Deo serviens, cum anno Domini millesimo ducentesimo undecimo octava Decembris diem obiisset, in eodem monasterio sepulturam accepit⟩[t].

HPII 159 E]MERICUS Hungarie rex cum vix anno regnasset, moritur ⟨pridie⟩[w] ⟨Kalendas⟩[x] mensis Decembris et in ecclesia maiori Agriensi sepelitur[12]. In cuius locum filius eius Ladislaus suffectus est [y]⟨coronatus septimo Kalendas Septembris⟩[y][13].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS PRIMUS

*Myeczslaus dum Helenae pacta servare velle negat,*
*per Nicolaum palatinum Cracoviensem,*
*cum ipse ad Maiorem Poloniam ivisset,*
*monarchia privatur et tota terra Cracoviensis Lestkoni Albo restituitur*

Alterum[1] iam annum Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] Senex in monarchatu et principatu Cracowiensi agebat, nondum tamen ex multiplicibus promissis et pactis Lestkoni duci et genitrici sue [b]⟨Helene ducisse⟩[b] factis aliquod impleverat, sed nec Cuÿawiensem terram superioribus annis iniuste occupatam restituerat, sed vafro usus ingenio interdum publicas occupaciones, interdum corporis valitudinem in sui excusacione opponebat. Tum primum ducissa ⟨Helena⟩[c] Kazimiri relicta se a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[d] Sene[e] circumventam et delusam vanissimis promissis querebatur, tum etiam cepit agnoscere muliebres suas acciones et consilia, quibus in id ludibrii[f] ventum erat, virorum consiliis, que id quam maxime improbabant, longe inferiora et minus tuta fore. Nondum tamen omni spe, quam ex promissis Mÿe⟨cz⟩-

[t–t] *Dl. m. in vac. nitidiore atram.* [u] Fundacio monasterii s. Iacobi in Sandomiria *Dl. m. in marg.* [w] *Dl. m. corr. in ras.* [x] *Dl. m. in marg.* [y–y] *Dl. m. adscr.* [a] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [b–b] *Dl. m. in marg.* [c] *Dl. m. in ras., voce* Katherina *erasa* [d] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [e] *seq. vox expuncta* se [f] rii *litterae Dl. m. in ras.*

sz⟨laui⟩[g] Senis conceperat, deposita in Cracowiam adveniens Mÿesz⟨laum⟩[h] privatim primum, deinde publice convenit, ut pactorum secum et filiis suis initorum memor Cuÿawiensem eis terram restituat, militari cingulo utrumque insigniat et monarchie atque Cracowiensis principatus heredem se moriente scribat. Verum Mÿesz⟨laus⟩[i] Senex, ut erat vir versuciarum plenus, placidis primum ⟨Helenam⟩[j] ducissam Kazimiri, glotem suam, habitam sermonibus satis restare asserit, quo hec perfici possint, de tempore; deinde ubi muliebrem importunitatem videt eo responso non contentam forcius de pactorum violacione queri, respondet pacta ampliorem violacionem sumptura, si filiis propriis et debitam iam non etatem tantummodo, sed et prudenciam habentibus neglectis nepotes immaturos et ephebos anteferat, sed nec potuisse privatis pactis filiis sibi legitime successuris ius publicum successionis tolli aut enervari; abiret proinde et intelligeret ius publicum iure privato non posse convelli nec a se alios creari } aut scribi heredes, quam eos, qui ex lumbis suis proce- *HPII*{160
dentes quamlibet | aliam creacionem minime forent laturi. Eo responso ⟨Helena⟩[k] *aut.*|460*
ducissa Kazimiri et violatum pacta et preces suas repudiatum iri ⟨dinoscens⟩[l], tristis et gemens in Sandomiriam reversa, plures ex Cracowiensibus baronibus, quorum fida quondam consilia neglexerat, per nuncios et literas, ne tam notoriam iniuriam sibi et filiis suis illatam, inultam esse sinant et filios suos in principatum Cracowiensem restituant, obsecrat, promittens de cetero nichil se nisi ex eorum arbitrio in rebus publicis acturam. Promovebat autem peticionem huiusmodi non solum filiorum Kazimiri caritas in pectoribus singulorum ex beneficiis paternis vivens, sed etiam Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[m] Senis odium, qui ut securius in Cracowiensi imperaret principatu, aliquos barones ex veteribus possessionibus, ad se illas asserens pertinere deturbaverat, et nobilibus ex Maiori Polonia quasi magis sibi fidis illas [n]⟨et publicos magistratus atque officia⟩[n] contulerat pluresque credebatur temporis processu firmato solio deturbaturus. In perniciem itaque et exclusionem Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[o] Senis facile exulcerati omnium animi consenciunt, et Mÿe⟨cz⟩sz⟨lauo⟩[p] in terras Maioris Polonie divertente Nicolaus pallatinus Cracoviensis arce Cracowiensi occupata Lestkonem Album et matrem eius ducissam ⟨Helenam⟩[q] in Cracowiensem principatum introducit[2] et omnium illi animos studiaque conciliat, officiales et prefectos Mÿe⟨cz⟩sz⟨laui⟩[r] et quoscunque illi favere noverat iubens post

---

[g] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [h] laum *Dl. m. in ras.* [i] *cf. adn.*[h] [j] *Dl. m. in marg.* [k] *Dl. m. in marg. superiore* [l] *Dl. m. superscr.* [m] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [n–n] *Dl. m. in marg.* [o, p, r] *cf. adn*[m] [q] *Dl. m. in marg.*

illum in Maiorem Poloniam transmigrare. Et licet omnia castra et municiones Cracowiensis principatus Lestkoni parerent, solum tamen Bithomiense castrum pro Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[s] Sene tenebatur, in quod Mÿesz⟨laus⟩[t] dux fortissimum militum presidium transmittens Cracowiensem provinciam spoliis, prediis et rapinis ceterisque incommoditatibus vexare non omittebat.

P]RZEMISLAUS Bohemie rex prima et legitima sua uxore Adla sorore marchionis Misznensis[3] repudiata Constanciam regis Hungarie Bele sororem[4] accepit in uxorem.

*Boleslaus Altus Wratislaviensis dux cum filiis mortuus,*
*Henricum cum barba filium,*
*sanctae Hedvigis maritum, reliquit successorem*

D]ECIMO KALENDAS Februarii Iaroslaus episcopus Wratislawiensis, filius Boleslai Alti ducis Wratislauiensis moritur, cum ecclesiam Wratislaviensem triennio vix exacto gubernasset, et in ecclesia Wratislauiensi sepelitur[5]. Cui Ciprianus episcopus
HPII 161 Lubuczensis, qui abbas sancti Vincencii extra muros | Wratislavienses existens in Lubuczensem episcopum promotus fuerat, canonice postulatus succedit[6], ab Innocencio tercio confirmatus. Et non post plures dies Boleslaus Altus dux Wratislaviensis filium suum episcopum Iaroslaum secutus [u]⟨octavo videlicet Idus Decembris⟩[u] moritur[7] et in monasterio Lubens sepelitur. Hic cum duas uxores habuisset, videlicet Wenczslawam Ruthenam[8] et Adhleidem sororem imperatricis (coniugis videlicet Conradi secundi imperatoris)[9], ex Wenczeslawa quidem Iaroslaum episcopum
aut.|461* Wratislaviensem et Bo⟨le⟩slaum[w] filiamque Algam nomine genuit[10], | ex Adleÿde vero genuit Henricum cum barba vocatum[11], Cunradum, ⟨Iohannem⟩[x][12] et filiam Adÿlheidem, que Dipoldo marchioni Morawie fuit matrimonialiter copulata[13]. Sed omnibus filiis Boleslai Alti immature obeuntibus [y]⟨et in monasterio in Lubens sepultis⟩[y] solus Henricus cum barba superstes existens patri in Wratislawiensi ducatu et in aliis dominiis successit. [z]–⟨Secundo genitus enim suus Boleslaus dum pro milicia consequenda oras et regiones visitaturus se preparasset, quintodecimo Kalendarum Augusti obiit[14]; Cunradus tercio Nonas Iunii, et Iohannes sexto Idus

---

[s] *cf. adn.* [d] *a. 1140*   [t] laus *Dl. m. in ras.*   [u–u] *Dl. m. in marg.*   [w] le *litterae Dl. m. superscr.*   [x] *Dl. m. superscr.*   [y–y] *cf. adn.*[u–u]   [z–z] *Dl. m. in vac.*

Marcii [aa]fatis absumpti[15]. Erat itaque Henricus cum barba non solum ducatuum Polonie a patre relictorum integritate conspicuus, sed eciam splendido et raro coniugio Hedvigis consortis sue[16], filie Bertholdi Meranie ducis[17], famosus et clarus, que admirandis iam tunc fulgens virtutibus, sanctitatis sue decus longe lateque diffundebat[aa]⟩[-z].

L]ADISLAUS Hungarie rex cum exiguo tempore regnasset, Nonas Maii mortuus in Alba Regali sepelitur[18]. Post cuius obitum Andreas filius Bele tercii adeptus est regnum, in die Pentecostes favore omnium coronatus[19]. Huic erat coniunx Gertrudis, filia Bertholdi Mer⟨anie⟩[ab] ducis[20] soror germana sancte Hedwigis, de qua tres filios, videlicet Belam[21], Colomannum[22] et Andream[23], et unam filiam, videlicet beatam Elisabeth[24], produxit.

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS SECUNDUS

*Myeczslaus non praevalens contra fidem baronum*
*quicquam de sua ad monarchiam restitutione,*
*iterum ab Helena omnia impetrat*
*et ut Nicolaus palatinus Cracoviensis in exilium mittatur, obtinet;*
*qui ad eundem fugiens, ipsum ad omnia reducit;*
*et Myeczslaus Helenae promissa non servans Visliciam oppidum capit;*
*tandem brevi moritur*

Cracowiensi[1] principatu Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[a] Senex Maioris Polonie dux gravi ⟅ molestia et dolore se querens baronum Cracowiensium dolo et iniquitate exutum, ad repetendum illum animum et cogitaciones intendit. Armorum autem via, velut que multas secum difficultates modosque et casus fortuitos ferebat, ommissa, ad ingeniorum viam, plus comodi minus impense habituram, se totum convertit. Et baronum quidem Cracowiensium pertemptatis exploratisque animis dum spei *HPII⟅162*

---

[z-] *cf. p. 180* [aa-aa] *crassiore atram.* [ab] anie *litterae Dl. m. corr. in ras.* [a] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

sue omnibus principatum suum execrantibus non responderet effectus, ad nota et
trita redit ingenia, et ducissam ⟨Helenam⟩[b] Lestkonis et Cunradi matrem, Kazimiri
fratris relictam, blandioribus quam ante convenit sermonibus. Et primum quidem
suspicionis facinus ex transgressione prioris federis, quantum valet, extenuat, deinde
muliebrem animum amplissimis promissionibus onerat. „Non ex me — inquit —
glos carissima, federis inter nos icti condiciones putes neglectas aut violatas esse, ad
quarum observanciam continuo ferebar et nunc feror ardore, sed Cracowiensium
procerum, quod servate et implete non fuerint, scias iniquitate effectum, qui non
sinebant me ad illorum procedere execucionem. Nec alia extat mee exclusionis
a principatu Cracowiensi causa, nisi quod me senserant, eorum consiliis neglectis
ad observandum condiciones in federe expressas processurum. Fides itaque mea
et iurisiurandi religio in tuum et filiorum tuorum profectum perventura, me Craco-
wiensi exuit principatu. Quam quidem iniuriam, etsi ego paciencius quam michi
*aut.*|462* conveniret | tulerim, te tamen pro filiorum tuorum comodis, que interceptum et
neglectum iri vides, non arbitror equo animo laturam. Ut autem de mea in te et
filios tuos, nepotes meos, cercior qualificacione existas, Cuÿawiensem provinciam
etiam nunc iam resigno, de eaque cedo literasque quantumcunque efficaces volueris,
in filiorum tuorum favorem, principatum eis Cracowiensem me obeunte resignans
et eos heredes instituens scribo tibique trado"[2]. Hiis ⟨Helena⟩[c] ducissa liquefacta
promissionibus Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[d] Seni se de Cracowiensi ducatu cessuram, si pro-
missas condiciones primum impleverit, obligat. Verum Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[e] dux
veritus, ne nova vis novaque consilia Cracowiensium procerum, et presertim Nicolai
pallatini Cracowiensis, cuius nutu singula dirigebantur, conclusionem huiusmodi
inficiat et irritet, ⟨Helenam⟩[f] ducissam rogat, ut si velit singula pacta rata esse,
Nicolaum pallatinum Cracowiensem et in exilium agi, et de archanis suorum consiliis
consenciat eiici, ne de principibus et dominis suis ludibria exerceat, ne pro libito
suo uno deiecto alterum pro principe instituat; eo enim in magistratu, quem gerit,
remanente neque federum implecionem neque concordiam et quietem inter se et
*HPII*⸾163 nepotes proventuram; eo ⸾ vero exulante omnia, que aut pacta aut concordiam in-
ficere possent, cessatura. Hec autem Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[g] Senex ideo estuabat perficere,
ut Nicolao pallatino, quem sciebat Lestkonis et Cunradi nepotum suorum fidelis-

---

[b] *Dl. m. in ras.* [c] *Dl. m. in marg.* [d] Myeczszlaui *aut.*, cz *litterae Dl. m. superscr.*, laui *Dl. m. in ras.* [e, g] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [f] *Dl. m. in marg.*

simum et constantem amicum et cultorem esse, sublato facilius in [filios][h] suos Wladislaum et Otthonem derivaretur successio. Ducissa autem ⟨Helena⟩[i] Kazimiri relicta iam dudum Nicolao pallatino Cracowiensi pro variis rebus et suspicionibus, quibus invidorum livor eum utpote virum industrium et iusto ac legitimo tenore singulas rei publice partes fideliter administrantem, offensa, in exclusionem suam exiliacionemque facilem prestitit consensum. Quo periculo Nicolaus pallatinus intellecto ad ducissam Kazimiri relictam et filios suos Lestkonem et Cunradum supplex venit orans, ut fidelium suorum obsequiorum tam prestitorum quam prestandorum memores exiliatum se iri non paciantur, in eius presertim hostis favorem, quem nonnisi propter fidem in eos patremque eorum habitam sibi graviter nosset iratum; ne quoque hosti comuni suum devoverent caput, quod ipse in certamine ad Moszgawam cum eodem habito hoste extremo periculo pro eis obiecisset. Verum cum nichil pacificum a ducissa et filiis responderetur (quippe tam gravi indignacionis nubilo ducissa in pallatinum Nicolaum efferbuerat, ut supplicaciones suas surdis auribus audiret), pallatinus ipse implacabilem attendens ducisse iram, rebus suis prospecturus, ad Mÿe⟨cz⟩sz⟨laum⟩[j] ipsum Senem Poznaniam personaliter contendit, facilius sperans se aput publicum et iratum hostem quam aput infensam ducissam, veniam obtenturum. Magna gratitudine ac benivolencia a Mÿe⟨cz⟩sz⟨lao⟩[k] duce *aut.*|463**||
exceptus est maximoque favore et honore habitus; non dubitabat enim ⟨dux⟩[l] XVIII|XIX
Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩[m] principalis et precipui baronis accessione solium suum in principatu Cracowiensi pro se et pro filiis firmaturum. Gaudebat insuper eum se rerumque suarum habere adiutorem, quem antea infestum expertus erat hostem, et cuius sola auctoritate de principatu Cracowiensi vice iam tercia exciderat. Omnium itaque | offensarum superiorum sibi culpas liberaliter donat et ignoscit, et amplissimis promissionibus oneratum in sui fidem et amiciciam conciliat, intelligens se ad condiciones in federe cum Helena ducissa inito pallatini assistencia habita cogi non posse. Nec eum fefellit opinio. Eius quidem ductu et consiliis Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[n] dux Senex in Cracouiam receptus est, et tam arx quam urbs Cracouiensis cetereque civitates et municiones in ducatu Cracouiensi mandante et dirigente pallatino Nicolao in dicionem Mye⟨cz⟩sz⟨laui⟩[o] consignantur tociusque ducatus Cracoviensis Myesz⟨lao⟩[p] nulla illarum condicione, quam } Helene ducisse promiserat, impleta *HPII*|164

---

[h] *Ed. Crac., desideratur in aut.* [i] *Dl. m. in marg.* [j, k] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [l] *Dl. m. superscr.*
[m, n, o] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [p] lao *litterae Dl. m. in ras.*

possessio plenaria assignatur et in ducisse Helene odium singuli Cracouienses proceres Mye⟨cz⟩sz⟨lao⟩[q] plenam et fidelem faciunt adhesionem. Ex qua re Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[r] Senex iureiurando cum ducissa et filiis suis se solutum tenens, cum non ex sua resignacione, quemadmodum conventum fuerat, sed ex Nicolai pallatini Cracouiensis se asserit adeptum fuisse principatum, nichil de hiis que promiserat, se censet impleturum. Et in hunc modum ducisse et nepotibus de implendo federe in condicionibus eius eum requirentibus respondet mulcentibusque responsionem suam Cracouiensium proceribus, nedum Cuyaviensem terram iniuste occupatam non restituit, sed insuper Wisliciense opidum cum tribus castris ad terram Sandomiriensem pertinentibus, que de dicione Lesthkonis et Cunradi erant, occupat[3]. Pro quorum restitucione interpellatus respondet illa iuris sui esse et iuste occupasse et non ad Sandomiriensem, sed ad Cracouiensem provinciam spectare debere. Sed neque tulisset ceteras Sandomiriensis terre urbes et municiones sub dicione nepotum esse, sed illum magno animo de reintegracione universe monarchie cogitacionibus distentum, mors insperata absumpsit[s]. Prius enim quam cogitata perficere cepisset, a morte preventus in ecclesia collegiata sancti Pauli in Calisch, cuius ipse fundator erat primarius, in sepulcro filii sui Mye⟨cz⟩sz⟨laui⟩[t] sepelitur[4]. Opido autem Kalischiensi de veteri loco, in quo tunc consistebat, in novum locum, in quo nunc situm est, translato, eciam ecclesia collegiata sancti Pauli in ecclesiam Sancte Marie collegiatam translata et transmutata est, et fabrica ecclesie sancti Pauli labefactata et defluente ducale sepulcrum sub divo relictum monstratur pocius ab accolis quam scitur[5]. Reliquit autem Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[u] Senex duos filios, Wladislaum natu maiorem et Otthonem; alii enim antequam ad debitam etatem pervenirent, diem obierant[6]. Et Ottho quidem paucis annis post supervivens moritur, filium unum Wladislaum impuberem, qui Plwacz[7] vocatus est, derelinquens, propter quod Wladislaus frater suus, qui Magnus et Lyaskonogy vocatus, nepotis tutelam agens universum principatum gubernabat.

Expulsionem suam Rurik Roscislawicz[8] a Kyowiensi ducatu acerbe ferens Polowczonum, ad quos confugerat, nactus in notabili numero suffragia, habens eciam in suo comitatu filios Olh, venit contra Kyow et nemine adversus illum stare aut castrum Kyowiense defendere auso castrum Kyoviense secunda Ianuarii capit. Barbarorum autem Polowczonum multitudo et feritas civitatem multipharia clade,

---

[q, r] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [s] Myeczslaus senex ex hac luce est sublatus *m. XV s. exeuntis in marg.*
[t, u] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

crudelitate et spolio affligens, in omnes { eciam ecclesias, monasteria et edes Deo dicatas ministrosque eius desevit, spoliando metropolitanam ecclesiam sancte Zophie et omnes alias. Universis autem senibus et infirmis partim trucidatis, partim cecatis, sacerdotes, monachos, monachas et omnes Kyowienses boyaros et cives et plebem comunem cum uxoribus, parvulis et lactantibus in captivitatem et regionem suam deduxit. Captivati et sub eodem tempore fuerunt Mstislaus Wlodimirzowicz[9], item Roscislaus[10] dux et milicia eius per Polowczos. Quibus malis patratis Rurik in sede Kyowiensi, vasta tamen et pene deserta, consedit. | *HPII{165*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TERCIUS *aut.|164***

*Conventione habita de monarcha eligendo omnes in Lestkonem consentiunt, modo prius relegetur Goworicius palatinus Sandomiriensis; quod cum facere Lestko negligit, ipse palatinus se paratum offert ad exilium; cuius virtutem complexus Lestko cum ea conditione renuit principatum*

Ad substituendum[1] in Cracoviensem principatum ex Mye⟨cz⟩sz⟨laui⟩[a] Senis vacantem alium principem Fulko episcopus et Nicolaus pallatinus Cracouienses generalem conventum comiciorum gracia aput Cracouiam instituunt. Quo cum militarium frequens numerus convenisset, singuli ad Lesthkonem Album, tum ob paterna merita, tum ne principatus Cracouiensis sequestracionem a Sandomiriensi acciperet, tum ob indolem principis ceperunt habere respectum; nec inter principes Polonie alius eque utilis videbatur. Adversabatur huic voto Nicolaus pallatinus Cracouiensis et indignum censebat parere principi, cuius singule acciones ex levitate feminea (notabat autem Helenam ducissam Kazimiri relictam et matrem Lesthkonis) dependerent, cuius bile indignabatur se superiori anno fuisse proscriptum. Parva tamen hec causa et meliori ordine rescindenda putabatur, alia multo acerbior extabat. Nicolaus enim pallatinus Cracouiensis et Goworicius pallatinus Sando-

[a] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

miriensis in tam testatas et vulgatas inimicicias devenerant, ut unus alterius nedum fortunis, sed et capiti insidiaretur. Superiori quoque tempore Goworicius Sandomiriensis pallatinus potenciam Nicolai pallatini Cracouiensis non ferens in Bohemiam exulatum abierat; de qua a Lesthkone Albo, postquam Mye⟨cz⟩sz⟨lawus⟩[b] monarchiam et principatum Cracouiensem occupasset, revocatus, in primo honoris gradu aput Lesthkonem et Sandomirienses proceres habebatur. In huius itaque odium Nicolaus pallatinus Cracouiensis, Lesthkonis magnopere abnuebat principatum, difficileque erat illo dissenciente in favorem Lesthkonis aliquod condere
*HPII 166* de|cretum, cum et sui et Fulkonis episcopi respectu ceteri Cracouiensium proceres ex eorum sentencia penderent. Longo itaque tractatu habito etsi omnium vota pro Lesthkone Albo inclinarent, non aliter tam pro principe suscipere placuit, nisi ut Goworicium pallatinum Sandomiriensem a se prorsus releget et abdicet, cum ex duorum mutua et infesta collisione neque rem publicam legitime posse dirigi, neque consilia tute tractari, neque fidei et subieccioni locum esse. In hunc morem dum Lesthko Albus Cracoviensium legatos accepisset, diu cum suis quid ageret, perplexus mansit. Et optabile quidem erat Cracouiensem principatum ultro delatum suscipere et execrandis scismatibus et bellis propterea orituris seminarium auferre. Neminem tamen satis placebat virum innocentem absque demerito exiliacionis pena, quam de illo Nicolaus pallatinus Cracouiensis petebat, mulctari et in assecucionem Cracouiensis principatus bene meritum consiliarium proscribi. Dum autem in huiuscemodi ambiguitate Lesthko Albus et sui consiliarii versarentur nec, quale responsum Cracouiensium legatis ederent, invenirent, Goworicius pallatinus Sandomiriensis difficultatis prefate nodum soluturus, ita disseruit: „Indignum — inquit — clarissime princeps, reor, ut propter me unum cras forsitan aut hodie a vita excessurum, publica deseratur utilitas et ob mee salutis unius respectum salus infinitorum negligatur, tu quoque a Cracowiensis principatus, cuius tibi Divina et humana debetur iusta successio, excidas porcione, cum in omnibus humanis accionibus publica optimum sit privatis anteferri. De me[c] quidem exiguam et nullam, dummodo ut Cracouiensem principatum assequaris, habendam fore racionem et omnem moram exorte propter me difficultatis censeo rescindi. Nunquam enim in iusta acie horrendum est fideli servo et militi pro principe et domino suo honestam mortem oppetere; quanto magis et michi gloriosum erit pro tui prin-

---

[b] cz *litterae Dl. m. superscr.*, lawus *Dl. m. in marg. adscr.* [c] *eadem m. superscr.*

cipatus diffundenda amplitudine ad iniustum exilium ire, felicem me et genus meum ratus, si quid indignum pro te et pro re publica, cui soli vitam debeo, pertulero". Plus virtuose loquendo profecit quam si arroganter se gessisset. Tam modesta enim et humili sermonis suppellectili omnes movit, ut pocius de sua salute | servanda, quam de assequendo Cracouiensi principatu cogitarent. Lesthko quoque *aut.*|465** Albus dux legatis Cracouiensium in consilium introductis ita respondit: „Etsi vestram ceterorumque Cracouiensium procerum erga me fidem gratam comendatamque habeam, qua me in Cracouiensem principatum elegistis, in quem[d] et ipsum quoque iure naturali et Divino michi competebat successurum, non[e] sum tamen terrenorum principatuum adeo avidus, ut pro illis consequendis tyrannum me pocius quam legitimum ducem geram, et } Goworicium pallatinum Sandomiriensem, militem *HPII}167* probate erga me fidei, pro sola Nicolai pallatini Cracouiensis voluntate et beneplacito a me relegem, et virum innoxium contra fas iusque exulare compellam et carnificina erga illum pocius quam ducali usus auctoritate, improbo comercio caliginem michi et nomini meo obfundenti Cracouiensem nanciscar principatum. Aliis itaque Cracouiensium proceres eam, quam attulistis, legem dicant; me enim ita institutum[f] norint, ut malim prius honeste mori quam innoxios iuxta atque scelestos plus iusto punire". Murmure deinde, postquam dux Lesthko finem dicendi fecisset, a consiliariis Lesthkonis suborto vexabatur nonnullorum probris pallatinus Cracouiensis Nicolaus, quod et superbius se quam condicioni sue conveniret, gereret et splenderet aliena invidia et incomodo laboraret immoderataque eum cupisse ac petisse parum honesta astruebant solusque contenderet repudiatum iri, que ceteri probabant, et contra omnium decreta suam valere sentenciam.

### *Celebrato iterum de electione conventu*
### *Wladislaus filius Myeczslai Senis de consensu Lestkonis Albi in monarcham Poloniae eligitur seque optimum in primordio dominii gessit principem*

Cracouiensium[2] proceres de voluntate Lesthkonis Albi per legatos suos certificati, quid facto opus sit, altero aput Cracouiam conventu indicto consultant. Et quamvis omnes condicionem improbam de exiliando Goworicio pallatino Sandomiriensi

---

[d] *seq. ras. aliquot litterarum* [e] *seq. ras. 1 litterae* [f] institutam *aut.*

tolli et Lesthkonem in principem assumi frequentibus sentenciis decernerent, Nicolao tamen pallatino Cracouiensi in adversum cum Fulkone episcopo, germano suo et ceteris sue cognacionis fratribus nitente universus senatus, qui in bubali morem ab eo quocunque vellet trahebatur, sentencie sue assensus Wladislaum ducem Poznaniensem, filium Mye⟨cz⟩sz⟨laui⟩[g] Senis nuper defuncti eligit in ducem. Novi quoque ad illum transmittuntur nuncii exhortaturi illum, ut Cracouiam quam celerrime adveniat geminato iure — et successionis videlicet hereditario et paterno et eleccionis conformis nuper de eo a militaribus facte — Cracouiensem principatum possessurus. Wladislaus autem Mye⟨cz⟩sz⟨la⟩wicz[h] Poznaniensis dux sciens Cracouienses proceres priorem eleccionem de Albo Lesthkone Sandomiriensi duce fecisse, peticioni Cracouiensium legatorum consentire cunctabatur, bellorum discidia, que quondam inter patrem suum Mye⟨cz⟩sz⟨laum⟩[i] Senem et patruum Kazimirum viguerant, execratus. Verum legatis id refellentibus et refutasse Lesthkonem Album ⦚
*HPII*⦚*168* eleccionem de se factam astruentibus, Wladislaus Mye⟨cz⟩sz⟨la⟩uicz[j] expressam voluntatem Lesthkonis Albi, ne se et patriam civili bello involveret, sciturus nuncios transmittit, per quos et legacionem Cracouiensium baronum ad se factam insinuat, et an factum eleccionis de eo ad Cracoviensem principatum prosequi ne an refutare velit, diligencius explorat, offerens se pro debito fraterno, quamvis et se iuxta illum tam eleccionis quam paterne hereditatis contingat in prefato Cracouiensi principatu successio, iuri et voluntati sue non adversaturum. Hiis Lesthko Albus consilio habito contra omnium consiliariorum vota respondet eleccionem ad Cracoviensem ducatum de se factam dudum propter condicionem de exiliando Goworicio pallatino Sandomiriensi appositam refutasse; nunc quoque nisi eadem purgetur condicio eiusdem voluntatis atque tenoris esse nec posse adduci, ut cum pallatini sui dedecore et iniuria sui fasces augeat principatus; ageret proinde quod pro se et re publica profuturum estimaret, neque se neque fratrem suum Cunradum eius ad Cracoviensem principatum ascensum impediturum. Hec responsio a Lesthkone Albo iuvenili pocius ardore quam maturo consilio facta, pluribus ecclesiasticis et seculari⟨bus⟩[k] illam
*aut.* | 166** magnopere execrantibus, gemitus | et lacrimas excussit dolentibus et vociferantibus prosapiam Kazimiri ducis optimi a iusta monarchie successione excludi. Wladislaus itaque Mye⟨cz⟩sz⟨la⟩wycz[l] de voluntate Lesthkonis Albi Sandomiriensis ducis cer-

---

[g] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [h] cz *litterae Dl. m. superscr.,* la *Dl. m. in ras.* [i] *cf. adn.*[g] [j] *cf. adn.*[h] [k] bus *litterae Dl. m. in ras.* [l] *cf. adn.*[h]

cior factus, eciam ducis Oppoliensis et Rathiboriensis et Henrici Wratislauiensis sibi animos conciliat, quorum etsi non magnopere sciebat sibi prodesse favorem, volebat tamen, ut vir prudens et industrius, tollere invidiam. Quibus omnibus perfectis Wladislaus Mye⟨cz⟩sz⟨la⟩wicz[m] in Cracouiam ascendit, et ab universis proceribus exceptus omnium concordi favore et consensu monarcha factus Cracouiensem accepit principatum. In quo se mira benignitate omnibus graciosum gessit, prebens quibuscunque ad se faciles aditus, causas iusto decidens examine, iniurias ab infirmioribus propulsans, et singulorum iustis et honestis peticionibus condescendens. Universa, que habere poterat, in milites munifica liberalitate effundebat, formam et fortitudinem nactus a natura egregiam; forme tamen ipsi crurum obstabat alta tenuitas, ob quam et ipse Lyaszkonogy appellacionem fuerat sortitus. }

*Fundatio monasterii Trzebniczensis* *HPII}169*
*per Henricum ducem Wratislaviensem et Hedvigim ducissam*

HENRICUS[3] DUX Wratislauiensis et Slesie frequentibus sue consortis ducisse Hedwigis femine devotissime et religiose precibus, consiliis, persuasionibus permotus in ducatu suo et loco, qui nunc appellatur Trebnicz[4], tribus milibus a Wratislauiensi civitate distante fundat monasterium sanctimonialium ordinis Cisterciensis sub honore et titulo sancti Bartholomei apostoli[n]. Pro dote autem monasterii opidum Trzebniczense, item villas Lipniczam[5], Comescham[6], Breytnow[7], Kotthowicze[8], Tvczmandorff[9] et[o] [p]Hartlipdorff[10], Sudilno[11], Iaworek[12], Strankawa[13] et Rozotmicze[p][14] et plures alias villas, census et introitus, qui pro mille personis sufficerent, donacione perpetua contulit et donavit, ducissa beata Hedwigi abdicante se iuri dotalicii, quod in bonis monasterio largitis habebat inscriptum[15]. A fundamentis autem tam ecclesiam beati Bartholomei quam monasterium et eius officinas inicians, muro pulcerrimo et sumptuoso infra annos quindecim consumavit et anno millesimo ducentesimo decimo nono ecclesie ipsius perfecit dedicacionem[16]. Compertum autem est facto calculo sumptus ecclesie et monasterii ad triginta milia mar-

[m] *cf. adn.*[d] *a 1140* [n] Fundacio monasterii Trzebniczensis per Henricum ducem et Hedwigim ducissam *Dl. m. in marg.* [o] *seq. ras. plurium litterarum del.* [p–p] *nitidiore atram. partim in ras., partim in lac.*

carum Polonicalium ascendisse. Sub omnibus autem quindecim annis, quibus opus predicum perficiebatur, ducissa beata Hedwigis nullum maleficum, quantocunque scelere inquinatum sive per Henricum ducem sive eius officiales et iudices ad capitis dampnatum sentenciam, permisit notari, sed quemlibet monasterii applicabat Trebniczensis laboribus, ut secundum culpe demeritum duriori vel faciliori labore, diuturno vel breviori tempore patratum facinus expiaret. Ex monasterio autem Bambergensi moniales ad suscipiendum locum illum novum acci⟨te⟩[q] primum prefatum monasterium incolere ceperunt[17] primaque loci ipsius abbatissa fuit virgo Petrussa Almana[18], secunda Gertrudis Henrici ducis et beate Hedwigis filia[19] et tam in primiciis quam expost[r] centum moniales in monasterio ipso pro uno tempore dote monasterii abundante immorari et degere consueverant. Idcirco autem locus prefatus pro fundando monasterio predicto acceptus est, licet se alii maiori comoditate subnixi offerrent, quod Henricus dux venacionibus operam dans in eum ipsum locum, tunc quidem paludinosum, cum equo incidens non se aliter periculum imminens evitaturum existimaret, cum lapso et limosa congerie involuto et amplius,
*HPII* {170 nisi invocasset auxilium { ex alto, involvendo familiaribus comitibusque per alia loca saltusque discurrentibus ferret opem nemo, nisi se voto astrinxisset monasterium sanctimonialium illic quamprimum fundaturum. Verum, ut est condicio hominum in periculorum articulo multa arduaque polliceri et promissorum facile voto consecuto oblivisci, Henricus dux ab imminenti voraginis exicio, cum qua diucius luctatus fuerat, sola ope Divina liberatus, quod solenniter voverat, cepit negligere, voti sui cunctatorem se aliquanto tempore exhibens magis quam imple-
*aut.*|467** torem. Femina autem beata consors sua | Hedwigis et votum huiuscemodi virum suum ducem Henricum sub prefata necessitate, emisisse et in eam diem neglexisse per Spiritum intelligens, non prius illum salubribus tum precibus tum monitis ad reddendum votum, quod emiserat et cuius emissionem, quod absque arbitris facta erat, tam ducissam suam Hedwigim quam quoslibet alios celatum iri crediderat, conducere destitit, donec sponsionem suam pleno operi mandavit. Cuius quidem monasterii tam edificacione quam dotacione perfecta cum dux illustris a Petrussa abbatissa et sanctimonialibus quereret, si qua re adhuc ipse vel monasterium ipsarum[s] indigerent, offerens se cuilibet indigencie ducali munificencia provisurum et responso accepto dotalia sibi et monasterio ab eo prestita munera plena atque

---

[q] te *litterae Dl. m. in ras.* [r] ex *litterae eadem m. superscr.* [s] *codd. XVI s., edd.,* ipsorum *aut.*

sufficiencia fore neque monasterium ampliori provisione indigere, a responsionis eventu loco nomen indidit et ipsum Trzebanyczsz[20], quod in vulgari Polonico sonat 'nullius egens' appellavit[21].

*Ogerio episcopo Wladislaviensi succedit Bartha*

[t]⟨Lustro uno in pontificatu Wladislaviensi Ogerius exacto moritur et in Wladislaviensi ecclesia sepelitur[22]. Cui Bartha Italus, auditor pallacii, ab Innocencio papa tercio provisus succedit⟩[t][23].

ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS QUARTUS

*Romanus Halicziensis dux Lestkoni Albo tributa negat*
*et hostem se declarat ac terras eius invadit;*
*quem aliquoties Lestko excursiones facientem profligat*

Levis[1] et parva Lesthkoni Albo Cracouiensis principatus (in quam omni¦bus primoribus consiliariis adversantibus prorupit, temere magis quam consulte) renunciacio et cessio primum videbatur, que processu temporis non solum illius famam et amplitudinem diminuit, sed eciam hostium et invidorum cervices contra illum suscitavit et erexit. Romanus namque Wladimiriensis dux, qui ex concessione et munificencia Lesthkonis eciam Halicziensem adeptus erat principatum, cognoscens illum a monarchia et principatu Cracouiensi excidisse et tantummodo ad Sandomiriensem, Lublinensem, Mazowiensem et Cuyawiensem[2] ducatus redactum esse, contemptui illum, tum propter diminutam potenciam, tum propter lasciviam[a] et nondum ad virilem etatem pertingentem et cuiuslibet iniurie opportunam, habere cepit. In rebellionem quoque versus pensa hactenus denegat tributa et se non vasallum neque subiectum, sed hostem infestum Lesthkoni et suis ducatibus de- *HPII¦171*

---

[t–t] *Dl. m. in marg. inferiore p. 464* [a] *i littera posterior eadem m. superscr.*

clarat; nam et negociantes in terris suis Polonos singulis fortunis despoliat et comercia illis cum subditis suis de cetero interdicit. Ad hec et terras Lublinensem et Sandomiriensem suis finitimas, primum clandestinis, mox eciam publicis excursionibus invadit et vexat, in pleris quoque locis presidia locat et milites in frequenti numero illis imponit, terras Lesthkonis infestaturus. Tulit aliquanto tempore Lesthko dux atroces huiusmodi iniurias et missis ad Romanum nunciis redire ad bonam mentem monebat, existimans se illius temeritatem benivolencia magis quam hostilitate reciproca sanaturum. Verum dum Romanus ex verbis et legacionibus ⟨Lestko⟩ni⟨s⟩[b] inflatus magis quam correctus nichil pacificum responderet, repressalibus Lesthko uti cepit et vicissitudinariis ordinatis presidiis Ruthenos temere progressos et ad spolia effusos aliquot certaminibus secundis stravit eorumque insolenciam brevi compescuit.

Morauorum princeps Dypoldus[3] Przimislao Bohemorum regi et Bohemis infestus Bohemiam hostiliter ingreditur et pluribus spoliis, incendiis et dampnis in ea comissis adeo in illam propter Premislai regis absenciam, qui tunc in expedicione Almanica constitutus Philippum contra Otthonem pro imperio dissidentem adiuvabat, grassatus est, ut eciam Pragam gravi et diuturna obsidione stringeret; quam Przemislaus rex ex Almania reversus dissolvit Deypoldo cum suis detractante certamen. {

*HPII/172* ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS QUINTUS

*Romanus dux Wladimiriensis cum validissimo totius Russiae exercitu usque ad Zawichost pervenit, ubi per duces Lestkonem et Cunradum funditus profligatur et interficitur cum magno Polonorum triumpho*

Excursionibus[1] privatis et levibus Romanus Msczyslawicz Wladimiriensis et Halicziensis dux, Kazimiri olim Cracouiensis et Sandomiriensis ducis germanus nepos ex sorore, quibus actenus Polonorum oras vexaverat, non contentus, in id

---

[b] Lestko *Dl. m. in ras.*, s *littera extrema Dl. m. adscr.*

temeritatis grassatus est, ut Lesthkoni et Cunrado principibus et dominis suis, quibus fidem et subieccionem iureiurando se servaturum obligaverat, generale bellum | inferre et principatus eorum non horreret invadere. Animum siquidem Romani *aut.*|468** magnum suapte et ferocem, opes imense tyrannide quesite, Russia fere universa subacta, equestres et terrestres copie ex ipsa Russia coacte, Polonorum imperium lacerum et distractum et in plures scissum principatus, procerum regni scismata et discordie, ducum quoque ipsorum Lesthkonis et Cunradi semiplena etas ad inferendum bellum magnopere accendebant[2]. Accessit et durior responsio legacioni sue per Lesthkonem et Cunradum facta. Dum enim peteret et moneret pro dampnis et impensis circa dimicacionem in Suchdol[3] contra Mye⟨cz⟩sz⟨laum⟩[a] Senem factam sibi satisfaccionem impendi [b]⟨et omnem oram terre Lublinensis in perpetuam possessionem sibi tradi, resignari et inscribi⟩[b] [4], responsum est nichil illum velut profugum et desertorem meruisse. Quo responso factus iracior, Poloniam magnis copiis invasit. Prius tamen quam exercitibus et copiis in unum congestis Russie finibus excederet, mittit Romanus Mszczyslawicz dux ad sui scismatici rittus Wladimiriensem episcopum nuncios speciales cum donis, rogans, ut sibi in Polonicam expedicionem processuro et triennio Polonos vastaturo, quo felicius bellum tractet et de hostibus trophea referat, pontificali auctoritate benedicat. At Wladimiriensis episcopus missa munera dedignatus, nunciis eciam benediccionem instancius flagitantibus respondet non se Romano duci impia bella aggredienti et Polonis non tam iniustum quam execrabile bellum inferenti, cum sepenumero Poloni pro Ruthenis contra barbaras naciones pugnantes capita sua morti et periculis obiicere consuerint, benedicturum. Super qua responsione dux Romanus nimio exagitatus furore episcopo Wladimiriensi remandat se eam contumeliam capitis truncacione pontificalis, } cum ex Polonico bello redierit, ulturum. Sed eius minas episcopus Wladimiriensis *HPII{173* negligens reintimat frustra se terroribus exagitari, quoniam et mors sibi pro veritate nunquam pavida fuerit, et Romanus, an ex nephario bello rediturus sit, ignoret. Magnitudo fidei eciam in katolico episcopo admiranda[5]. Maximis itaque et frequentibus copiis ex equestri et pedestri milite coadunatis primo estatis tempore Romanus Ruthenorum dux in terras Polonorum descendens Lublinensem regionem sibi finitimam primum invasit castrumque Lublinense, quod per presidium Polonorum militum tenebatur, obsidione cinxit et pro eius conquisicione plures conatus et

[a] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [b–b] *Dl. m. in marg.*

studia, Polonis arcem probe defendentibus, integro mense intendere non destitit [c]⟨matronas, uxores et filias militum captivas in quadam indagine, ut pecora, precepit detineri et a suis Ruthenis permisit impudice tractari⟩[c]. Interim autem Lesthkonis et Cunradi ducum iussione ex Sandomiriensi, Mazoviensi et Cuyawiensi provinciis grandis confluxerat versus Sandomiriam exercitus, non solum ex militaribus sed eciam ex aggrestibus collectus, quem eciam aliqui voluntarii milites ex Cracouiensi ducatu coauxerant. Romanus ab exploratoribus cercior factus Lestkonem et Cunradum exercitibus collectis in armis esse obsidione Lublinensi soluta, quam sibi minus prospere videbat provenisse, in ulteriores Polonorum regiones, singula rapinis et flammis consumendo procedit [d]⟨minaturque se non solum Polonie Regnum vastaturum, sed et Paginam Divinam Latinorum exterminaturum. Mittitur itaque Fulco Cracoviensis episcopus cum Vito Ploczensi episcopo cum aliquibus baronibus ad furiam eius mitigandam et pacem tractandam, offerendo satisfaccionis equitatem, si Poloni in aliquo federa societatis temerassent. At ille dolos in pectore versans, pacem policitans et nuncios circumventos remittens in ulteriora grassari cepit. Quosdam quoque clericos captivos ictibus sagittarum iussit obrui, ut eliceret ab eis fidelem relacionem, ubinam Lestko cum exercitu latitaret⟩[d]. Ad fluvium quoque Vislam perveniens partim illum navibus et lembis, partim vadis in aliquot locis repertis, siccitate estatis aquis illius diminutis, superat et ad opidum Zawichost stativa ponit[6]. Illic eum consistentem frequentes sui exploratores de Polonorum adventu avisant. Quorum cum irrideret relaciones, milites, quos pro excubiis tenendis transmiserat, exploratorum sentenciam confirmant, sed cum hiis quoque Romanus discrederet et Polonos nequaquam secum pugnaturos asseveraret, decima nona Iunii mensis, sanctorum Gerwasii et Prothasii martirio dicata die[7] sole oriente Lesthko et Cunradus duces cum Polonorum exercitibus [e]⟨quorum Cristinus palatinus Mazovie erat
HPII|174 ductor⟩[e][8] adveniunt et ordinatas acies decernere parati ostendunt. Ro|manus ex fastuoso trepidus factus, vix primas acies urgentibus et infestantibus illum Polonorum sagittariis explicare in arto spacio permissus, copias et ipse suas tumultuario magis quam legitimo more educit et signis collatis dimicat. Ingenti clamore ab utroque exercitu sublato infestis lanceis concursum est et equo primum Marte prelium gerebatur. Polonos indignacio quedam iusta, quod vasallus eorum nulla offensa[f] lesus ipsis bellum ultro inferret, Ruthenos libertatis memoria et dux ipse adhortans

---

c–c, d–d, e–e *Dl. m. in marg.* f *seq. ras. 1 litterae*

unumquemque ad sustinendum certamen accendebat. Polonorum duces Lesthko et Cunradus, etsi in | exercitu presentes affuissent, pugne tamen propter etatem *aut.*|469** interesse prohibiti paululum a certaminis loco declinantes exitum rei inter spem et metum anxii prestolabantur, in loca tuta cum custodibus suis, si hostibus cessisset victoria, diversuri. Interim fervente pugna primis Ruthenorum ordinibus per Polonos contritis et prostratis Polonorum res meliori, Ruthenorum deteriori loco esse cepit. Abundante tamen multitudine et Romano integros pro cadentibus aut vulneratis subducente, providencia et solicitudine ducis Romani prelium in pluribus locis inclinatum restituitur. Poloni non Ruthenis, sed duci Romano velut proditori fidefrago et transfuge irati ad illius occisionem ardentissime conspirant, et globo facto Romanum inter primos pugnantem et ex insignibus cognitum adorti invadunt. Romano[g] [h]duci gravissima cuncta obversabantur oculis, manus universa militum, que circa illum conglobata illum hactenus egregie defenderat, a Polonis deleta, strenui ac fortissimi quique propugnatores ante ducis sui ora cesi mutuoque cadentes fugam et ducis Romani et ceterorum suorum Ruthenorum inhibebant. Inter hec Romanus dux ultimi periculi videns sibi imminere discrimen — iam enim et equus, cui insidebat, telis frequentibus confossus excutere illum sathagebat — per medias acies prorumpens ad fluvium Vistulam pervenit, ubi equus corruens illum deseruit. Hinc vero maius obortum periculum, quonam modo manus hostiles[i] evasurus fluvium traiiceret. Tandem effetam, ut fertur, equam a suis sibi administratam[h] [j]ascendens fluvium egre superavit, iumento quoque illi, quo adiutore fluvium tranarat non secus quam parenti suo pro sua salute gracias egit. Mixtus deinde fugiencium suorum turbe inter permiscuum vulgus a Polonis fugientes insequentibus et gregarium militem illis existimantibus obtruncatus est[9]. Dum insuper milites et gentes Romani ducis, qui periculum mortis fugiendo et tranando Vislam evaserant, in rippa altera Visle conglobati et densi, aliorum suorum commilitonum prospectando effugium starent, humus ripe{ ab ungulis equorum et gravitate in ea stancium mo- *HPII*{175 lem[k] sustinere non valens, disrupta, dehiscens, radicitus suffossa, corruens plures hostium cuneos absorbuit in Visla precipitatos. Gloria autem tocius triumphi tunc ex Ruthenis relati in Cristinum comitem pallatinum Ploczensem absque controversia conferebatur, qui et princeps milicie erat, et suo astu et industria pugnam confecerat[j]. Rutheni visa, cum dudum in fugam, nisi Romanus obstitisset, spec-

[g] *in ras., seq. duae voces erasae* [h-h] *alia m. XV s. in marg. inferiore* [i] est illese *aut.* [j-j] *eadem m. in marg. inferiore p. 468* [k] *Ed. Crac.*, morem *aut.*

tassent, terga vertunt et in flumen Wislam, a quo haud longe pugnatum est, prout quemque sors ferebat, ceci et desperati prosiliunt, et in gurgites undarum prolapsi catervatim vir virum premens suffocabantur. [l]⟨Plerique eciam rippa Visle, ad quam natando fugiebant, ab ungulis equorum contrita cadente absorpti sunt⟩[l] pauci, quos aut nandi ars aut equorum forcium robur adiuverant, tranarunt[10] et hii quoque maiori ex parte a militibus Polonorum eos usque ad Wladimiriam nocte et interdiu persequentibus, nonnulli ab aggrestibus, vel dum errarent in silvis vel hospitarentur in villagiis, trucidati vel capti sunt et de Romani illo potentissimo frequentissimoque exercitu pauci admodum evasisse comperti sunt, qui suis tam ingentem cladem nunciarent. Ad rippas Wisle cadaverum complicabantur acervi; illic enim cunctantibus Ruthenis vorticibus undarum se credere, cedes aliquanto maior quam pro numero edita est, adeo, ut fluvius Wisla cruore humano tinctus aliquamdiu rubrum fluorem cum nativo miscens cedis magnitudinem intuentibus testaretur. Multos denique imperitos nandi, qui graves erant armatura aut senio, hausere gurgites. Castris et spoliis Ruthenorum Poloni potiti, ex oppulentissima suppellectili illic reperta, vasis quoque auro argentoque celatis, vestibus, equis, armis admodum ditati et magnificati sunt. Victoria quoque ipsa tam sonora et famosa fuit, ut vicinarum gencium et nacionum crebris celebraretur sermonibus. Poloni, quibus provenerat, quos quoque fama diviciis et honore extulerat, variis illam et seriem eius prosequebantur carminibus, que eciam in hanc diem canora voce in theatris audimus promulgari[11]. Cadaver Romani ducis, quod iam Sandomirie iussu Lesthkonis ducis sepultum erat, exhumatum, per Ruthenorum proceres, omnibus, quos ceperant ex Polonis, restitutis in libertatem captivis, in mille marcis argenti ad sepulturam a Lesthkone Polonorum duce redemptum et in Wladimiriam delatum[12]. Leszthko et Cunradus Polonorum duces propiciacioni Divine et suffragiis sanctorum, eorum precipue, in quorum die pugnaverant, omnem ascribentes victoriam altare in Cracouiensi ecclesia sanctis Gervasio et Prothasio erigunt et largissimis proventibus illud
*HPII*|176 dotant[m]; quibus processu temporis adeo castratum esse constat, ut non nisi in Legatorum Platea lapidea et hec ipsa deserta et ex stillicidio ruinata, et locus in postico domorum canonicalium ex tam amplissima dote remanserit[13]. Cedes Romani ducis et suorum exercituum adeo Ruthenorum proceres nacionesque attriverat atque

---

[l-l] *Dl. m. in marg.* [m] Altare s. Gervasii et Prothasii in ecclesia Cracoviensi erigitur *m. XVI s. in marg.*

humiliaverat, ut ultra non adderent Polonorum terras lacessere. Episcopus Wladimiriensis maximum ex illa apud suos Ruthenos preconium consecutus fama et opinione quasi futuri eventus prescius cladem duci Romano predixerit, celebris habebatur. Fertur Romanus nocte cladem precedente per quietem sompniasse, quod parvus avium rubra capita, quas sczygelky appellamus, numerus ab ea parte, qua Sandomiria sita est, adveniens, maximum passerum numerum devoravit. Id cum amicis in diluculo retulisset, licet plerique iuvenes felix auspicium pronunciassent, senes tamen et prudentes astruxerunt sompnium triste esse, et Polonis quidem felicem portendere successum, Ruthenis vero adversum et calamitosum[14].

### *Polowczos duces Russiae affligunt*

VASTACIONEM[15] crudelem, quam in se terrisque suis Russie duces a Polowczis pertulerant, dolentes in eam diem eis transisse impunitam, expedicionem contra Polowczos concludunt et indicunt. Et opportuno tempore adveniente vadunt duces Russie cum copiis suis ex equite et pedite collectis contra Polowczos, videlicet Rurik Kyowiensis[16], Iaroslaus Pereaslawiensis, Magni Wszewoldi filius[17], Romanus |
Mscislowycz Haliczi ensis et Wladimiriensis[18] et Roscislaus Mscislowicz[19]. Et invaden- aut.|470**
tes tabernacula, que ipsi magis proprio et usitato vocabulo turres, id est wyesze appellant, magnos greges hominum utriusque sexus senibus trucidatis magnas predas camelorum, pecorum et pecudum capiunt et in Russiam deducunt plerosque vero Ruthenice gentis captivos. Et predis ac spoliis multiphariis onusti nullam ipsi adversitatem aut resistenciam ⟨passi⟩[n] in Russiam alacres revertuntur; de quo aput Russie regiones leticia ingens coorta est. Et quoniam Rurik Kyowiensis dux Polowczos ad vastandum Russie terras conduxerat et omnium malorum, que in terris Russie patrata fuerant, auctor extiterat, a Romano Mscislawicz Haliczi ensi et Wladimiriensi duce ceteris rogantibus et probantibus, dum ex Polowczis redirent,
captivatur. Qui illum catenatum in Kyow dedu}cens, tondit eum in monachum et *HPII}177*
uxorem eius in monacham, filias insuper eius liberas dimittens, filios ipsius Rosciślaum[20] et Wladimirum[21] captivat et in Halicz deducit captivatos.

---

[n] *Dl. m. in marg.*

*Lithuanorum nominis prima auditio*

Sub idem tempus Lythwani magna multitudine glomerati veniunt contra Russiam[o]; contra quos duces Olhowiczi exeuntes, cum illis campestraliter congrediuntur[22]. Et licet multi ex Ruthenis cecidissent, Lythwani tamen ad ultimum conflicti sunt, et fere universis captis aut occisis pauci effugiunt. Tum quoque primum Lythwanice gentis nomen, quod in eum latebat diem, auditum; [p]<servi enim Ruthenorum existentes annis pluribus perizomata, suberes[q]>[p].

Swanthoslaus Mscislawycz dux[23] intelligens Kyowiensem sedem vacuam principe esse faventibus Kyoviensibus arcem Kyowiensem ingreditur, ceteris id munus suscipere tunc metu Romani Mscislawicz Halicziensis ducis non audentibus, in illa in monarche morem principaturus. Quod cum Romano Mscislawicz Haliczyensi duci molestissimum foret, quippe qui Ruthenorum monarcha reputari et summam rerum Ruthenicarum aput se consistere voluit, cum potenciis suis in Kyow adveniens Swanthoslaum Mscislawycz ex Kyow cum ignominia exturbat et depellit in sedeque Kyowiensi Roscislaum Rurikowicz, quem aput se tenebat captivum, locat. Alterum quoque germanum suum Wlodimirum de captivitate dimittit, ut fama tam potencie quam clemencie sue magis sonora fieret et estimacio sui nominis augeretur, ut quoque expedicionem, quam in Polonos eo anno moturus erat, liberius transigeret[24].

*Ordo Cruciferorum in Livonia instituitur*

Albertus tercius Lywoniensis[r] alias Rigensis episcopus[25], qui Bartholdo Liwoniensi secundo episcopo[26] a Lywoniensibus prope Rigam interfecto successerat, ordinem fratrum de Milicia Christi nuncupatum, qui gladium et desuper crucem
*HPII 178* in mantello insutum deferebant, aput Liwoniam instituit pro defen|sione fidelium contra barbaros et terciam partem bonorum Rigensis ecclesie illis in dotem assignavit[27]. [s]<Quem Gregorius IXus ordini Teutunicorum[t] univit et ut in iurisdiccione prelatorum Liwonie consisteret, constituit>[s].

---

[o] Lithuanorum nominis prima audicio *Dl. m. in marg.* [p–p] *Dl. m. adscr.* [q] *desideratur verbum,* pendebant *supplent codd. XVI s. et edd.* [r] *eadem m. in ras.* [s–s] *Dl. m. adscr.* [t] Teutuicorum *calami lapsu aut.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS SEXTUS

*Lestko Albus mortuo Nicolao palatino Cracoviensi in monarcham eligitur et misso in Russiam exercitu Swanthoslaum ducem Russiae cum aliis Ruthenis captum suspendi fecit*

Lesthko Albus[1] Sandomiriensis dux dum post relatam de Romano Ruthenorum duce famosam victoriam et apud exteras et proprias naciones nominatus et celebris haberetur Cracouiensibus tamen proceribus, qui pro solo Nicolai pallatini Cracouiensis beneplacito [a]⟨naturali relicto⟩[a] ⟨Wladislavum⟩[b] Mye⟨cz⟩sz⟨lawicz⟩[c] ⟨Rathiboriensem⟩[d] ducem[2] pro domino et monarcha assumere [e]⟨et Cracoviam illi tradere⟩[e] coacti erant, magis carus magisque desideratus esse cepit, cum multis gradibus et virtutum morumque honestate clarior et felicitate factivitateque superior et ab hiis, quos pater suus Kazimirus multiplicibus beneficiis devinxerat, et novandarum rerum studiosis[f] ⟨Wladislao⟩[g] Mye⟨cz⟩sz⟨lawicz⟩[h] ⟨Rathiboriensi⟩[i] duce putaretur. Et vivente quidem Nicolao pallatino Cracouiensi studia procerum Cracouiensium erga Lesthkonem Album conticescebant, omnibus auctoritate et potencia pallatini Nicolai a rerum novacione deterritis. Quamprimum vero anni huius tempore Nicolaus pallatinus Cracouiensis, ex cuius beneplacito fere singulorum voluntas dependebat, morte absumptus est, illico sub Fulkonis Cracouiensis episcopi presencia conventu aput Cracouiam | celerius indicto omnium Cracouiensium baronum et aut. | 471** militarium votis et suffragiis Lesthko Albus Sandomiriensis dux, monarcha et princeps Polonorum decernitur, et omnes in eius assumpcionem et in ⟨Rathiboriensis⟩[j] Mye⟨cz⟩sz⟨lawicz⟩[k] deieccionem coniurant. [l]–⟨Dux interea Wladislaus[m] Myeczszlauicz[n] Rathiboriensis[o] presidendo Cracoviensi arci, regioni et urbi, fatis absumitur et in ecclesia maiori Cracoviensi iusto honore sepelitur. Dictus vero fuit

[a–a] *Dl. m. in ras.* [b] *Dl. m. in marg.* [c] cz *litterae Dl. m. superscr.*, lauicz *Dl. m. in ras.* [d] *Dl. m. in ras.* Maioris Poloniae *m. XVI s. superscr., ita codd. XVI s. et edd.* [e–e] *Dl. m. in marg.* [f] *seq. ras. aliquot litterarum* [g] *Dl. m. in ras.* [h] *cf. adn.*[c] [i] *Dl. m. in ras.*, Maioris Poloniae *cod. Lucae, Ed. Dobr., deest in cod. Rozr., Ed. Crac.* [j] *Dl. m. in ras.* [k] *cf. adn.*[c] [l–l] *Dl. m. in marg. superiore, perperam ad hunc annum relata, cf. infra ad a. 1231* [m] *alio atram. superscr.* [n] Myeczszlaus *aut.*, cz *litterae superscr.*, laus *litterae in ras., corr. iam codd. XV s., cod. Rozr., edd.* [o] *deest in cod. Rozr., edd.*

Lyasconogi eo quod erat longarum tibiarum, procere stature, pulcher aspectu, solo intuitu graciam in se aspiciencium merebatur, milicia strenuus, in Theutonia a HPII|179 pue|ricia, immo ab infancia nutritus et eruditus, in torneamentis exercitatus, moribus compositis cunctis preeminebat, pauperum, oppressorum, viduarum, orphanorum sagacissimus auditor et protector[3]. Cuius morte secuta et impedimento sublato⟩[-1] missi extemplo Sandomiriam ad Lesthkonem Album nuncii decretum de eo universali consensu factum publicant simulque orant, ut sollium paternum non cunctetur et accipere et conscendere, magis hactenus a Wladislao Myeszkouicz potencia Nicolai pallatini Cracouiensis cum sui iniuria occupatum quam aliquo iure legitimo possessum. Qui tam Cracouiensium precibus, quam suorum baronum Sandomiriensium consiliis pervictus Cracouiam adveniens ab universis ordinibus statibusque mira fide, mira devocione et honore exceptus Cracouiensem adipiscitur principatum et Wladislaum Myeszkouicz Maioris Polonie ducem et capitaneos prefectosque suos de illo effugat et exturbat et omnes civitates munitas et castra, faventibus singulis eius imperio, in suam redegit potestatem. Wladislaus autem Myeszkouicz, qui Lyaszkonogy propter tibiarum longitudinem appellatus est, Maioris Polonie dux, ignominiam et iniuriam suam, cum esset vir modestus et pacificus, pacienter ferens, in Poznaniam cum suis secessit et ducatu suo contentus Cracouiensem ducatum repetere non apposuit. Mittit autem Lesthko Albus Cracouiensis dux[p] Cracouiensium, Sandomiriensium et Lublinensium militum exercitum, preficiens illis Sulislaum Sandomiriensem castellanum[4] in ducem et capitaneum ad vastandum Russiam; qui Swanthoslaum Russie ducem[5], patrem Agafie[p][6], que postea Cunrado Maszouie duci nupta erat, cum quattuor militibus insignioribus[q] Russie captivat et iussu Lesthkonis miserabiliter suspensos in eculeo interimit; propter quod facinus reor Lesthkonem ipsum eciam occisum fuisse et stirpem suam non protelasse.

Bohemorum[7] et Morauorum exercitus superioribus vastacionibus hinc inde habitis, animis irritatis et frementibus campestri certamine congressi, dum mutua collisione plures milites ammisissent, Moravis cedentibus et profligatis Bohemi efficiuntur victores, licet et ipsis multis militibus desideratis non incruenta cesserit victoria[8].

Variis odiorum[9] et dissensionum[r] turbinibus Russie duces clandestine collisi, HPII|180 tandem in apertum furorem, diucius illum celare non valentes, pro|deunt et hostili-

---

[-1] *cf. p. 199.* [p] Agasie *aut., codd. et edd.* [q] *seq. litterae del.* ca [r] is *litterae in ras.*

ter convenientes, videlicet Georgius Wladimiriensis[10] et Iaroslaus Pereaslaviensis[11] ab una, item Wlodimirus[12], Constantinus[13] et Mscislaus duces Smolnenses et Nowohrodenses, fratres germani[14] partibus ab altera, duodecima Aprilis die mucrone in propria viscera verso[15] confligunt[16]. Et multis mortalibus utrinque cesis, captis aut in undis submersis cessit Constantino, Wlodimiro et Mscislao victoria. Qui Georgium Wladimiriensem ducem in Wladimiriam diffugientem secuti Wladimiriensem arcem obsidione cingunt. Videns autem Georgius propter defectum militum se castrum tueri non posse, exiit ad victores duces petens pacem. Et concessa est ei pax ea condicione, ut de castro excedat. Quo excedente datum est Constantino. Exercitum deinde victores duces contra Iaroslaum in Pereaslaw post fugam se continentem ducunt, qui illico a victoribus pacem petivit. Quam cum equis condicionibus (et quod sibi Pereaslaw retinere liceret) impetrasset, plurima munera reconciliatis transmisit ducibus. Cesa feruntur eo prelio Ruthenorum plus quam decem milia[17].

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS SEPTIMUS |

### *Lestko cum fratre suo Cunrado partitur patrimonium* *aut.*|472**

Monarchia[1] Polonorum et Cracouiensi principatu ad Lesthkonem Album Kazimiridem plene devolutis Cunradus natu iunior porcionem hereditatis paterne sibi sequestrari efflagitare cepit. Epheborum siquidem etatem transgressus iuris esse sui estuabat, ad quod non solum naturali[a] ferebatur affeccione, sed insuper aliquorum procerum fortunam suam extolli ambiencium instigabatur persuasione. Conventu itaque ob eam rem apud Sandomiriam propter ducisse Lesthkonis et Cunradi presenciam indicto, cum Fulko Cracouiensis et Gethko Ploczensis[2] episcopi primique ex baronibus omnium principatuum convenissent, variis tractatibus per plures dies habitis divisio tandem principatuum et terrarum inter Lesthkonem et Cunradum germanum in hunc modum celebrata et sancita est, ut Lesthko Albus velut monarcha et natu maior Cracouiensem, Sandomiriensem, Lublinensem, Siradiensem, Lanciciensem et Pomeranie terras et ducatus obtineat; Maszoviam propter

---

[a] i *littera off.*

amplitudinem diffusam, cum Chelmensi, Cuyawiensi et Dobrinensi terris Cunradus natu iunior pro sua sorte et porcione accipiat. Hec divisio cum ab utroque principe *IIPII|181* accepta et approbata foret, eciam verbali sponsione|a ducibus et baronibus interposita, firmata est et anathematis execracio in prevaricatorem per pontifices apposita rebusque taliter compositis uterque dux in suam sedem abiit.

Lithwanis[3] ea estate terras Russie vastantibus Ruthenorum duces Wlodimir Rurikowicz Kyowiensis, habens in suo comitatu Smolnensium miliciam, Romanus Borzischowicz[4], Constantinus, Mscislaus et Roscislaus filii Dauid[5] occurrunt et Lithwanos magna cede confligunt multosque ex ducibus Lythwanorum interficiunt; fugientes autem Lythwanos in longum persecuti multos in vicis, silvis ceterisque abditis locis, quibus se a facie persequencium condiderant, occidunt.

*Fulko episcopus Cracoviensis moritur,*
*cuius laudes et Vincentii successoris illius recensentur*

Fulco alias Pelka Cracouiensis episcopus cum annis uno et viginti sedisset, undecima die mensis Septembris moritur et in Cracouiensi ecclesia sepelitur[6]; genere nobilis sed accionibus nobilior plures libertates, privilegia et immunitates ecclesie Cracouiensi aput Sedem Apostolicam, et signanter ut episcopus Cracouiensis omnibus aliis episcopis provincie et ecclesie Polonie loco et voce prior sit, et primus Gneznensi archiepiscopo in consecrando manum imponat[7], optinuit. In locum eius conformi eleccione magister Vincencius Kadlubkonis de Kar⟨wow⟩[b] vico prope ⟨Oppath⟩ow[c] sito prepositus Sandomiriensis[8], cum esset generis nobilis [d]⟨de domo et familia Rosze⟩[d] [e]⟨licet aliquam dignitatem aut⟩[e] prebendam in Cracoviensi ecclesia ⟨non⟩[f] obtineret[9], propter excellenciam ingenii et doctrine ⟨quibus⟩[g] pollebat, postulatus et ab Innocencio tercio confirmatus. Cui nature pregnantis dives et fecundus uterus preclarum ingenium contulerat, quem tam benigno lumine astra respexerant, ut sine externe opis adminiculo novum condendo corpus de annalibus Polonorum, Polonorum historie magnificos per se ipsum literarum sensus expresserit[10], ex

---

[b] wow *litterae Dl. m. in ras.* [c] Oppath *Dl. m. in ras.* [d–d] *Dl. m. in marg.* [e–e] *Dl. m. in ras.* [f] *Dl. m. superscr.* [g] *Dl. m. in ras. corr.*

literarum studiis decus et ornamenta, mores ingenuos et normam recte vivendi comparatum iri advertens disciplinam pro nobilitate, pro patria, pro parente, pro nutrice adoptaverat. [h]⟨Et quamvis ad illa usque tempora duces et monarche Polonie, qui aput Cracouiam principabantur, ad suum beneplacitum sedem Cracoviensem contulissent decedentibus episcopis novos pro suo laicali more substituendo, quidam tamen prelati et can|onici Cracouienses viri elegantes, ut fortes columpne huic *HPII 182* abusioni et corruptele viriliter restiterunt et unanimiter prefatum magistrum Vincencium in episcopum Cracoviensem elegerunt[11] et eleccionem eius Innocencio tercio summo pontifici presentarunt, qui presentatam confirmavit et per Henricum Gneznensem archiepiscopum demandavit consecrari. Fuit autem ex prelatis Cracoviensibus unus Ianus archidiaconus[12], qui liberam eleccionem episcopi capitulo Cracoviensi optinuit⟩[h].

### *Cipriano Wratislaviensi episcopo succedit Laurentius*

Cracouiensem episcopum Fulconem Wrathislauiensis episcopus Ciprianus, cum in sede illa annis sex sedisset, secutus est et sexto Kalendarum Decembris diem obiens in ⟨monasterii⟩[i] ⟨Lubensis⟩[j] ecclesia debito honore tumulatus[13], Laurencium canonicum Wratislauiensem per canonicam eleccionem, quam dux Henricus Wrathislauiensis cum barba gratificavit, habuit successorem [k]⟨nobilem de familia Dolivitarum[14] ab Henrico Gneznensi archiepiscopo confirmatum et in Olobok consecratum⟩[k].

Reszanorum ea tempestate dux Hleb nomine[15], stupende crudelitatis et avaricie homo, integrum aput Reszanos principatum occupaturus, sex fratres germanos impia cede sustulit, sed et plures de boyaris, quos ceptis et conatibus suis obstare credidit, vario mortis genere delevit. |

Gregorius papa nonus anno pontificatus sui undecimo ad instanciam Rigensis, *aut.|475*** Olisiensis et Darbathensis episcoporum Liwonie ordinem fratrum Milicie Christi univit et incorporavit ordini Beate Marie Theutunicorum, crucem nigram in albo pallio deferencium; et ab eo tempore cepit esse unus ordo, ordinans et statuens, quod ordo ipse sub iurisdiccione episcoporum consisteret[16].

---

[h-h] *Dl. m. in marg. inferiore, ad verbum fere e Catalogo episcoporum Crac. (Op. t. I, p. 396 sq.) sumptum.* [i] *Dl. m. in ras., seq. ras. del.* [j] *vox Dl. m. corr.* [k-k] *Dl. m. adscr.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS OCTAVUS

*Romano occiso Rutheni omnes ad Hungariae regem Andream mittunt pro filio Colomano ad regendum; qui occupans Russiam, dum a catholicis episcopis se coronari facit, per Ruthenos cum suis expellitur*

Occiso[1] aput Zauichost Romano Wladimiriensi et Haliczіensi duce, qui } sibi
HPII 183 fere universe Russie partim tyrannide, partim largicione et ingenio usurpaverat dominacionem et principatum, et Russie duces in suum coegerat obsequium et tributum, plures sibi aut armis aut prece aut precio Russie dominium destinabant. Proceres vero et boyari Russie in varias voluntates scissi patriam eciam horrendis bellis impleverant. Ad finitima itaque regna, ut bellum civile tolleretur, censebant primores habendum recursum, ut alicuius illorum viribus et potencia opprimerentur exorta mala et oritura. Et licet aliqui Polonorum ducum suaderent petere suffragia et in eorum transeundum dicionem, recentis tamen cladis aput Zauichost accepte memoria, ne ad Polonos deficerent, prohibebat. Pannonii apciores rei huic visi per primores Russorum aditi sunt, et rex eorum[a] Andreas[2] suppliciter a Ruthenis exoratus, ut filium suum Colomannum[3] illis in dominum preficeret, offerentes se illi fide et devocione sincera parituros. In credulitatem rex Hungarie legacione Ruthenorum admissa filium Colomannum cum magnis copiis Russiam et motus intestinos compressurum et regnum Ruthenorum aput Haliczienses accepturum transmittit. Qui dum in Haliczіam pervenisset, a primis Ruthenorum ducibus et boyaris iusto honore exceptus est et castri Haliczіensis illi tradita possessio, et Mscislaus Mscislawicz[4] unus ex Russie ducibus de Haliczіensi principatu exclusus. Qui sub eodem, quo Haliczіam ingressus erat, tempore, se ab episcopis katolicis [b]⟨videlicet Vincencio Cracoviensi episcopo, [c]Iwone cancellario Polonie[c][5] et aliis episcopis[d]⟩[b] quos secum ex Pannonia adduxerat, in regem Haliczіe inungi et coronari, regemque Gallacie vocari et intitulari [e]⟨et uxorem suam Salomeam[6] in reginam⟩[e] (ita enim a patre Hungarie rege doctus erat) procuravit[7]. Que res Ruthenorum animos,

---

[a] *in ras. off.* [b–b] *Dl. m. in marg.* [c–c] *crassiore atram.* [d] *superscr.* [e–e] *cf. adn.*[b–b]

fluxam suapte fidem habentes, a Colomanno cum eis inconsultis confecta fuerit,
et alienavit et in odium atque irritacionem perduxit, portendentibus coronacionem
ipsam et ritus ipsorum et generis exterminium effecturam. Omnes itaque in Colo-
mannum conspirant et exercitibus Colomanni, qui eum in Russiam conduxerant,
ad Hungariam reversis, cum se Colomannus tutum crederet, Ruthenorum principes
Mscislaus Mscislawicz [f]⟨apellatus ob prestanciam Chrobri⟩[f] Ruthenorum et Polow-
czonum adiutus solaciis, Haliczíam perveniens nonnullis Haliczíensium fortaliciis
et curiis captis, spoliatis et incensis ad Haliczíensium quoque arcem obsidionem
admovit. In cuius oppugnacione dum Polowczonum dux Miczeyewicza[8] superne
occisus est, in ducis autem sui ulcionem Polowczi multa et execranda mala Hali-
cziensium terre intulerunt, scindendo quosdam Haliczíensium in | quatuor partes, *HPII, 184*
ceteros occidendo, exurendo, mutilando et plurimos in perpetuam abducendo servi-
tutem. [g]⟨Expugnata et capta arce Haliczíensi a Ruthenis plurimi Polonorum et
Hungarorum proceres occisi aut capti, et qui se auro redimere parato non poterant,
in servitutem venundati. Novus etiam rex Colomannus eiectus per fugam turpem,
Vincencio Cracoviensi [episcopo][h] et Iwone cancellario Polonie fugientibus, sibi con-
suluit⟩[g][9]. Eodem insuper anno prefatus Colomannus Salomeam virginem, sororem
Lesthkonis ducis Cracoviensis, accipit in uxorem [i]⟨cum qua usque ad mortem
celibem vitam ducens et sibi et consorti decus virginitatis servavit⟩[i][10].

PHILIPPUS dux Swevie[11] alter de contendentibus de imperio, dum favorem et
assistenciam multorum principum contra Otthonem comitem Pictauie[12] adversa-
rium suum sibi vendicasset, et ab Adolpho archiepiscopo Coloniensi[13], qui Otthonem
elegerat et coronaverat, eciam se coronari prece et precio optinuisset, potenciaque
sua continue invalesceret, contra Otthonem a Bertholfo comite pallatino de Vitknilin-
bach, qui partem tenebat Otthonis, sub pace simulata in Bamberk[j] occiditur. Ex
quo magna orta est in Germania comocio, sed per Innocencium papam, qui in odium
et detestacionem domus Swevie propter mala Henrici, que commisit in Romanam |
Ecclesiam, favebat Otthoni, sedatur. Ipse quoque Ottho Philippi competitoris sui *aut.* |474**
filia desponsata[14], pacificatis rebus Almanie venit cum magno exercitu Romam et
magno honore favoreque susceptus, pridie Kalendas Octobris in ecclesia sancti
Petri ab Innocencio papa imperialem recepit benediccionem.

---

[f–f], [g–g] *Dl. m. in marg.* [h] *Ed. Crac., desideratur in aut.* [i–i] *Dl. m. adscr.* [j] Bamberf *calami lapsu aut.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS NONUS

*Andreas rex Hungariae eiectionem filii sui de ducatu Haliczˈiensi ulturus ipsum cum magno Hungarico et Polonico exercitu in Russiam mittit, ubi Rutheni Hungaros et Polonos profligant et caedunt Colomano rege capto, quem Msczislaus dux cum uxore reddere recusabat*

Eieccionem[1] filii sui Colomanni de regno Haliczˈiensium Andreas Hungarie rex veritus expedicionem insignem in Ruthenos magno sumptu et cura paraverat. Pro comperto enim habebat fere universos Russye duces in eius deieccionem conspirasse et bellum in eam estatem maximis apparatibus gerendum decoxisse, duplex malum
HP II{185 superimpendens vitaturi[a]: unum, ne { Hungari regionem illorum iuris sui facerent, si Colomannus tronum suum in Haliczˈiensi regno stabiliret, alterum, ne penas impugnati et obsessi anno transacto in Halicz Colomanni et pluribus crudelibus et nephariis operibus in Haliczienses per se et per Polowczos patratis iusta supplicia darent. Intelligens autem Andreas Hungarie rex Russie duces Polowczonum solacia in quantitate magna contraxisse, et ipse ad Lesthkonem Album monarcham Polonie mittens exercitum notabilem ex Polonorum militibus in bellum Haliczˈiense mitti optinuit. In tempore itaque, quo inter Andream regem et Lesthkonem ducem convenerat[2], et Hungaricus et Polonicus exercitus ad Halicz convenit, Hungaricum pallatinus Hungarie Attilia Filnya[3], Polonicum pallatinus Cracouiensis [b]⟨Nicolaus vir in armis egregius⟩[b] ducebant[4]. Nec Rutheni remorantur, quatuor enim duces[5], videlicet Mscislaus Mscislawicz, Wlodimirus Rurkouicz, Roscislaus Dawydowicz et alter Roscislaus Mscislauicz, ceteris omnibus suas copias destinantibus, adveniunt, Polowczonum deinde exercitus ingens et Hungaricum et Polonicum exercitum[c] geminata superans quantitate. Comuni autem consilio Hungari et Poloni bellum adversus Ruthenos gesturi, arcem in primis Haliczˈiensem forcius quo possunt comuniunt; sed et in ipsa arce ecclesia Sancte Marie incastellata alterum castellum et forcius efficiunt presidioque forciorum, quos inter Hungaros et Polonos habebant,

---

[a] i *littera postrema in ras., seq. ras. 2 litterarum* [b–b] *Dl. m. in lac.* [c] *eadem m. in marg.*

militum superimposito, Colomannum cum uxore et matronarum feminarumque et imbecillium grege relicto ipsi contra Ruthenos ex Halicz egrediuntur et aciebus ordinatis prodeunt ad pugnam, Polonis dextrum, Hungaris et Haliciensibus levum cornu tenentibus, levis deinde armature militibus premissis exercitum Ruthenorum infestabant. Duas eciam acies Rutheni constituerant: uni Msczyslaus Msczislawicz, alteri Wlodimirus dux preerant, Polowczonum vero turme in loco remociori consistentes id sibi consilii et propositi sumpserant, ut pugna fervente quasi ex insidiis prodirent. Msczislaus autem Msczislauicz quanta hostilis foret potencia conspecturus, in ediciorem locum ascendit, sed a Wladimiro duce argutus vehementer, quod in periculoso tempore speculatoris magis quam ducis officium gereret[6], et suo discessu universo Ruthenorum exercitui ruinam compararet, illico descendit et suos ad congressum animans, bene illos in virtute Crucis Sancte triumphum relaturos sperare iussit. Sub quo tempore Polonicum agmen exercitum Wlodimiri fortissime invadit et plurimis Ruthenorum cadentibus exercitus Wlodimiri contritus est et in fugam cum Wlodimiro et aliis duobus ducibus Rosczislao Dawidowicz et Rosczislao Msczislawicz, qui et ipsi in illo constiterant, versus. Fugientes autem in plura milia
non Polonicus tan⟆tummodo, sed et Hungaricus exercitus persecutus est, plurimos *HPII*⟆*186*
trucidans aut captivans, iam existimans debellatum. Ea res eaque tam longa persecucio Hungaris et Polonis victoriam adimens clade ingenti illos affecit[7]. In terga enim Hungarorum et Haliciensium, qui solutis ordinibus incedebant, Msczislaus
cum Polowczis irruens ipsos facili negocio fundit et prosternit[d]. | Duces insuper *aut.*|475**
Rosczislaus Dawidouicz et Rosczislaus Msczislawicz, dum Hungaros se persequi cessasse agnoscunt, fugam sistunt et in pugnam redeuntes latus Hungari exercitus invadunt plurimisque cesis palatinum Hungarie Tylam capiunt et plenam victoriam de Hungaris et Haliciensibus Rutheni consecuntur. Pallatino enim capto Hungari et Halicienses animos remiserant passimque a Polowczis trucidabantur, quoniam neque dimicandi neque fugiendi illis poterat esse facultas, Ruthenis et Polowczis undique circumfusis. Redeunt interim Poloni a cede et persecucione Wladimiri, et ducentes secum spolia et maximum captivorum numerum carmen patrium, ignari cladis, que Hungaris acciderat et Haliciensibus, canebant existimantes se plenam victoriam retulisse. Verum a Rosczislao Dauidowicz et Polowczis ab omni parte circumsepti, dum neque pugnandi neque evadendi locus esset, occiduntur. Locant

---

[d] *in aut. seq. verba* Duces insuper Rosczislaus

deinde Rutheni et in altum erigunt Polonicum signum, ad quod dum residuitas Polonorum, qui vel ex cede diffugierant vel ex persecucione Wladimiri redierant, credentes illic suos consistere, confluxissent, omnes passim trucidantur. Nec interfectorum poterat numerus estimari, adeo ut flumina ex cruore rubra forent, et moriencium atque vulneratorum vociferacio in castro Haliczciensi exaudiretur. Iacebant autem interfectorum, velut arena, cadavera insepulta nec erat circumquaque Halicz qui occisos sepelisset. Polowczi autem multis nobilibus spoliis, equis, armis, vestibus potiti, eciam plurimos Hungaros et Polonos in terram suam perpetuam laturos servitutem deduxerant. Mandaverat autem Msczislaus Msczislawicz victoria potitus et superbe victoria abutens suis Ruthenis, ne quemquam Hungarum aut Polonum vivum esse sinerent; quapropter non ab hostilibus tantum Ruthenis, sed eciam ab Haliczciensibus gratificacionem Msczislao et suo decreto impensuris, ad quos confugierant aut aput quos latitabant, pecorum more strangulabantur peneque omnis Hungarorum et Polonorum exercitus deletus est. Efferebatur autem tunc Msczislaus Msczislawicz dux, quod et victoriam retulisset et cedem in devictos Hungaros et Polonos fieri iussisset, a Ruthenis, qui in leticiam effusi, magnis vociferabantur clamoribus dicentes: „O magne dux et victor Msczislae Msczislawicze! o fortis accipiter ad conterrendum fortes et robustos armaque illorum, transmissus
HPII 187 a Deo. Desinent se glorificare, qui te victo sibi destinabant victoriam, quoniam a te omnes magnifico et glorioso domino nostro humiliati et conflicti sunt“. Assumpto deinde Msczislaus dux pallatino Hungarie Attilia, ad castrum Haliczciense accessit, ex quo iam Hungari et Poloni future obsidioni se preparantes Haliczienses Ruthenos cum uxoribus eorum et pignoribus, perfidiam insuper eorum et victualium defectum veriti eiecerant[8]. Et dum non aperiretur illi castrum, quod pallatinus Hungarie Attilla aperiendum, nec victori ultra resistendum, aput quem Deus et imperium regnumque Haliczciensium et victoriam consistere voluit, suadebat. Msczislaus ad castra reversus, iterum ad eos, qui castrum observabant, caduceatorem Demetrium, unum ex suis Ruthenis, appericionem persuadens, transmisit, qui dum vacuus rediisset, iterum personaliter accessit et repulsam tercio passus universam arcem die altero sepivit, asserens se obsessos non oppugnando, sed sedendo tantummodo confecturum. Dum autem Colomannus et hii, qui secum in arce erant, negligenter infra obsidionis tempus portam castri posteriorem observarent, noccium una Rutheni suffossione facta in castrum irrumpunt et porta occupata Msczislaum cum gentibus, Hungaris et Polonis pavore nimio consternatis et ex castro partim diffugien-

tibus, partim se precipitantibus (cum caligo nocturna metu causante omnia maiora credi iuberet) intromittunt. Castro potitus Msczislaus luce erumpente ad castellum et ecclesiam Sancte Marie, in quod Colomannus filius regis cum uxore et pocioribus militibus atque feminis se irrupcione comperta receperat, accedens, illud obsidere cepit sepiusque colloquium cum Colomanno filio regis expeciit; quod cum sibi militibus Hungaris et Polonis suadentibus negatum fuisset, perseverandum in obsidione duxit. Siti deinde Colomannum et suos premente vas aque illis a | Msczislao trans- *aut.*|476**
missum est, quod pro magno munere acceptum et in capita per mensuram distributum vix dimidie parti satisfecit. Fame deinde premente obsessos, vitam tantummodo pacti se Msczislao dedunt hostiaque apperiunt. Mandanteque Msczislao educebantur Hungarorum barones et uxores eorum et plures insignes persone, femine et matrone nonnullique Polonorum milites, quos omnes aut Polowczis distribuit aut curiensibus suis donavit. Ultimus omnium Colomannus filius regis cum uxore sua eductus, a Msczislao acceptus est, et in Torczsko[9] transmissus mandante Msczislao, ut sub diligenti cura et diligencia asservaretur, ¦ licenciatisque Msczislaus exercitibus *HPII*¦*188*
in Halicz consedit. Dum autem nuncius tante cladis ad Hungarie regem perlatus fuisset, nimio merore consternatus et manu frontem verberans lacrimis indulgebat, dolens se tam turpiter conflictum. Quibus ad consultacionem consortis abstersis, militem suum Iarosch[10] ad Msczislaum ducem Russie mittit, monens, ut filium suum et uxorem suam ceterosque vinctos solveret denuncians se, ni id fecerit, cum omnibus potenciis contra Russiam venturum. Quo terrores huiusmodi nichili pendente et asserente non in sua potestate sed Divina victoriam consistere et se, si venerit, illum excepturum et in virtute Dei conflicturum, Hungarie rex Andreas ea responsione magisque[e] consternatus, cum et consiliarii illum de superba legacione coarguerent, et nisi graciorem ei intimaret, filium visurus non esset, miciora consilia secutus, mansueciorem legacionem per eundem Iarosch ad Msczislaum equis condicionibus offerendo pacem et solvi petendo filium transmittit. Consors insuper Andree regis[11] specialem legacionem ad Msczislaum mittens submissius quam regine conveniebat, pro relaxacione filii supplicabat. Msczislaus autem veritus, ne, si Colomannum dimitteret, de novo contra illum reintegraretur[f] bellum, Colomannum relaxare negavit, sed propriis prefectis in castris Haliczciensibus positis in Kyow ad Msczislaum Romanowicz ducem Kyowiensem transiit et pluribus diebus illic in solaciis et voluptate exactis in Halicz rediens, illic agebat principatum[12].

---

[e] *ante hanc vocem aliquid excidisse videtur;* magis magisque *Ed. Dobr.* [f] re *litterae eadem m. superscr.*

*Fundatio monasterii in Kosczol prope Kalisch*

PRIMA AUGUSTI[g] mensis die[13] Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[h] filius Boleslai victoriosi, dux Maioris Polonie fundat monasterium sancti Benedicti in Kosczol ante Calisch[14], monasterio Thinicziensi illud subiiciens. Cui donat pro dote villas Kosczol, Gora[15], Roszeyowo[16], Crancowo[17], Głogowa[18], Crziwosandowo[19], Cliszowo[20], Pyotrowo[21], Nadzerzowo[22] cum molendino ante Calisch et Lyszecz ante Konin[23], libertando illud
*HPII*{189 et eius bona ab omnibus angariis, { tributis et servitutibus Polonicalibus, in presencia ducis Wladislai Oppoliensis[24] et Herkemboldi castellani Calisziensis.

*Philippo Posnaniensi episcopo succedit Paulus primus*

[i]⟨Philippus Poznaniensis episcopus post annos tredecim, quibus Poznaniensem rexit ecclesiam, hominem exuens, et in Poznaniensi ecclesia sepultus[25], Paulum primum Poznaniensem cancellarium[26], a capitularibus canonice electum et a Gneznensi archiepiscopo Henrico de Myeczslaui Maioris Polonie ducis consensu confirmatum et consecratum habuit successorem⟩[i].

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS DECIMUS

*Lestko deditus reformationi iurium Regni Swantopelkum ad Pomeraniae terras investivit accepto iuramento ab eo fidelitatis; qui mox mutavit fidem*

Singulis[1] terris et provinciis, que in suam sortem porcionemque obvenerant, Lesthko Albus dux et monarcha Polonorum provisurus, singulas earum specialiter et seriatim adibat, calamitatem mesticiamque cordis, que pectori suo ex clade Ruthenica aput Halicz accepta graviter insederat, extenuans, restaurans reformata,

[g] Fundacio monasterii in Kosczyol prope Calisch *Dl. m. in marg.* [h] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [i–i] *Dl. m. in marg. inferiore p. 475*

violentos et calumpniatores puniens et questiones differenciasque subditorum dissolvens. Sed et terram Pomeranie sub sorte sua cadentem respiciens, cum ampliori baronum et militum, quam solebat, frequencia in eam descendit et tam a militaribus quam civibus honore debito susceptus, omnem estatem et autumpnum, castra et civitates illius visitando, ordinando, iura populis reddendo, videlicet Gdansk, Gnyew, Nowe Slupsko[2], adhibitis pallatinis, castellanis et ceteris, qui magistratus publicos gerebant terrestres, in ea exegit. Verum quia terra ipsa remocius quam quecunque alia a sede Cracouiensi porrecta est, et difficile erat super omnibus questionibus et iniuriis ortis | et oriendis ad ducem Lesthkonem et eius tribunal habere Pomeranis *aut.*|477**
recursum, Pomeranorum igitur assiduis precibus et instanciis motus Lesthko Albus et de pacifico tranquilloque terre Pomeranie statu provisurus, Swanthopelkoni natu maiori genere nobili de domo Gripho|num filio Msczvgii ducis Pomeranie[3], *HPII*|*190*
prudencia et ingenio prestanti Pomeranie capitaneatum committit et ei in totum in administranda iusticia, in regendo defendendoque ducatu in decidendisque questionibus, vices suas plenarie committit illique principatum in Pomerania confirmat neglectis aliis principibus, comitibus et baronibus eque claris, moderatis et insignibus, credens illum singula non insolenter nec infide, sed modeste et sincere administraturum. Utrumque autem pallatinum, tam Gdanensem quam Sweczensem[4], et ceteros dignitarios et officiales[a], omnes capitaneos et tenutarios illius iubet parere dicioni, recepto ab eo iurisiurandi corporali sacramento, quod terram prefatam Pomeranie pro duce Lesthkone, filiis suis et successoribus, ducibus Polonorum fideliter tenebit et ipsos colet et venerabitur fide, obsequio et obediencia pura, nunquam ab illorum subieccione et dominio se sequestrando; prestabit eciam annis singulis marcas mille argenti[5] et in fiscum ducale Cracouiam inferet, et pro illorum amplitudine et comodis intendet toto posse, nunquam illos deserendo in prosperis aut adversis. Verum Swanthopolkus prefatus brevi post fidem cum tempore varians et mores cum dignitate permutans fluxa variaque[b] fide esse cepit et malignitatis aculeum contra proprium calcitrando principem exacuit, situm terre et callida eorum, quibus prefectus fuerat, imitatus ingenia, principi et domino suo Lesthkoni Albo vice qualibet tanto illudens acerbius, quanto operosius uberiorem spem fidelitatis sue et obsequii repromittebat. Pomeranie etenim satrapiam sortitus, insolenter se agere et in summam tocius principatus Pomeranie appetere cepit. Metuens[c] autem Pomera-

---

[a] *seq. ras. aliquot litterarum* [b] que *eadem m. superscr.* [c] *in ras.*

nie presidatum, quem avaricie zelo et multo malignitatis spiritu occupandum censuerat, ammittere, multis se teterrimis accionibus, ut illum quoquo modo retineret, implicabat[6].

FILIUM SUUM Colomannum et uxorem eius Salomeam Andreas Hungarie rex de captivitate soluturus, plures cum Msczislao Msczislauicz per barones et consiliarios suos egit tractatus et conventus. In ultimo autem conventu in finibus Hungarie habito pax perpetua hiis condicionibus inter Hungarum et Ruthenum convenit, ut alter filiorum regis Hungarie Bela filiam Msczislai Mariam in consortem habeat, Msczislaus de Haliczиensi ducatu Colomanno post triennium cedat, et tam ipsum Colomannum et uxorem suam omnesque sue potestatis captivos[d]. Que omnia eo anno fuere consumata[7]. }

HPII}191 ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS UNDECIMUS

*Lestko dux Ruthenos iam fere contemptui Polonos habentes,*
*per Sulislaum castellanum Sandomiriensem*
*in magna copia profligat multis nobilibus et eorum ducibus captis*

Secundorum[1] eventuum certaminumque prosperitate, quibus Colomannum Hungarie regis filium de Haliczиensi regno primum eiecerant, deinde insigni pugna fuderant, Ruthenicorum[a] duces elati, plures faciebant in regiones Polonorum excursiones. A Lythwanis insuper et adiuti et docti rapta preda cum celeri festinacione in propria recurrebant et nusquam consistere ausi magis incomodis et vastatitate Polonie regiones affecerant iamque eam inflacionem pompamque induerant, ut Polonos contemptui et ludibrio ducerent. Quibus rebus Lesthko Albus Polonorum dux et monarcha permotus habito cum consiliariis maturo tractatu Sulislaum castellanum Sandomiriensem datis ei expeditis militibus in Russiam, talionem Ruthenis refusurum et incursiones eorum oppressurum transmittit. Sulislaus autem castellanus Sandomiriensis Ruthenorum terras ingressus flammis illas vastat et cedibus magno-

[d] *desideratur verbum,* liberet *supplet cod. Reg., cod. Rozr., edd.,* emancipet *cod. Lucae* [a] *seq. ras. 2 litterarum*

que numero captivorum congesto illos in Poloniam vinctos remittit. Ruthenorum autem duces vastacionem tam crudelem regionum suarum non ferentes illi occurrunt | et pugnandi copiam faciunt, quam superioribus annis vafro usi consilio, de- *aut.*|478** tractaverant. Pugna autem commissa Rutheni facili negocio, dum primas acies Poloni stravissent, victique fugatique sunt et Swanthoslaus Msczislauicz et quatuor alii duces, videlicet Georgius, Iaroslaus, Wlodimirus et Constantinus[2] multusque militum et nobilium Russye numerus captus est, sed et non minor erat desideratorum, in quos ab ira Poloni gladios strinxerant. Et milites quidem nobilesque Ruthenorum Sulislaus castellanus Sandomiriensis in vinculis habuit Poloniamque deduxit; quorum plerique aut liberalitate Lesthkonis ducis manu dimissi sunt aut a suis redempti. Swanthoslaum vero ducem et quatuor duces alios secum captos propter furtivas excursiones, quibus Poloniam plurimum vexaverant attriverantque, et vindicandas et in futurum prohibendas vinctos tenuit victoremque exercitum de victorum spoliis ditatum et onustum, non sine sui amplissima laude Poloniam reduxit. Processu deinde temporis duces Ruthenorum Swanthoslaum Msczislauicz, Georgium, Iaroslaum, Wlodimirum et Constantinum Polonorum dux Lesthko a captivitate absolvit[3]. ⸾

Cometes stella in mense Mayo eo anno apparuit[4], que caudam et facem ab *HP II*⸾*192* oriente dirigens in occidentem decem et octo diebus duravit regionibus Ruthenorum magis propinqua cladem, quam in anno sequenti a Thartaris pertulerunt, portendebat.

### *Fundatio monasterii ordinis Praemonstratensis in Ribniky, quod hodie est in Czarnowansch*

Sexta decima die mensis Maii Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[b] dux primus Rathiboriensis et Oppoliensis, filius olim Wladislai exulis et circa Poznaniam a fratribus conflicti, moritur[5], agilis multum et procerus statura, peritus artis gladiatorie, multas pugnas duelli et thorneamentorum in Almania non sine multorum admiracione animose exercens; cui[c] filius eius unicus Kazimirus[6] succedit in principatibus. Fundavit[d]

---

[b] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [c] *seq. ras. 2 litterarum* [d] Fundacio monasterii Ordinis Premonstratensis in Ribniky, quod hodie est in Czarnowansch *Dl. m. in marg.*

autem prefatus Mye⟨cz⟩sz⟨laus⟩[e] dux Rathiboriensis primus monasterium sanctimonialium ordinis Premonstratensis in Ribniky et sufficientem illi dotem prestitit, quod postea filius suus Kazimirus in Czarnowansch ad fluenta fluvii Malpadew, qui illic de prope Odre miscetur, transtulit. Consors autem eius Ludimilla[7] obiit tredecimo Kalendas Decembris.

[f]Mortuus est[8] autem Myeczslaus dux Rathiboriensis in Cracouiensi castro, Cracouiensem enim tunc obtinebat pacifice principatum, et in ecclesia maiori Cracouiensi iusto funere sepultus. Dictus vero fuit Lyasskonogy eo quod erat longarum tibiarum, procere stature, pulcer aspectu, solo intuitu graciam in se inspiciencium merebatur; milicia strennuus, in Theutunia a puericia imo ab infancia nutritus et eruditus, in torneamentis exercitatus, moribus compositis cunctis preeminebat, pauperum, oppressorum, viduarum, orfanorum sagacissimus auditor et protector[f]. }

HPII,193

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS DUODECIMUS

### *Omnis thesaurus Cracoviensis ecclesiae ictu fulminis comburitur*

Natalem[a] [1] Christi huius anni Lesthko Albus Polonorum dux et monarcha Cracouie cum genitrice sua Helena ducissa et Vincencio episcopo Cracouiensi baronibusque in magna egit solennitate et aliquot diebus splendidis conviviis consiliarios tenuit. Et quia eo anno res omnes ad tranquillitatem reciderant, singulis hostibus in circuitu aut quiescentibus aut debellatis, rebus urbanis et civilibus vacatum est et iudicibus particularibus et generalibus in singulis districtibus instauratis iura populis reddebantur. Sed nec ea tranquillitas ad integrum tuta fuit, superna vexacio acerbitatem ingessit. In mense siquidem Iulio[2] fulminis ictu errarium Cracouiensis ecclesie de celo tactum est, cuius virtute tignis et roboribus tectum sustentantibus incensis, eciam flamma ad interiora errarii nemine ardorem[b] restringente pervenit scriniaque

---

[e] *cf. adn.*[d] *a. 1140* [f–f] *eadem m. in marg. inferiore* [a] *vox corr., post* a *litteram ras. 1 litterae del.*
[b] ar *litterae off. et superscr.*

et cistas corripuit et casulas cappasque et multa Cracouiensis ecclesie ornamenta atque decora largicione et liberalitate regum, principum, pontificum et Christi fidelium donata, que in cistis ipsis condita erant, dissolvit et devoravit, Cracouiensemque ecclesiam suis preciosis et caris induviis pignoribusque, quibus ultra ceteras Polonicas ecclesias dotata erat, privavit. Quod quidem factum prodigii loco habitum eciam aput ministros Dei et alios timoratos viros in religionem versum est, autumantibus conflagracionem ipsam solius Dei nutu propter facinora illum provocancia provenisse. |

*Thartari primum contra Polowczones veniunt*
*et Ruthenorum omnem potentiam eis auxiliantem fundunt et caedunt*

POTENCIAM[3] suam Thartarorum gens in eam diem ignorata et vix audita, ad partes septemtrionales extensura, Polowczis ex illa parte maris consistentibus et pluribus aliis nacionibus conflictis, deletis aut subiugatis, eciam ad terras eorum, qui citra mare Ruthenis confinantes degebant, venit. Qui de potencia sua diffisi, periculum, quod illis a Thartaris imminebat, petentes se universis potenciis Ruthenorum adiuvari, insinuant denunciando par discri|men, si victi a Thartaris fuerint, Ruthenis imminere. Veniunt et sub idem tempus ad Russie duces Thartarorum nuncii, exorando illos, ne se[c] bello[d] Polowczonum implicent nec iungendo se Polowczis necessitatem Thartaris bellum contra Russiam movendi imponant; sed si sapiunt, de suis finibus Polowczos hactenus plurima mala Russie terris inferentes exterminent, cum de aliis regionibus Thartari illos sint verisimiliter exterminaturi. Duces autem Russie parum provido usi consilio et nulla super hiis matura deliberacione premissa, gencium iure violato, Thartarorum nunciis interfectis, vadunt exercitualiter contra Thartaros solacium Polowczis laturi, videlicet Msczislaus Romanowicz[4] cum milicia Kyowiensi, item Msczislaus Msczislauicz[5] cum Haliczziensium milicia, item Wlodimir Rurikowicz[6] ceterique duces Russie, item duces Czyrnyeowienses, item duces Smolnenses, item omnis Polowczonum terra et omnes duces eorum. Et aliquibus ducibus et militibus Russye in equis euntibus, aliquibus in navibus, perveniunt usque ad Protholcze[7]; et abinde singuli ascensis equis duodecim stativis ad fluvium

aut.|479**
HPII|194

---

[c] *in ras.* [d] be *litterae in ras.*

Kalcza[8] perveniunt, quo iam Thartari castra sua posuerant. Et illico Thartari respirandi spacio non dato in Ruthenos et Polowczos decima septima die[e][9] irruunt; Polowczis autem contritis et diffugientibus, eciam acies Ruthenorum turbantur et biduo duces Mscislaus Kyowiensis et [...][f] Czÿrnyeowiensis[10] captivantur plurimaque cede edita, multis aut captis aut necatis, ceteri diffugiunt. Sed et in fugientes aliud eque horrendum discrimen[g] a Polowczis sociis, per quorum terras fugam maturabant, editum; nulli enim etati aut condicioni parcendo Polowczonum agrestes Ruthenos, si equites, propter equos, si pedites, propter vestes trucidabant. Qui vero ex Ruthenis in montes confugierant, fame moriuntur plerique in aquis suffocantur horrendumque malum in die illa secutum est, quale nusquam fuit in terris Russye visum aut auditum. Mscislaus autem Mscislawicz Haliczïensis dux, dum fugiendo ad naves pervenisset, superatis fluviis, naves, persecucionem Thartarorum veritus, disrumpi mandavit abindeque fugax in Halicz pavore et trepidacione plenus pervenit. Dum vero alia omnis multitudo Ruthenorum ad naves fugiendo pervenisset et eas offendisset violatas, in merorem versa, dum undas tranare[h] non posset, fame conthabescens illic consumpta est, preter duces et aliquos eorum milites, qui in lembis fluvios traiecerant. Wlodimirus autem Rurikouicz
*HPII|195* fuga et ipse salvatus in Kyow perveniens sedem | accepit Kyowiensem[11]. Eaque prima clades extitit, quam Rutheni pertulere a Thartharis.

O]TTHO[12] imperator omnibus insigniis imperialibus functus et nullum sibi sciens in imperio competitorem superesse, insolenter se gerere et Innocencio pape tercio, cuius favore protectus et adiutus ad imperium conscenderat, rebellis et adversarius esse cepit; unde et Regnum Sicilie, pretendens illud pertinere ad imperium, Innocencio papa nequicquam prohibente et obstante invadit et magnam illius partem dedentibus se aut expugnatis urbibus Friderico abstulit. Propter quam causam Innocencius tercius videns se deceptum ab Otthone, ipsum excomunicat[13] et ab imperio deponit, et omnes principes et barones a fidelitatis iuramento absolvit mandatque principibus electoribus, ut ad eleccionem alterius procedant. Qui apostolico parentes mandato Fridericum secundum Sicilie regem[14] ex Henrico quinto et Constancia monacha[15] vetula genitum in imperatorem eligunt. Fridericus autem in regem Romanorum declaratus in Almaniam descendens et conventus aliquot celebrans,

---

[e] *desideratur nomen mensis* [f] *lac. inscribendo nomini apta* [g] dis *eadem m. superscr.* [h] *vox corr.; post* n *litteram ras. 1 litterae del.*

benevolenciam sibi conciliavit principum et a Sifrido Maguntinensi archiepiscopo et Apostolice Sedis | tunc legato[16] in Aquisgrani coronatus est et Almania bellis et scismatibus intestinis fervere cepit. Hic armorum strenuus, linguarum peritus, rigorosus, luxuriosus, epicurus, nichil curans vel credens, nisi temporale fuerit[17]. aut.|480**

[1]⟨Asserunt annales Hungarorum litere[18] eo anno Gertrudim Hungarie reginam, Andree filii Bele Hungarie regis consortem et beate Elizabeth genitricem, uxorem Bankk bani[19] in curia sua obversantem, fratri suo ad illudendum tradidisse et Bank banum de genere Bor oriundum in ulcionem stupri uxoris sue reginam Gertrudim occidisse, in genus quoque Bank bani varia cede sevitum esse⟩[1].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TREDECIMUS

### *Gertrudis regina Hungariae mater sanctae Elisabeth a Bankbano occiditur*

Miserando[1] et miserabili casu Pannoniorum Regnum ea tempestate afflictum et aput Polonos sibi conterminos variisque necessitatibus coniunctos, et aput vicinas exterasque naciones sonorum sue lamentacionis edidit eiulatum. Cuius rex Andreas[2] filius Bele tercii, etsi splendido coniugio et prolis multiplicitate felix et insignis esset, et de consorte sua Gertrudi[3] filia Ber}tholdi Meranie et Carinthie ducis, sorore HPII}196
germana sancte Hedwigis ducisse Polonie et Henrici cum barba consortis, tres filios, Belam, Colomannum et Andream[4], quartam quoque beatam feminam Elizabeth Lanthgravio Turingie Ludowico[5] Hermanni principis[6] primogenito in etate tenera desponsatam et multa sanctitate refulgentem suscepisset, tante tamen sue felicitatis fulgorem fortuna, nichil ad plenum tribuens, caliginoso eventu repente confudit. Prefatam siquidem reginam Hungarie Gertrudim unus ex maioribus Hungarie baronibus Bankbanus vocatus, de genere Bor oriundus, mucrone transverberans, funesta occisione quarto Kalendas Octobris[7] necavit. Cuius quidem necis due a scriptoribus feruntur fuisse cause: una quidem quod prefata regina Gertrudis

1–1 *Dl. m. in marg. inferiore p. 479*

uxorem prefati Bankbani, in sua curia consistentem, cuidam fratri suo advene et hospiti illudendam consenserat; in cuius sceleris ulcionem Bankbanus stuprati coniugii penam, quam a patratore non potuit, a conciliatrice exegit. Sed absurdum videtur, ut femina alioquin per se pudica et casta et que sanctam filiam progenuerat, genus quoque ab ingenuis et religiosis parentibus ducebat, stupra et adulteria procurasse credenda sit. Alia vero, quod cum Andreas Hungarie rex ad consilium consortis sue Gertrudis plures Almanos in Hungariam accersisset et cum illis rebellium Hungarorum castra et municiones expugnaret, magistratus quoque rei publice Hungaris neglectis Almanis mandasset, Hungari contemptum iri se dolentes ad occidendum regem Andream conspirant. Et cum prebente illis animum et ducatum Bankbano, conspiracionem completuri in curiam regis advenissent, Andreas quidem ⟨rex⟩[a] a regina Gertrudi avisatus, fugiens mortem evasit. Bankbanus vero rege non comperto Gertrudem reginam supplices manus pro vita tendentem lanceis et contis perfossam obtruncavit. In cuius necis tam horrende ulcionem Andreas rex Bankbanum et omne genus suum ad interempcionem usque et exterminium delevit. Corpus regine occise in monasterio de Pilis[8] iusto cum honore sepultum est; que dum viveret, in ecclesiam Wrathislawiensem liberalem se exhibens et munificam, nobilem coronam auream, quam pro ornamento in diebus solennibus gestare consueverat, eidem ecclesie Wrathislauiensi transmisit, qua conflata calix aureus iuxta eiusdem Gertrudis regine voluntatem et desiderium est fabricatus[9]. }

## *Fundatio monasterii sanctimonialium ordinis Cisterciensis in Olobok*

HPII}197 T]REDECIMO[10] Kalendas Novembris Wladislaus Otthonis dux Calischiensis fundat monasterium in Olobok[11] sanctimonialium ordinis Czisterciensis in terra Chalisiensi et diocesi Gneznensi et illud sumptibus ducalibus a fundamentis extruit. Cui in dotem villas et hereditates infrascriptas assignavit, videlicet Olobok, Thikadlowo[12], Zidowo[13], Polye, Wroszlye[14] et Rablawy[15]. Item Wyrzbyatha, filius Clementis[16] militis, contulit quatuor villas paternas monasterio prefato, videlicet Conarowo[15], Grzibowo[18], Mislakowo[19] et Druszkowo[20]. Item idem dux Wladislaus

---

[a] *Dl. m. superscr.*

contulit eidem loco villam Staw[21], comutatam a filiis Laurencii, Dobrogostio et Czesszatha[b] [22] pro tribus villis Chotinino[23], Golikowo[24] et Pyenyaszkowo[25]. | Henricus *aut.*|481** autem Gneznensis archiepiscopus ad peticionem Wladislai ducis consecravit in Olobok basilicam, monasterio vero contulit decimas archiepiscopales de consensu sui capituli, in villis, que sunt incluse inter Olobok et Baricz fluvios.

### *Filiorum Henrici cum barba pro ducatu Wratislaviensi bellum, in quo Cunradus victus est*

T]AM[26] VIRILI ETATE quam viridi Henricus Wrathislauiensis et Slezie dux cum felici et beata femina Hedwigi consorte sua in prospera et equabili fortuna traducta, magna uterque coniugum[c] tempestate sub media pace, dum iam in occiduam vergerent etatem, obrutus est, duorum siquidem filiorum, videlicet Henrici[27] et Cunradi[28], qui Crispus vocatus est, qui usque in virile robur evaserant, dum iam tercius Boleslaus[29] fato subtractus esset, livoroso inter illos sensim serpente collidebantur odio[30]. Alterum Esau, alterum Iacob ex eventu et condicione describer⟨es⟩[d], cum pro uno pater Henricus, pro altero genitrix Hedwigis staret. Henricus siquidem dux pater minorem natu Cunradum singulari affeccione complectens, ducis Saxonie illi filiam desponsat et Lubuczensem terram Luszacieque regionem illi perpetua consignat porcione, Henricum autem natu maiorem beata Hedwigi persuadente Zlesitis et Wrathislauiensibus ducem destinat. Id cum moleste et irato animo Cunradus ferret, et ex naturali instinctu Polonis amicus et blandus, Theutunicis *HPII*|198 vero hostis infestissimus foret, parentum ordinacionem armis rescindere, dum preces invalide essent, constituit et non tam patri quam fratri iratus, ipsum et omnes Theutunicos, qui partes suas sequebantur, de Slezia exterminare constituit exercituque notabili ex Polonorum et Lubuszensium[e] militibus et agminibus comparato fratrem invasit. Et licet uterque parens tollere discidium fraternum et quietare filios maximis conatibus laborassent, videntes tamen labores suos in cassum recidere, utrumque filium propositum suum dux Henricus in Glogoviam et ducissa Hedwigis in Nyempcz secedens exequi passi sunt. Non tulit et Henricus maior natu fratris Cunradi invasionem, sed exercitum et ex Polonis et ex Theutunicis colligens, Cun-

---

[b] Czesszacha *aut.* [c] *corr. e* coniugium [d] es *litterae Dl. m. corr. in ras.* [e] *corr. e* Lubuczensium

rado inter Legniczam et Aureum Montem[31] in loco, qui dicitur Studnicza seu Ruffa Ecclesia[32], occurrit, ubi dum congressu facto fortiter ab utraque parte pugnatum foret, plurimis in ore gladii cadentibus Henrico cessit victoria. Cunradus Crispus cum multis suorum ammissis ex prelio diffugisset, ad patrem Henricum in Glogowiam divertit, ratus (prout evenit) se illic tutum consistere. Verum cum dierum processu in silvas Tharnowienses[33] venandi gracia secessisset, feram agitans, ex equo corruens, fractis cervicibus expiravit, in Trzebniczenseque monasterium relatus operante sorore sua Agnete abbatissa Trzebniczensi[34], que eum tenerrime vivum dilexerat, in capituli loco sepelitur[f]. Quo sic absumpto fraternum et domesticum bellum, quod quandoque resumi et reintegrari nemo dubitabat, conquievit. Ne autem matri religiosissime ducisse Hedwigi mors filii Cunradi Crispi precordia dolore ingenti repente denunciata sauciasset[g], non ad funerias filii, sed ad visitacionem egroti venire rogata est. Illa autem et cladem primum et mortem filii dudum in spiritu precognoscens et illum iam extinctum esse sciens nunciis respondit[35]: „Quare — inquit — languidum filium meum Cunradum simulantes illum vivere confingitis, cuius occasus dudum ante mihi fuit cognitus, quoniam sua temeritate sanguis funderetur plurimorum“. Ivit deinde ad exequias filii et iusta illi et pro ducalis dignitatis excellencia et pro materne caritatis affectu impendit.

HPII,199 ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS QUARTUS DECIMUS

*Wladislaus Plwacz Myeczslai Senis nepos,*
*cum a Wladislao duce curatore partem obtinere non posset,*
*Calissiense castrum accipit,*
*unde pulsus ad Andream regem Hungariae fugit*

Nondum pubertatis annos Wladislaus dux, qui expost, cum esset in sputo nimius, Plwacz cognomen sortitus erat[1], filius Otthonis filii Mye⟨cz⟩sz⟨laui⟩[a] Senis ducis Maioris Polonie, transgressus, curatorem tutoremque suum Wladislaum Maioris Polonie ducem et Otthonis fratrem ab aliquibus ob proceritatem stature Magnum,

---

[f] *codd. et edd.,* sepelit *aut. (corr. e* sepelitur*)* [g] ss *litterae in ras.* [a] *cf. adn.*[d] *a. 1140*

ab aliquibus vero propter tibiarum excellenciam Lyaszkonogy vocitatum, qui velut patruus germanus, ipsius tutoriam assumpserat[b] [2], fastidiebat principatumque Maioris Polonie partiri et sibi illius dimidium a patruo consignari deposcebat, vehementer ad principandum aspirans | et disciplinam patrui sui magnopere abhorrens. *aut.*|482** Pravam autem suam intencionem non solum innata promovebat ambicio, sed nonnullorum nobilium et adolescentum, qui secum una creverant, nutriebat incendebatque persuasio. Verum cum Wladislaus Magnus Lyaszkonogy partim ingeniis, partim auctoritate iuvenilem ardorem frustraretur, Wladislaus Plwacz more cuiuslibet impaciens, satellitibus aliquibus auctus Kalischiense castrum subintrat et patrui sui officialibus expulsis tam castrum quam civitatem occupat in castroque se recludit, resistenciam pro viribus, si impeteretur, Wladislao Magno patruo suo oppositurus. Quod cum Wladislao Magno nunciatum fuisset, magnas copias ex militibus et agrestibus subito contrahens castrum Calischiense obsidione cingens nepotem eciam in eo includit. Qui dum quindecim diebus obsidionem continuasset victualiaque obsessis scirentur propediem defectura, veriti obsessi, ne si castrum per violenciam caperetur, iratus Wladislaus Magnus in eos aliquid gravius consuleret, caduceatoribus missis, ut et incolumes eos esse priscumque honorem et favorem retinere liceret, de dedendo castro paciscuntur[3]. Wladislaus vero Plwacz de favore patrui diffisus carceralibus se deputandum pertimescens squaloribus, cum septem tantummodo comitibus nocturno tempore ex castro Kalischiensi dilapsus versus Cracouiam ad Lestkonem Album contendit et ad Andream Hungarie ⦚ regem perveniens[4] causis *HPII*⦚*200* itineris expositis, humane amiceque ab illo exceptus, fotus et habitus est.

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS QUINTUS DECIMUS

### *Canonicis ecclesiae Cracoviensis refectiones, ut vocant, institutae sunt*

Nobilem et illustrem Cracouiensem ecclesiam Vincencius Cracouiensis episcopus sui pontificatus tempore amplius illustraturus, pro habendis quottidianis refeccionibus[a] undecim decimas manipulares et septem peccuniales in villis circumcirca

---

[b] *seq. ras. del.* [a] refeicionibus *aut.*

Czchow opidum sitas, ad mensam suam episcopalem pertinentes, donacione perpetua contulit et donavit[1]; ex quarum introitibus in vino, luminaribus ceterisque suis necessitatibus procuratur Cracouiensis ecclesia et prelatis canonicisque ecclesiam frequentantibus distribuciones quottidiane largiuntur. Nimium fortunatus nimiumque liberalis episcopus eterna in laude versandus, qui et ecclesie sue providit necessitatibus et plurimum illi contulit stabilimenti et decoris, amplissimam sui doni compensacionem per graciam Pontificis et Remuneratoris Superni abunde iam consecutus. Ne autem de nominibus villarum decimas huiusmodi afferencium, a quopiam ambigi possit, eciam nomina earum inserui, et primo quidem manipularium: Gnoynyk[2], Gothprzidowa[3], Thymowa[4], Thworkowa[5], Iurkow[6], Vgyaszd[7], Oppathkouicze[8], Luczslauicze[9], Fasczeschowa[10], Konczisk[11] et Zdanya[12]; item peccunialium: Brzozowa[13], Olszowa[14], Slona[15], Byesznik[16], Polichta[17], Poszna[18]; item in opido Kazimiriensi Cracouiensi urbi vicino [b]⟨ita ut candela inextinguibilis nocte dieque ardeat in altari, reliquum canonici in suos usus conferant. Asserunt alii decimas ipsas non mense episcopalis, sed ecclesie de Czchow[19] extitisse⟩[b].

*In Lateranensi concilio sanctus Dominicus ordinem Praedicatorum, quem instituerat, et sanctus Franciscus itidem ordinem suum confirmari obtinuere*

A]CTUM EST[20] eo anno in mense Novembri aput Lateranum concilium celebre et
*HP II 201* famosum, per Innocencium tercium congregatum, quod | tanta frequencia illustrium personarum fuit insigne, ut ex patriarchis, archiepiscopis et episcopis aliisque prestantibus prelatis mille ducenti et quindecim numerarentur; in quo et pro generali subsidio Terre Sancte ferendo enixius laboravit et plures ordinaciones utiles pro reformanda Ecclesia Dei et tollendis nonnullis abusibus edidit. Cui etiam concilio beatus Dominicus pater et institutor ordinis Predicatorum interfuit, et illic sui ordinis confirmacionem ab Innocencio papa fieri petivit, quem in Tholosanis partibus verbo et exemplo contra hereticos predicando instituerat[21]. [c]⟨In eodem insuper Lateranensi concilio prefatus Innocencius papa desiderio anime sue potitus, quo estuans in sermone in concilio proposito quasi prophetice inchoa-

[b–b] *Dl. m. in vac.* [c–c] *Dl. m. in marg. inferiore*

verat: „Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum“, obiit[22]. Cui Honorius tercius[23] succedit, a quo beatus Franciscus post multos labores per multam instanciam ordinem suum optinuit confirmari. Beatus insuper Dominicus ex Hispaniis iterum Romam reversus, ubi magistrum Reinaldum decanum sancti Auiani Aurelianensem[24] de peregrinacione Terre Sancte revertentem, offendens ad assumendum suum ordinem induxit. Quo assumpto cum beato Dominico venit Bononiam et cepit predicare et comendare ordinem Predicatorum, et eundem ordinem Domino cooperante per totam Lombardiam et Veneciis in brevi tempore feliciter disseminavit, quasi enim tuba sonora vox predicacionis eius corda audiencium percuciebat et pectora indurata efficaciter liquefaciebat⟩[-c]. |

### *Barthae Wladislaviensi episcopo succedit Michael*

[d]⟨C]um annis prope duodecim Wladislauiensem ecclesiam Bartha episcopus rexisset, rebus excipitur humanis, dolore calculi correptus[25]. Quo apud ecclesiam Wladislaviensem tumulato Michael Polonus, nobilis de familia Godzamba[26] per eleccionem canonicam ab Honorio papa tercio, Cunrado Mazouie et Cuyavie duce eius eleccionem promovente provisus⟩[d]. *aut.*|483**

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS SEXTUS DECIMUS

### *Otto destitutus cum Friderico electo de imperio contendit, et mortuo Innocentio papa Honorius in locum eius succedit*

Duobus[1] de imperio, videlicet Friderico et Otthone contendentibus, durus { bellorum stridor Almaniam premebat, magne etenim atque frequentes pugne cum cede et interitu multarum insignium personarum inter Fridericum et Otthonem habite sunt et nunc uni, nunc alteri obveniebat victoria. Nec dubium quin Ottho, qui plures amicos et fautores in Almania habebat, superior evasisset, nisi Innocencius *HPI*I{202

[-c] *cf. p. 222* [d-d] *Dl. m. in vac.*

papa tercius duram sentenciam tulisset contra omnes Otthonis fautores. Quo suffragio Fridericus adiutus contra Otthonem prevaluit, et Ottho ad Philippum regem in Gallias, qui sue parti favebat, divertit. Et quamvis Innocencio pape non placuisset eleccio Friderici, dissimulavit tamen propter odium Otthonis, quia durum erat tot principes perturbare; coronare tamen Fridericum distulit, iuvenilem illi etatem obiiciens. Que dilacio ab eleccione Friderici usque ad mortem Innocencii, quod fuit septennale spacium, tendebatur. Innocencius autem papa tercius post concilium aput Lateranum celebratum in Tusciam descendit ad pacificandum Pisanos et Ianuenses, quatenus unitis potenciis facilius Terre Sancte possent ferre suffragia, sed cum venisset Perusiam, infirmatur et moritur, cum annos decem et septem menses decem dies viginti tres sedisset, et in ecclesia sancti Laurencii in Perusio honorifice sepelitur. Procurantibus autem Perusinis includi[a] collegium cardinalium, Cencius[b] episcopus Ostiensis, nacione Romanus, in summum pontificem concorditer electus est, et Honorius tercius vocatus, qui eodem promocionis sue anno ordinem Predicatorum, quem Innocencius quidem confirmare decreverat, sed morte preventus neglexerat, confirmavit.

*Bellum inter Lithuanos et Russos*

L]ITHWANI[2] CUM in anni huius hieme Russie regionem predatum venissent raptaque preda more suo diffugerent, a duce Iaroslao Wszewoldicz et Novogrodensibus consecuti prelio inito confliguntur. Ruthenis quoque non incruenta cessit victoria[3], quoniam et dux Dawid Thoropeczky et plures alii Russie milites desiderabantur. Sequenti quoque tempore, dum alius Lythwanicus exercitus civitatem et regionem P⟨o⟩loczsko[c] vastaret, dux Mscislaus Dawidouicz[4] cum Smolnensium milicia celeri cursu in P⟨o⟩loczsko[d] adveniens, Lythwanos incautos offendens absque numero sternit et occidit plerosque autem, qui in curias et domos occultandi gracia confugerant, inde extractos vario supplicio necat, alios eciam in lacubus submergit et paucis evadentibus fere omnes delevit. | }

*aut.*|484** A]NDREAS Pragensis episcopus[5], tam a Przemislao rege quam a nobilibus et
*HPII*{203 militaribus Bohemie plures iniurias et oppressiones tum in villarum conculcacionibus

[a] claudi *Ed. Dobr.* [b] cuius *aut., codd., deest in edd.* [c] o *littera Dl. m. superscr.* [d] *cf. adn.*[c]

et tributorum exaccionibus, tum in decimarum denegacionibus, quas et sibi et monasteriis et piis locis ac universo clero irrogabant, perpessus, dum videret et regem et nobiles inexorabiles in ampliora ecclesiarum gravamina grassari, et plus solito ad facinora legi Divine contraria proclivos esse, et nec precibus neque admonicionibus[e] salubribus acquiescere velle, sed deteriora in dies sectari, beatum Adalbertum quondam Pragensem episcopum imitaturus, merito cui successisse se sciebat in loco, primum Premislaum regem et barones Bohemie excommunicacionis sentencia percellit; deinde cum rex et sui censuras irridendo contempnerent, universum Bohemie Regnum ecclesiastico supponit interdicto. Et furorem regium extimescens atque militum, quarto Idus Aprilis[6] deserta sede sua, ne contaminaretur sordibus sceleratorum, Romam aliquibus ecclesiasticis et timoratis viris eum concomitantibus secessit, nec ad plebem obstinatam, cuius duram et irrefragabilem cervicem noverat difficulter domari, quamquam metropolitanus suus archiepiscopus Maguntinensis[7] pluribus instanciis elaborasset, usque ad diem mortis sue redire acquievit. Adeo enim gravamina regis et militum in clerum efferbuerant, ut in quibuslibet theoloneis, in quibus Iudeus nonnisi pro capite numum reddebat, presbiteri et clerici racione corone sive tonsure triginta solvere cogebantur, neque ea tantummodo, sed et plura alia barbara ferre adeo, ut plerosque tederet vivere, impellebantur [f]⟨christi Domini et sacerdotes et viliorem contemptibilioremque aput Bohemos quam Iudei optinebant locum⟩[f].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS

### *Cunradus dux Masoviae Cristinum palatinum Ploczensem, virum strenuum, innocenter occidi cum magno terrarum suarum detrimento mandavit*

Tirannidem, qua Cunradi Mazouie et Cuyawie ducis, germani Leszthkonis Albi, pectus refertum erat, quam in etate iuvenili effudit quamque expost effusurus erat, horrendus suarum provinciarum casus monstravit. Erat illi baro et miles insignis

[e] cioni *litterae Dl. m. superscr.* [f–f] *Dl. m. adscr.*

Cristinus nomine, heres de Goszdowo, Ploczensis pallatinus[1], genere nobilis de domo et familia, que pro insigni Lilium defert Goszdowitarum, sed opere et virtute, *HPII|204* quociens quid agendum aut expediendum | erat, nobilior [a]⟨per quem salutem Polonis Deus dederat in prelio Zauichostensi cum Romano duce Russie habito⟩[a] sub cuius ordinacione et regimine et ducatibus Maszouie et Cuyawie tranquillitas provenerat, et ducales introitus magnopere augebantur, plectebantur scelerati et honorificabantur virtuosi. Qui dum effrenatos et lascivos mores ad queque turpia et devia proclivos ducis sui Cunradi corripit, dum illum primum secrete, deinde coram consiliariis, ut quosdam abusus pravos et illecebras rescindat virtutibusque det operam, reprehendit et inducit, non tulit Cunradus correpciones huiusmodi salutares [b]⟨non ferens⟩[b] sed in furorem nephandum excandescens, prefatum Cristinum pallatinum Mazouie, sui honoris et salutis sincerum zelatorem et servatorem [c]⟨adolescencie insuper sue preceptorem, pedagogum et institutorem⟩[c] captivat et squalido carceri includit. Sub quo quidem tempore hostes et invidi sui plures de eo criminaciones et figmenta aput aures Cunradi, singula ad credulitatem recipientis [d]⟨et signanter Iohannes Czyaplya[2] cancellarius suus ducalis⟩[d] ingerebant. Quibus Cunradus dux incensus et inescatus Cristinum pallatinum prefatum, primum in villa Kowalye[3] excecari mandavit; sed neque hoc genere crudelitatis contentus, pessimis assentatoribus suggerentibus cecatum iugulat et militem strenuissimum tociusque Mazouie florem, virum clarum, heroicis splendentem operibus, dum equare non potuit, per elevacionem suspicionis et invidie salutaria monita perosus, indigna morte [e]⟨truculenti tirannide et improbo consilio Iohannis Czaplye scholastici Ploczensis usus⟩[e] | *aut.|485**** ⟨necavit⟩[f]. Post cuius excessum Maszouie et Cuyawie ducatuum speciosus status plurima caligine obductus est et variis iactatus casibus, sensim in precipitem ruinam, innoxium sanguinem vindicante Deo ferebatur. Hunc ea strennuitate et animositate preditum annalia perhibent fuisse, ut Pruthenis, Lythwanis ceterisque gentilibus devictis atque domitis et sub iugum coactis censuales illos atque tributarios Polonorum ducibus fecerit, victricia quoque sua arma ultra mare proferens, id sibi nomen eamque famam a propriis et exteris quesierat, ut magnus Mazouie pallatinus a propriis et finitimis vocitaretur. Quem splendorem Cunradus dux Mazouie impaciencius ferens, suum et filiorum suorum statum ab eo depressum aut enervatum iri veritus, ipsum iniusto et crudeli mortis genere consummi mandavit, corpus

[a–a] *Dl. m. in marg.* [b–b] *cf. adn.*[a–a], *inutiliter additum* [c–c, d–d] *Dl. m. in marg.* [e–e] *Dl. m. in marg. inferiore* [f] *Dl. m. in ras.*

tamen suum in maiori Ploczensi ecclesia debito honore tumulari passus est. In fortissimum siquidem et sibi fidum militem seviebat, eciam in occisum simplici genere mortis in eo non contentus, per quem ho}stibus in circuitu fuerat formidabilis. *HPII}205* Truculentum profecto et plus quam barbarum tirannidis ingenium[4], quod tam nobilem et inclitum militem, tam insignem ducem et victorem, tam necessarium bellatorem extinguere potuit; ab eo, quod Titus Romanus imperator[5] [g]⟨Vespasiani filius⟩[g] habuisse scribitur, diversissimum, qui duos patricii generis in affectacione imperii convictos a reatu et pena nobiliter absolvens, nichil amplius quam ut desisterent, monuit, dicens principatum fato dari, si quid preterea poscere ab eo vellent, promittens se tributurum. [h]⟨Nec tante presumpcionis iniquitas contenta suis finibus, prolem eius persequitur et proscribit. Divine vero Providencie iusticia reddens unicuique pro opere dignam mercedem nec permittens tante iniquitatem presumpcionis impunitam preterire, ut iusto Dei iudicio idem dux Cunradus puniretur, in quo deliquit, barbaras naciones Pruthenorum terrarum conterminarum audita morte Cristini in leticiam permisit prorumpere et exultacionem, dicentes: „Honor nobis et facilis ad terram Polonorum aggressio, postquam ipsi deum suum et liberatorem occiderunt“ — Cristinum appellantes deum, ipse enim virtute sua heroica et adiutorio Dei suffultus totam terram protegebat et defendebat. Quo occiso idem dux Cunradus Dei adiutorio ob scelus crudelitatis destitutus terram suam amodo reliquit indefensam, unde evenit, ut cum per frequentes Pruthenorum incursus terra eius devastaretur et depopularetur impune, coactus est invocare auxilium Henrici ducis Wratislaviensis, ad cuius persuasionem barbaris repressis et terra Chelmensi in suum statum restituta fratres Cruciferos in sui solacium advocat et ipsis terram Chelmensem a Pruthenis defendendam assignat[6]. Et recte avariciam prefati Cunradi ducis iusticia punivit Divina. Nam qui Cristinum pallatinum felicitati et amplitudini eius invidens, propter prediorum et fortunarum tam apparatum quam ornatum et rerum copiosam abundanciam cecavit et iugulavit, et prolem eius proscripsit, ipse non solum predia et possessiones, sed eciam principatuum suorum terram insignem coactus est indebite alienare. Et posteritatem suam ac reliquos principatus gravi vexacione reliquit crudeliter impugnandam⟩[h].

[i]⟨Ploczensis ecclesia casuali incendio in castro Ploczensi exorto gravem percepit[7] in rebus suis et supellectili conflagracionem⟩[i].| }

---

[g–g] *Dl. m. partim in ras., partim in marg. adscr.* [h–h, i–i] *Dl. m. in. vac.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS

aut.|486** HPII|206

*Vincentius episcopus Cracoviensis resignat episcopatum;*
*cui Ivo succedens Romam cum Iaczkone Odrowansch*
*pro pontificali confirmatione petit;*
*ubi beatum Dominicum comperiens*
*et miracula videns obtinuit Iaczkonem canonicum Cracoviensem*
*et tres alios cum eo in ordinem assumi;*
*Vincentius vero in monasterium Andrzeoviense se contulit*

Statum suum pontificalem Vincencius Kadlubkonis Cracouiensis episcopus intelligens diversis curis et periculis implicitum esse, ex pelago multiphariorum naufragiorum evasurus, cum esset vir rare doctrine et religionis immense, episcopatui, quem annis prope iam duodecim gesserat, cedendum decrevit[1]. Id dum longo ante tempore perficere nequisset, adversantibus eius sancto proposito Lesthkone Albo duce et Cracouiensi capitulo, qui et rem publicam et ecclesiam persona tam egregia et insigni spoliatum iri vehementer indolebant, tandem frequentibus precibus et humilitate profunda et ducalem et capitularem renitenciam expugnavit. Cui dum successor idoneus quereretur, Hivo filius Saulis comitis de Conske, genere nobilis de domo Odrowansch[2] et nacione Polonus, cantor Gneznensis, canonicus Cracouiensis et Albi Lesthkonis Cracouiensis et Sandomiriensis ducis cancellarius, inter ceteros duci et capitulo dignior videbatur, qui et propter literarum periciam et prudencie humane fulgorem Vincencio in episcopatu succederet. Verum dum in admittenda Vincencii cessione per summum pontificem difficultas timeretur, Hivo assumpto sibi in comitem et consultorem Iaczkone de Oppoliensi provincia et villa Lanka orto[3] canonico Cracouiensi, viro sensato et industrio, ad Honorium tercium in Urbem se contulit et tam Vincencii cessionem admitti, quam suam nominacionem confirmari et in Cracouiensem episcopum se promoveri[4], personam suam Vgolino episcopo cardinali Hostiensi[5] propter familiaritatem precipuam, quam invicem in studio Parisiensi contraxerant, coram papa et cardinalium collegio altis efferente laudibus facile optinuit. Qui dum Rome promocionis sue pertractans negocia moraretur, beatum Dominicum magnis iam prodigiis inicia sue sanctitatis et religionis declarantem

videre et eius familiari conversacione uti predicacionique sue coram interesse promeruit[6]. Et cum die quadam Stephanus cardinalis ad sanctum Sixtum[7], ubi vir Dei Dominicus cum fratribus suis morabatur, venisset, | nepos cardinalis prefati *HPII*|*207* equo in foveam precipitatus plangencium manibus exanimis efferebatur, vir Dei Dominicus obsecrante illum fratre Tangredo[8], viro magne religionis, atque dicente: „Quid agis pater? Casus iste tue virtutis experimentum expectat" — de superna Dominicus certus virtute, defunctum oracione fusa vite pristine incolumem reddidit. Quo quidem miraculo Hivo Cracouiensis episcopus, qui omnibus, que circa resuscitatum agebantur, aderat, provocatus, in Poloniam rediturus, fratres a beato Dominico peciit. Alios autem optinere non valens, tres suos comites et familiares, videlicet Iaczkonem canonicum Cracouiensem, qui et ipse de domo Odrowansch, item Crzeslaum[a] Polonum[9], Henricum Moravum et Hermanum Theutunicum ad ordinem per beatum Dominicum assumi obtinuit, et illos secum in Poloniam deducens primus ordinem Predicatorum in Polonia beato Dominico adhuc superstite plantavit. Et Hivo quidem ex Roma reversus ab Henrico Gneznensi archiepiscopo in episcopum Cracouiensem consecratus est. Vincencius vero in Andrzeouiense monasterium, ubi tunc sacra Czisterciensium religio magnis fratrum studiis colebatur, se conferens, et habitum et ordinem assumpsit, et ex bono optimus effectus nudum Christum sequi et in vite austeritate Deo suo militare cepit, undosum hoc, quod inter nos et Deum peccatis interlatrantibus separat, presentis vite salum pontificali exutus amictu et cura expedicius tranaturus. Generosus cuius spiritus ad superna et celestia summique boni verticem semper anhelans, haud tollerare poterat in terrenis sicut in umbra prorsus educari, nisi ad supercelestes radios in sancte religionis austeritate mentis sue aciem attencius dirigeret. |

### *Colomanus Haliczjensem ducatum recuperat*

COLOMANNUS[10] filius Andree Hungarie regis Russiam cum Hungarorum copiis *aut.*|487** adveniens et Haliczjensibus et a duce Mscislao Mscislawicz[11] magno honore susceptus est. Ducatum autem et arcem Haliczjensem Mscislaus dux iuxta fedus cum patre suo rege Andrea initum resignans et de illis excedens[b] in Thorczsk se contulit et anno sequenti rebus humanis exutus in ecclesia Sancte Crucis in Kyow, quam

[a] *ita aut. pro* Czeslao [b] *inter* e *et* d *litteras ras. 1. litterae*

fabricaverat, sepelitur[12]. Cepitque extunc Colomannus Haliczіensem principatum
HPII/208 pacifice possidere. Non tamen diuturna fuit illi huiusmodi pacifica possessio.

Ducibus czyrnyeouiensibus copias suarum gencium contra Kamyeniecz { ducentibus dux Mscislaus Szmolnenses et Polowczos in subsidium transmittit. Cui potencie Kamyenyeczenses dum non possent resistere, regio eorum variis calamitatibus afflicta subiacuit[13].

Ottho quartus Romanorum imperator, qui cum Philippo annis undecim, solus vero annis decem regnaverat, quartodecimo Kalendas Iunii aput Arconburg fluxu sanguinis moritur[14].

Andreas Hungarie rex[15] patris sui Bele votum redempturus, in subsidium Terre Sancte transfretat cum duce Austrie et aliis diversarum nacionum cruce signatis, et cum Sarracenis pugnando Damiatam[16] capiunt et fere totam Terram [Sanctam][c] recuperant. Rex vero Hungarie brevi illic tempore comoratus cum magno dampno Terre Sancte, patriarcha nequicquam admonente et expost excomunicante, recessit, plures peregrinos, arma, galeas et iumenta secum trahens.

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS DECIMUS NONUS

*Vicentius successit mortuo Henrico Gnesnensi archiepiscopo,*
*qui ut clerici a iurisdictione saecularium eximerentur*
*et foro ecclesiastico permitterentur,*
*utque uxores et concubinas abiurarent,*
*auctor olim exstiterat*

Gneznensis Ecclesie metropolitanus Henricus, cum in archiepiscopali sede annis ⟨decem⟩[a] ⟨et⟩[b] novem sedisset, ad horam extremam perveniens, salutari sumpto Viatico, vicesima secunda Marcii moritur et in ecclesia Gneznensi iusto honore sepelitur[1]. Post cuius mortem prelati et canonici Gneznenses capitulo celebrato Vincencium genere nobilem, nacione Polonum[2], eligunt. Qui tandem probante eleccionem suam Wladislao Magno Lyaszkonogi Maioris Polonie duce ab Honorio

---

[c] *desideratur in aut.* [a] *Dl. m. in vac.* [b] *Dl. m. in ras.*

tercio in archiepiscopum Gneznensem confirmatur. [c]Iste archiepiscopus Henricus cum esset animi generosi in beneficiis distribuendis et funiculis in libertatibus Ecclesie Polonorum dilatandis[3], multos labores subiit et sustinuit pro Ecclesie Polonice libertate acquirenda et dilatanda[4]. Nam cum clerici et sacerdotes ad iudicia iudicum secularium, eciam pedaneorum, indifferenter traherentur, eciam inviti, ipse de consensu et decreto unanimi ducum Polonie per eius solerciam et industriam ad eam sentenciam inductorum universos clericos, monachos, conversos ecclesiastici fori privilegio fecit gaudere, ut non possint conveniri, nisi coram suis prelatis, scilicet archiepiscopo, episcopis, abbatibus, archidiaconis et aliis offi|cialibus ecclesiasticis, nec per reconvencionem aut aliquam excepcionem ad forum laicorum possunt compelli, sed nec coram ipsis ducibus vel eorum officialibus[5]. Et eandem libertatem obtinuit originariis et ascripticiis ecclesiarum. Deinde cum pro hac libertate confirmanda Romam se personaliter conferendo assiduo conatu et pio studio laborasset, et ibidem rebus omnibus pro libito aput Sedem Apostolicam pro voto obtentis et consumatis accepto legacionis officio in Gneznensem provinciam et in Regnum Polonie rediisset, cum magno honore a ducibus Polonie receptus, privilegium ecclesiastice libertatis in multis articulis, quibus ecclesiastici viri gravabantur, peciit et optinuit confirmari[6]. Tandem sinodo provinciali congregata clericos in sacris ordinibus constitutos uxoribus privavit. Et quia ex constitucione Petri Capuani cardinalis Sedis Apostolice legati[7] super uxoribus dimittendis nullus fructus hactenus provenerat, ne vaga licencia eis abuterentur, ipse omnes clericos tactis sacrosanctis evangeliis uxores deinceps et quaslibet concubinas fecit abiurare et ab eis se continere[c]. | HPII|209

ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS aut.|488**

*Lestko uxorem ducit Grzimislawam filiam Iaroslai ducis Russiae*

Cracouienses proceres veriti, ne propriis ducibus Lesthkone Albo et Cunrado sine liberis obeuntibus in peregrinorum ducum dicionem devenire cogerentur, Lesthkonem ducem suum duodetriginta annos habentem, coniugem assumere compellunt.

c–c *minutioribus litteris, in vac. atque in utraque marg.*

Varia tamen aput consiliarios erant vota, alii enim cum Hungaris, alii cum Almanis, alii cum Bohemis, ceteri cum Ruthenis futuram affinitatem prestanciorem iudicarent. Vicit tandem ea pars, que amiciciam cum Ruthenis suadebat. Pro illaque tempestate Ruthenorum amicicia pocior iudicata est, tum ut dominium Polonorum lacius posset porrigi, tum ut cum Ruthenis pax plurimis bellis et simultatibus infecta posset reformari. Itaque ex consiliariorum sentencia Lesthko Albus virginem et genere et moribus formaque ingenuam Grzymyslawam, filiam ⟨Iaroslai⟩[a] ducis Russie[1], accipit in uxorem, et nupcie[b] sumptu et apparatu magnifico in urbe Cracouiensi celebrantur, quarum celebritas per actus militares et hastarum ludos in dies plures fuit producta. Ea demum affinitate tam Polonis quam Ruthenis certa et *HPII|210* optima pax effulsit iugi bello, quo se utrimque collide|bant, penitus sublatis, et superioribus iniuriis obliteratis, captivi quoque in bellis transactis capti, tam ingenui quam aggrestes manudimissi.

[c]⟨Cristinus alias Cristianus frater ordinis Cisterciensis⟩[c][2] [d]⟨per Cunradum Mazovie ducem in Chelmensem episcopum assumptus est per Onorium papam tercium provisus. Huic Cunradus prefatus propter suas virtutes et probitatem, et quia ducem Slesie Henricum, Michaelem Wratislauiensem, Laurencium Lubucensem episcopos et alios plures milites cruce signatos ad reparandum castrum Culmense a Pruthenis solo equatum et desolatum, induxit, plus quam centum villas in terra Culmensi donavit⟩[d][3].

FRIDERICUS[4] secundus Romanorum et Sicilie rex, Henrici quondam imperatoris filius, morte Otthonis imperatoris secuta rebus imperii miro modo pacificatis cum magno apparatu Romam veniens honorifice a papa Honorio et senatu receptus est et in basilica sancti Petri, vicesimum octavum agens annum, imperiali benediccione ab eodem Honorio sublimatus.

MAGNO LIVORE[5] acti Russie duces, quod Colomannus Hungarie regis filius [e]pacifice arcem et regionem Haliczienseme[e] hactenus possedisset, Danielem Romanowicz[6] ducem suapte ad id proclivum, quod regionem ipsam pater suus habuerit, incendunt. Qui illorum adductus suffragiis, in Halicz adveniens et neglecta omnia offendens, arcem occupavit et Colomannum inde cum Hungaris in Pannonias effugat.

---

[a] *Dl. m. in lac.* [b] nupicie *calami lapsu aut.* [c–c] *Dl. m. in vac.* [d–d] *alia m. XV s.* [e–e] *cod. Rozr., edd.*, pacificam arcis et regionis Haliczciensis *aut.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS PRIMUS

### *Inundatio, fames, pestis et hiems horrida sine exemplo in Polonia*

Motibus[1] exterioribus atque bellis quietatis, novum dispendium Poloniam sive celestis id faciebat ira, sive fatorum necessitas pervasit. A festo siquidem Pasche usque ad tempora[a] autumpnalia pluviarum et imbrium continuus descensus tantam fluviorum inundacionem causavit, ut aquis supra modum crescentibus et inflatis quidam particularis cathaclismus terris timebatur accidisse. Undarum autem tam horrenda et insolita erupcio et plerasque villas in basso sitas demolicione perpetua absorbuit, vernalia frumenta seri prohibuit, et que terre per autumpnum inserta erant, voravit, preter loca pauca, quorum agros collium aut moncium altitudo a peste huiusmodi defenderat. Germina itaque frugum huiusmodi alluvione | depasta multis incomoditati{bus non solum Poloniam, sed et omnes finitimas *aut.*|489** regiones, in quibus eque provenerant, vexavere; nam et domesticorum animalium *HPII*{211 pabulis deficientibus mors primum obvenit, deinde fames valida et spacio triennali continuata, eciam plurimos mortales, aggrestes precipue, victualium inedia tabescentes adeo absumpsit, ut plures ville et opida habitatoribus consumptis vacue deserteque remanerent. Malum autem huiusmodi ex imbrium multiplicitate proveniens hiems grandis et sine exemplo proveniens ingravavit [b]⟨sub quo eciam tempore peccorum et peccudum magna mortalitas pestisque secuta est⟩[b].

Fridericus[2] secundus Romanorum imperator et Sicilie rex, quamvis in principio sui imperii sincere et religiose se erga summum pontificem gessisset, velut filius ab Ecclesia educatus, et que illum ceteris preteritis in culmen imperiale suo favore, opera et auctoritate evexerat, verum in processu morte matris secuta ab iniquis consultoribus subversus in Sicilia ecclesias gravare et in servitutem redigere cepit. Quam ob rem Honorius papa paterne primum illum monet, ut a talibus desistat. Quo non obtemperante contra ipsum procedit per sentenciam excommunicacionis. Et cum magis rebellem et contumacem adverteret, manum suam contra illum aggravat,

---

[a] *seq. vox del.* estivalia [b–b] *Dl. m. adscr.*

et omnes subditos tam Regni Sicilie quam imperii a iuramento fidelitatis absolvit. A quo quidem tempore Fridericus predictus magnam tyrannidem in Ecclesiam et omnes sibi adherentes et devotos exercuit, et illam usque ad diem mortis sue non remisit.

UNDECIMO Kalendas Iulii[3] apud opidum Corczin Grzimyslawa ducissa, consors Lesthkonis Albi Cracouiensis et Sandomiriensis ducis, infantem pulcerrimum enixa est, qui patre iubente Boleslaus nomen accepit. De cuius ortu pater vehementer exultans cum illum magnis votis expetisset, et celebritatem magnificam diebus aliquot Cracouie tenuit, et in ecclesias, monasteria, pia loca et miserabiles personas, multos liberales sumptus gratificaturus donum sibi celitus prestitum effudit.

ANDREAS Hungarie rex iniuriam suam et filii sui Colomanni per Danielem Romanowicz ducem irrogatam ultum iri sathagens, duos filios suos, Colomannum et Belam, contra Danielem et Halicziensies cum magnis copiarum exercitibus et baronibus precipuis transmittit[4]. Qui etsi Halicziense castrum tribus hebdomadis obsidione et impugnacione vexavissent, et propediem illius conquisicio speraretur, duplex tamen malum, videlicet disenthirice pestis et famis, in exercitum et equos eius seviens, ipsos cepto irrito redire Hungariam plurimis desideratis coegit; plures eciam pabulandi gracia longius progressi capiebantur a Ruthenis aut obterebantur. | {

aut. | 490**
HPII{212

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS SECUNDUS

### *Ecclesia Sanctae Trinitatis, quae tunc origo erat parochialium Cracoviae, pro fratribus ordinis Praedicatorum conceditur et ecclesia parochialis Sanctae Mariae erigitur*

Singulari erga beatum Dominicum et novum ordinem suum, iam ab Honorio papa tercio confirmatum, wo Cracouiensis episcopus flagrans devocione aliquanto tempore, ex quo de Italia cum fratribus sibi per beatum Dominicum consignatis Cracouiam advenerat, deliberacio illum tenuit, quonam in loco primicias servorum Dei locaret. Comunicato autem super hac re cum Lesthkone Albo Cracouiensi et

Sandomiriensi [duce][a] nec non capitulo et consulatu Cracouiensi consilio ecclesiam Benedicte Trinitatis, que matrix et origo parochiarum erat, et locum spaciosum pro conventu et officinis monasterii fratribus beati Dominici assignavit[b] [1] locumque prefatum calicibus, casulis, libris ceterisque ad cultum misteriorum necessariis dotat, fratribus habitacula construit, et eorum defectibus providendo tam habitum quam victum administrat. Quorum vitam et religionem Iaczek de provincia Oppoliensi canonicus Cracouiensis emulatus ordinem eorum cum pluribus aliis, quorum pectoribus clemencia Divina terrenorum contemptum infuderat, assumit. Erigit et tunc Iwo episcopus in circo urbis Cracouiensis novam ecclesiam et eam in honorem Beate Marie Dei Genitricis dedicat, et in eam ius parochie, que alias apud Sancte Trinitatis ecclesiam constiterat, transfundit et transfert[2].

Famis[c] [3] malum, quo Polonorum regiones anno superiori afflicte fuerant, eciam in annum presentem serpens multis incommoditatibus Polonos[d] pessumdedit.

### *Fundatio monasterii Cisterciensis ordinis in Kaczicze per Ivonem episcopum*

Sub eodem tempore[e] atque anno Iwo Cracouiensis episcopus prefatus fervido erga Deum et cultum nominis Sui augendum estuans ardore in vico patrimonii sui hereditario Kaczicze[4] vocato, prope Slumniky[5] opidum } in sua Cracouiensi diocesi HPI I 213
sito, Czisterciensis ordinis monasterium de novo erigit atque instituit[6] eique pro dote villam eandem Kaczicze et villas Prandoczin[7], Monyakouicze[f] [8], Cholewicze[9] nec non decimas manipulares mense episcopalis in eisdem villis quatuor provenientes consignat, donat et inscribit locumque vasis et vestimentis necessariis exornat.

Ploczensis civitas per Pruthenos et Pomeranos vastatur et comburitur [g]⟨magnaque clade tam civitas Ploczensis quam regio Maszouie a barbaris obruuntur⟩[g] [10]. |

---

[a] *cod. Reg., codd. XVI s., edd., desideratur in aut.* [b] *seq. ras. 2 litterarum* [c] *seq. ras. 1 litterae* [d] *corr. e* plenos, o *littera prima superscr.* [e] Fundacio monasterii Cisterciensis in Kaczicze per Iwonem episcopum *Dl. m. in marg.* [f] Monykouicze *aut.* [g-g] *Dl. m. adscr.*

*Fundatio monasterii ordinis Cisterciensis in Henrichow per Nicolaum notarium*

aut.|491** S]ED NEQUE in solo pontifice Cracouiensi Ywone amor Dei viguisse conspectus est, quin eciam in aliorum cordibus flammam suam dileccionis accendit[h]. Nicolaus siquidem de Henrichow ducis Wrathislauiensis Henrici cum barba secretorum notarius[11], genere et accione nobilis, dum annis pluribus in obsequiis eiusdem ducis Henrici cum barba versatus, non parvam rerum et pecuniarum supellectilem collegisset, domine sue ducisse sancte Hedwigis et conversacione edificatus et exemplo, quam celesti amore totam viderat fore mancipatam, de consensu et annuencia ducis Henrici cum barba in villa patrimonii sui Henrichow[12] Wratislauiensis diocesis prope Nissam sita monasterium ordinis Czisterczirensis fundat, et tam villa illa quam aliis ad illum spectantibus locum dotat. Neque sua Deo donasse omnia contentus, locum eciam ipsum spreto seculo ingressus, assumpto habitu in ordine usque ad mortem[i] felix fundator militavit.

H]UNGARIE[13] rex Andreas novo exercitu in eum annum comparato filium Colomannum contra Haliczienses transmittit, qui magis quam anno transacto usus prospera fortuna, Daniele Romanowicz duce non ultra audente se sibi sueque potencie opponere, absque omni resistencia Halicziensium potitus est regione et arce.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS TERCIUS

*Ivo episcopus prius fundatum in villa Prandnyk monasterium in ecclesiam Sancti Spiritus Cracoviam transtulit*

HPII{214 Miserabilium personarum, quarum in civitate Cracouiensi frequens con{currebat multitudo, statui et condicioni Ywo Cracouiensis episcopus provisurus, in villa Prandnyk[1] ante fores Cracouienses sita[a] de consilio et assensu capituli sui Cracouien-

---

[h] Fundacio monasterii in Henrichow per Henricum notarium ordinis Cisterciensis *Dl. m. in marg.*
[i] m *littera postrema in ras., seq. ras. 1 litterae* [a] sitam *aut., corr. cod. Rozr., edd.*

sis[b] hospitale, ut esset omnium miserabilium personarum in utroque statu receptaculum, erigit et fundat[2] [c]⟨[quod] Fulco episcopus Cracoviensis fundare [et] dotare, ni mor[te] absumptus fuisset, [de]creverat⟩[c] et villa Crowodrza[3], item villis ⟨utroque⟩[d] Wronin[4], item decimis nonnullis manipularibus de mensa sua episcopali sufficienter dotat, et in hospitali huiusmodi fratres hospitalarios, qui de Saxia nominantur, duplatam crucem albam in pallio nigro deferentes, sub regula beati Augustini[5] militantes, instituit. Verum perpendens situm in villa Prandnyk hospitali huiusmodi a se erecto, velut a frequencia et comunione hominum longius distante parum convenire, hospitale prefatum de Prandnyk in Cracouiam transfert, et in Sancti Spiritus honorem ecclesia dicata[6], tam pro fratribus hospitalariis monasterium et monasterii officinas, quam pro infirmis et miserabilibus personis habitacula construit[7] utrorumque de mensa sua inopiam sustentans et defectus propter famem, que altero iam anno Poloniam segetibus aquarum imbribus absumptis vehemencius premebat. [e]⟨In translacione autem huiusmodi anno Domini millesimo ducentesimo[f] quadragesimo quarto, sexta die mensis Aprilis facta Ywo episcopus prefatus hospitali[g] huiusmodi duas ecclesias parochiales, unam videlicet Sancte Crucis in Cracouia, alteram sancti Martini in villa episcopali in Biskupicze[8], supra Wyeliczkam sita, cum earum decimis et proventibus pro eiusdem hospitalis subsistencia univit⟩[e]. |

### *Vincentius Kadlubkonis moritur*

UINCENCIUS Kadlubkonis olim Cracouiensis episcopus cum annis quinque in ordine *aut.*|492** et monasterio Andrzeouiensi religiose exegisset, octava die mensis Marcii laborum suorum immarcescibilem coronam a Christo, propter quem omnia deseruerat, percepturus, carnis ergastulo solutus est[9], et in eodem Andrzeouiensi monasterio in chori medio sepultus est. Qui dum pontificalem adhuc Cracouiensem regeret kathedram, vivacitate ingenii, qua pollebat, super rebus gestis patrie discreto pollitoque stilo, que incipit „Tres tribus ex causis theatrales odere solennitates“[10], edidit cronicam, quam sic accurate cogitateque pers[c]ipsit, ut ad priscorum laudem maxime accesserit, quos tanto tempore admiramur. Multa de exteris gestis, plura quam de

[b] *seq. ras. 2 litterarum del.* [c–c] *Dl. m. in marg., plures litterae in chartis consuendis del.* [d] *Dl. m. superscr.* [e–e] *Dl. m. adscr.* [f] *in ras.* [g] *seq. ras. 2 litterarum del.*

HPII|215 propriis perstringens, per varia historiarum quicquam concinnum et aptum Poloni|cis fuit, pulcerrima varietate innexuit, que a multis Polonorum celebratur et legitur, et ob raritatem tam domestice quam peregrine historie, et ob eleganciam scripcionis, gravitate verborum lucens non vulgarium; licet carpatur a quam plurimis, quod verbosus fuerit, alienarum historiarum diligens, propriarum negligencior scriptor. [h]⟨Hic decem prebendas in Kyelciensi ecclesia et fundasse et dotasse asseritur[11], decimas quoque manipulares iuxta Czchow consistentes, ab ecclesia parochiali in Brzeszye abstractas[12] capitulo et ecclesie Cracouiensi pro administracione cere, vini et olei contulisse⟩[h].

*Wladislaus Ottonis Maioris Poloniae dux ab exilio Pannonico in habitu monachali clam reversus castrum Uszcze occupat*

WLADISLAUS[13] Otthonis Maioris Polonie dux cum annis fere novem metu patrui sui germani Wladislai Magni sive Lyaszkonogy aput Pannonios exulasset, in Poloniam clamdestine [i]⟨sub habitu monachali, ne agnosci a Polonis posset⟩[i] revertitur icto perprius per internuncios affinitatis federe cum Swanthopelkone Pomeranie prefecto, quod illius sororem germanam Helingam[14] nomine sibi matrimonialiter sociaret, qui sibi in spem ample dotis suffragia, quibus paternam a patruo repeteret sortem, obligaret se laturum. In primo itaque Wladislai Otthonis ex Hungaris reventu Wladislaus ipse, ferente sibi Swanthopelkone Pomeranie capitaneo opem, suasum et ingenia, castrum Vszcze situ et arte fortissimum, quod duo fluvii, videlicet Nothesz et Gwda ambiunt, negligencius a capitaneo asservatum, septima Octobris mensis die irrupit[15], occupat et conquirit, et vicinas ex illis vexare extunc cepit regiones.

GREGORIUS de Crescencia cardinalis et Honorii pape tercii de latere legatus venit Poloniam[16], et tam a Lesthkone Albo quam Ywone episcopo et universis ordinibus in Cracouia cum magno honore susceptus est. Ubi et pluribus diebus immoratus, et quosdam clericorum rescidit abusus, et nonnullas edidit pro cleri regimine constituciones. Sub cuius presencia Iacobus eiusdem cardinalis secretarius, nacione Romanus[17], ordinem Predicatorum in monasterio Sancte Trinitatis Cracouie assumpsit,

---

[h–h] *alia m. XV s. adscr.* [i–i] *Dl. m. in marg*

seculo renunciando, familiaribus eiusdem cardinalis ingressum suum fletu et lacrimis prosequentibus et ecclesia Sancte Trinitatis in die sancti Gregorii[18] per Iwonem episcopum consecrata [j]⟨in cenobialem ex parrochiali translata⟩[j]. }

*Goslao Ploczensi episcopo succedit Iohannes* HPII}216

GOSLAUS alias Gethka Ploczensis episcopus cum annis decem et septem sedisset, moritur et in Ploczensi ecclesia sepelitur[19]. Prelatis autem et canonicis Ploczensibus monstruosam et discordem eleccionem de aliquot personis celebrantibus vacacio Ploczensis ecclesie in biennium producta est. Qua tandem meliori concordia rescissa Iohannes[20] succedit cedente de iure suo Gunthero[21], qui se gerebat pro electo Ploczensi [k]⟨cum discordia inter eum et Iohannem alterum electum in biennium extracta fuisset. Fuit autem hic[l] Iohannes Polonus nobilis de familia Goszdovitarum, etatis iam tunc infirme et fracte⟩[k]. |

ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS QUARTUS *aut.*|493*|| XIX|XX

*Fame et peste triennali non obstante in Polonia*
*Lestko Polonorum monarcha suis*
*et finitimis iustitiam administrat*

Maceratis[1] aut absumptis in Polonorum regionibus biennali fame plurimis mortalibus annus tercius duobus transactis severior advenit, qui non solum domesticis animalibus, sed et hominibus extitit fatalis, et ampliorem stragem pestemque, quam duo preteriti, in hominibus et bestiis causavit. Non ob id tamen de legum severitate quicquam detractum aut remissum est, sed iura populis in fame iuxta atque in ubertate reddebantur. Colloquio autem, quod Polonis generale et sacrosanctum iudicium, nullam admittens provocacionem est, in Rozegroch[2] instituto Lesthko Albus

---

j–j *Dl. m. adscr.* k–k *Dl. m. in vac. atque in marg. inferiore* l hinc *aut.*

Cracowiensis et Sandomiriensis dux ac Polonorum monarcha solus per omnes dies, quibus iudicium tendebatur, iudicio presedit, et non sine omnium admiracione causarum nodos prudentissime disseruit. Illic eum Cletus Agriensis episcopus[3] ab Andrea Hungarie rege missus legatus offendit. Summa legacionis erat de transmarinis partibus, in quas pro defensione Terre Sancte, paternum votum redempturus transfretaverat, alacrem et incolumem et nonnullis sanctorum ossibus onustum in Hungariam rediisse[a]; [b]⟨disserens subinferendo⟩[b] petebat, ut motus nonnulli inter eos, qui regnorum[c] finitima incolunt, per sui absenciam exorti sedarentur passisque
HPII 217 dampnum | et iniuriam restitucio proveniret. Orabat deinde, ut si illum Bohemis bellum inferre contingeret, in sui solacium vel personaliter veniret, vel miliciam suam transmitteret. Et de reditu quidem vicini atque amici regis a Lestkone duce amico more congratulatum est, correccio deformitatum et resarcio dampnorum inter subditos accepta et ob id dies certa iuxta observanciam in regnorum metis instituta, sed et suffragium in Bohemicam expedicionem per se aut milites ferendum repromissum.

[d]⟨Pruteni[4] barbari facta irrupcione in monasterium Olywa abbatem cum fratribus et universo conventu captivant, et versus Gdansk deductos omnes crudeli morte interimunt, et extunc terras Culmensem et Lubawiensem per insultus et excursiones clandestinas vastare ceperunt. Ad quorum compressionem Cunradus dux Masowie fratres Cruciferos, qui dicebantur milites Christi[5] [e]⟨rubeo ense et cruce signatos⟩[e] accersiit, et castrum Dobrzin, ut contra Prutenos bellarent, eis tradidit; sed illis non proficientibus et tenuem resistenciam barbaris opponentibus terre predicte Culmensis et Lubawiensis fuerunt penitus desertate et destructe⟩[d].

Ducissa Grzimislawa Lestkonis Albi consors partum femineum edidit, qui etsi patri Lestkoni semiplene gratus esset, eo tamen uno iocundabatur, quod filia tunc genita, et sterilitatis opprobrium consortis sue abstulerat, et arra certissima future masculine prolis erat; que in baptismo patre iubente Salomea[6] vocata est.

[f]⟨Lantgravius [...][g7] Polonie principatus invadens, castrum et civitatem Lubusch conquirens occuppavit⟩[f].

---

[a] *sc.* Andream regem [b–b] *Dl. m. in marg.* [c] o *littera superscr.* [d–d] *alia m. XV s. in vac.* [e–e] *Dl. m. in marg.* [f–f] *Dl. m. in vac.* [g] *lac. inscribendo nomini apta*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS QUINTUS

*Henricus Wratislaviensis dux monarchiam Poloniae repetiturus,*
*cum exercitu Cracoviam vadit*
*et cum maiorem potentiam Lestkonis videret,*
*icto cum eo foedere de iure suo illi cedit et ad propria revertitur*

Ad notoriam[1] suam ignominiam et offensam Henricus cum barba Slesie et Wratislauiensis ⟨dux⟩[a] existimans pertinere, quod Lestko Albus Kazimiri } filius monarchiam Polonorum et Cracowiensem ducatum, qui sibi velut duci seniori et natu maiori debebatur, occupasset, exercitum tam de suis quam de exteris gentibus precio conductis comparat et versus Cracowiam procedit, Lestkonem Album de monarchia ammoturus [b]⟨Marci pallatini[2] Cracoviensis et aliorum militum sue faccionis persuasione inductus. Orta enim dissensione inter Iwonem Cracoviensem episcopum, Hostasium comitem[3] et eorum societatem, qui erant de armis Odrowansch, ab una, et Marcum pallatinum Cracoviensem, magistrum Andream[4] filium Clementis et eorum cognatos de domo Griffonum, partibus ab altera, pro eo, quod dux Lestko Cracoviensis Iohannem militem[5] fratrem germanum prefati magistri Andree canonici Cracoviensis et nonnullos eius cognatos habitis officiis, dignitatibus et magistratibus ex ea causa privaverat, quod cum in Mazovia in custodia cum Derslao filio Abrahee[6] et Budeslao filio Crzeslai[7] fuissent ad defensionem terre positi, facto incursu Pruthenorum, predictis Marci pallatini cognatis per fugam sibi consulentibus et vite sue, Derslaus, Budzislaus et alii multi pro defensione patrie in conflictu ceciderunt; unde cum vidissent ad honores se non posse restitui, machinantur ducem Lestkonem de Cracovia eliminare et Henricum ducem Wratislaviensem substituere. Quapropter Marcus pallatinus cum suis cognatis et sociis exulando ad Henricum ducem Wratislaviensem proficiscitur, qui congregato exercitu venit Cracoviam et stetit ibidem octo diebus⟩[b][8]. Sui autem propositi Lestko Albus non ignarus, et gentes plurimas de dominiis suis contra ducem Henricum armaverat

HPII}218

---

[a] Dl. m. superscr. [b–b] Dl. m. in marg. inferiore

et Cunradum Masowie ducem germanum suum ad repulsionem huiusmodi iniurie cum omnibus Mazowiensium et Cuÿawiensium militum copiis in adiutorium suum | aut.|494* accersiverat, inferendum sibi ab Henrico bellum duplatis viribus et conatu omni atque adnisu propulsaturus. Iam Henricus cum barba dux Slesie usque ad fluvium Dlubna, non longe a Cracowiensi civitate pervenerat illicque stativa habebat, dum uterque dux Lestko Albus et Cunradus ordinatis aciebus illum excipiunt, ad decernendum parati et accincti. Henricus autem Slesie dux, cum et suapte esset vir ingenii pacifici et modesti, et a coniuge sua, femina beata Hedwigi crebro admonitus foret, ut sede sua Wratislaviensi contentus, statum suum et suorum, solium queritando monarchie, non adduceret in discrimen, cum et Lestkonis Cunradique copias suis multo forciores superioresque non ignoraret, et milites suos grandi pavore, paucitate sua conspecta et hostilibus viribus pensatis intelligeret perculsos, missis caduceatoribus colloquium [c]⟨et templum⟩[c] expeciit. Quod cum a Lestkone et Cun- HPII|219 rado ducibus, quippe et ipsi civile et fraternum certamen magnopere ab|horrebant, concessum esset, in tabernaculum in meditullio utrorumque castrorum ad id defixum cum certo et equali consiliariorum numero conveniunt. Ubi primum Henricus dux dicere orsus, longum de iure suo, quod sibi in monarchia Polonorum competebat, sermonem disseruit. Cui cum Lestko Albus respondendo raciones suas dissolvisset, [d]⟨Ywonis Cracoviensis episcopi et⟩[d] communium baronum interposicione pacificantur et in eam concordiam reducuntur, quod Henricus Wratislawiensis et Slesie dux de omni iure et titulo monarchie Polonorum Lestkoni Albo cedit, et omne ius in monarchia sibi competens in Lestkonem transfundit. Initum est et a ducibus speciale fedus et iureiurando firmatum, ut unus alterius procuret honorem et comoda et occupacionem terrarum et ducatuum, quas sortiti fuerant, non aspiret[9]. Datis deinde inter se muneribus, celebratis etiam conviviis, in magna animorum idemptitate et amore ex hostibus facti amicissimi in suos ducatus revertuntur. Lestko siquidem Albus icto federe tam Henricum Slesie quam Cunradum Mazowie duces in Cracowiam invitaverat, et tam ipsos quam eorum milites magnificis tractavit necessariis. Cunrado tamen in Mazowiam divertente Henricus Slesie dux octo diebus in Cracowia moratus est, splendide et humanissime a Lestkone habitus, etiam amplis donis a Lestkone sibi datis onustus, letus in Slesiam remeabat [e]⟨cum aput Cracoviam stando octo dies absumpsisset⟩[e].

---

c–c *Dl. m. superscr.* d–d *Dl. m. in marg.* e–e *Dl. m. adscr.*

[f]⟨Colomannus Andree Hungarie regis filius dum annis tribus in principatu Haliczensi sedisset, aput Halicziensem arcem morbo, incertum est, an veneno correptus moritur[10]. Post cuius mortem Daniel Romanovicz dux Ruthenis faventibus arcem et regionem Halicziensem occupavit, in eaque consedit. Sed Yszaslaus dux Halicziensem ducatum sibi vendicaturus, fretus Polowczonum auxilio, contra illum venit et pugna comissa Daniel dux victus succumbit duxque Wladimirus et frater suus, qui Danieli solacia tulerant, captivantur; propter quod arx et regio Haliczienſis in dicionem Michalkonis[11] ducis favente Yszaslao concessit⟩[f].

[g]⟨Erarium Cracoviensis ecclesie kathedralis, item turris monasterii sanctimonialium in Swyerzinyecz, item dormitorium fratrum Predicatorum in Cracovia fulmine tacta, accensa et cremata sunt, hominibus illesis et incolumibus⟩[g] [12]. }

*Wladislaus Ottonis olim Maioris Poloniae ducis filius multa praedatur et incendit* HPII}220

[h]⟨WLADISLAUS[13] Ottonis Maioris Polonie dux suffragio filiorum Ioannis, Albrachti et Laurencii[i] [14] adiutus, monasterium Mogylno devastat et depredatur. Anno vero insequenti idem Wladislaus dux Dobrogostonem[15] et alios multos nobiles Polonie occidit et horrea senis Wladislai Magni[j] in Myedzwyedz et in aliis villis pluribus depredatur et incendit, et Poloniam magne subiicit vastitati⟩[h]. [k]⟨Eiectus enim fuerat potenti brachio per Lestkonem ducem Cracoviensem et per Wladislaum Senem de suis principatibus, videlicet Calischiensi et Rudensi[l], nec in Polonie Regno consistere ausus, in Hungaria, Bohemia et Almania annis aliquot agebat exilium, sed affinitatem et suffragia Swanthopelci Pomeranie ducis, ducendo sororem eius in uxorem, penas exiliacionis sue ulturus in singula quecumque nefanda maximo conatu grassabatur⟩[k].

---

[f–f] *Dl. m. in vac.* [g–g] *Dl. m. in marg. superiore* [h–h] *alia m. XV s. in marg. inferiore, adscr. data* Millesimo CC XXV. [i] *seq. vox del.* spe [j] *superscr.* [k–k] *Dl. m. adscr., seq. nota Dl. m. in vac.* Christinus alias Cristianus frater ordinis Cisterciensis [l] Rudensem *aut.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS SEXTUS

*Wladislaus Lyaskonogi castrum Uscze longa cingit obsidione*
*et Wladislaum Ottonis ibidem claudit;*
*quam cum remissius teneret,*
*nacta opportunitate Wladislaus Ottonis in castra patrui sui irrupit*
*et eum vicit castraque Calissiense et Posnaniense recuperat*

Iniuriam[1] suam Wladislaus Magnus alias Lÿaszkonogi Maioris Polonie dux per
nepotem Wladislaum Otthonis illatam vindicaturus et castrum Vscze, quod inter-
ceperat, recuperaturus, omnium suarum terrarum colligit exercitum et Vscze
castrum obsidione vallans, etiam nepotem suum Wladislaum Otthonis in eo concludit
omnibusque expugnacionum generibus usus, nunc bombardis illud quatit, nunc
turres admovet, nunc militum manu ad eius conquisicionem intendit. Sed cum et a |
*aut.*|495* Wladislao Ottonis et suis castrum strenue defenderetur, ipse eciam situs loci cona-
tus Wladislai Magni facile dissolveret, et spes sue reciderent in irritum, obsidio in
diem sancte Margarethe[2] extracta est, cum primo vere cepisset. Remittebant itaque
*HPII*}*221* milites animum, et negligencius obsidionis munera eis distributa — sive ad sta}ciones
et excubias eundum esset, sive cum hostibus dimicandum, sive ne quid ad obsessos
importari posset prohibendum — obibant. Sed et obsessi negligenciam huiusmodi
obsidencium, cessando ab erupcionibus et lassos peneque victos se fingendo, amplius
nutriebant. In Apostolorum itaque Divisionis die, dum soluta omnia in castris
obsidencium Wladislaus Otthonis, quosdam etiam stacionibus desertis longius
a castris progressos, quosdam sompno stratos, alios inermes, nonnullos per ebrietates
temulentos, superne ⟨ex⟩[a] arce conspexisset, suos ad bellum paucis cohortatus, pro-
mittens illos, si paulatum adniti velint, ea die posse fieri victores, in castra hostilia
cum omnibus, qui secum obsidebantur, irruit, et tumultuarie inermes aggressus,
omnes sternit aut fugat, maioremque quam pro numero stragem cunctis pavore
perculsis diffugientibus edit. Sed et pallatinum Poznaniensem ⟨Dobrogostium⟩[b] cum

---

[a] *Dl. m. corr. in ras.* [b] *Dl. m. superscr.*

pluribus insignibus aliis militibus obtruncat, donec clamore et cohortacione ducis Magni Wladislai milites globo facto ipsum de castris, nonnullis etiam suis aut sauciatis aut cadentibus, in castrum retrocedere compellunt. Qua quidem clade Wladislaus Lÿaskonogi deterritus, altera die motis castris obsidionem solvens, abiit. Sed Wladislaus Otthonis et Swantopelkonis affinis, sui et aliquorum militum, qui sue parti favebant, fretus potencia, patruum insecutus, Poznaniense et Calischiense castra et civitates, que sue sortis erant, dedentibus se castellanis et civibus comprehendit et omnia, que dicionis sue erant, recuperat [c]⟨horrea Senis in Myedzwyedz et in aliis pluribus locis vastat, predatur et incendit, et Maioris Polonie terras pluribus incursionibus et spoliis affligit⟩[c][3].

[d]⟨Grzimislawa consors Albi Lestkonis ducis Regni Polonie et monarche filium pulcerrimum aput arcem Nove Civitatis Korczin enixa est; cuius nativitas in magnum gaudium cessit[4]. Baptizatus autem a fratre Gerardo[5] provinciali ordinis Predicatorum et fratre Artungo[e][6] eiusdem ordinis et satrapis regni, Boleslaus vocatus est patre Lestkone iubente⟩[d].

### *Translatio monasterii Kacziczensis in Mogilam et fundatio monasterii ordinis Praedicatorum sancti Iacobi in Sandomiria per Ivonem episcopum*

Cracoviensis[f] episcopus Ywo[g] monasterii in Kaczicze ordinis Cisterciensis, quod nuper fundaverat, condicionem meliorem effecturus, cum intelligeret situm loci parum idoneum pro monasterio fore, de sui capituli Cracowiensis consilio et assensu in villam ⟨paterne⟩[h] ⟨sortis⟩[i] Mogilam prope fluenta fluminis } Wisle, locum *HPII}222* uberem et egregium et pluribus comoditatibus refertum, illud transfert[7], nonnullas decimas manipulares mense episcopalis in opido Dobschicze[8] et villa Winari[9] villisque aliis circum Dobschicze situatis monasterio donat pulcerrimoque opere partim ex dolata petra, partim ex cocto latere, tam ecclesiam quam monasterium edificat [j]–⟨pulcerrime composicionis et dotacionis venustate, et honori beati Pauli Apostoli

---

[c–c] *Dl. m. adscr.* [d–d] *Dl. m. in vac. alio atram.* [e] *cod. Reg., cod. Rozr., edd.,* Artnugo *aut.*
[f] Translacio monasterii Ka[czi]czensis in Mogilam per Iwonem episcopum *Dl. m. in marg.* [g] Y *littera corr.*
[h] *Dl. m. in ras.* [i, j–j] *Dl. m. in marg.*

illud dedicat et intitulat⟩[-j]. Quod quidem salutiferum opus, cuius tunc iacta sunt fundamenta, non sine amplissima prefati pontificis laude, temporum successu
*aut.*|496* prosperatum, etiam in diem hodiernum, propicia Divinitate in religionis | cultura et temporalium affluencia perseverat. Prefatus[k] insuper Ywo episcopus anno eodem secundum monasterium ordinis Predicatorum sub titulo beati Iacobi in Sandomiria erigit[10], et fratribus loco consignato etiam ecclesiam, cellas et monasterii officinas fratribus construxit.

[l]⟨Celebravit et hoc anno Vincencius archiepiscopus Gneznensis sinodum in ecclesia sancti Blasii, ubi contencione de prima sessione inter Iwonem episcopum Cracoviensem et Laurencium episcopum Wratislaviensem exorta, Iwone episcopo Cracoviensi ius suum per privilegia apostolica probante, Laurencio episcopo Wratislaviensi nichil opponente aut producente, de loco tamen cedere nolente, Iwo ex sinodo recessit⟩[l][11].

Honorius[12] papa tercius cum annis undecim mensibus duobus diebus tredecim in pontificatu Romano sedisset, Rome moritur et in ecclesia Marie Maioris honorifice sepelitur. Cui Hugolinus episcopus cardinalis Ostiensis, nacione Campanus, frater ordinis Predicatorum, Gregorius nonus appellatus, aput Septisolium electus, nona Marcii succedit, qui multas a Friderico imperatore pertulit adversitates.

### *Iohanni episcopo Ploczensi succedit Gunterus*

[m]⟨Iohannes Ploczensis episcopus cum annis quatuor sedisset, obiit⟩[m][13] [n]⟨a podagratica vexatus passione. Cui per eleccionem canonicam Guntherus canonicus Ploczensis successit, nobilis de domo Prussorum[14], a Vincencio Gneznensi archiepiscopo aput Zneinam, Cunrado Maszovie duce consenciente, confirmatus et consecratus⟩[n]. }

---

[-j] *cf. p. 245* [k] Fundacio monasterii ordinis Predicatorum s. Iacobi in Sandomiria per Iwonem episcopum *Dl. m. in marg.* [l-l] *Dl. m. in vac.* [m-m] *alia m. XV s. in marg. inferiore* [n-n] *Dl. m. adscr.*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS SEPTIMUS



*Swantopelkus elatus petit a Lestkone Pomeraniam, qua negata negat et ipse tributum; eo cognito Lestko indicit conventum et iubet venire Swentopelkum; qui intellecta re cum consilio Wladislai Ottonis Lestkonem Album cum duce Henrico in balneo aggreditur et ducem Lestkonem inopinato interficit, Henricum vulneratum fide servi relinquens*

Et affinitate[1], quam cum Wladislao Otthonis Maioris Polonie duce per sororem[a] Swantopelkus Pomeranorum capitaneus, et plurimis opibus terra marique in prefectura Pomeranie quesitis nec non et successuum felicitate, qui et sibi et Wladislao Otthonis provenerant, in singularem pompam elatus, dominum et principem suum Lestkonem Album Cracowiensem et Sandomiriensem ducem, cuius vice et auctoritate honore prefecture aput Pomeranos fungebatur, per se et crebras legaciones solicitare cepit, quatenus illum in ducem Pomeranie creare et sibi usum purpure titulumque principatus Pomeranie superiori dominio sibi reservato concedere dignaretur, Boguslaum de armis Griffonum[2], quem inferiori Pomeranie et Kassubitis liberalitas Boleslai Crziwousti Polonorum ducis, filii Wladislai, ex barone in principem creaverat cuiusque filios et nepotes in terris ipsis principatum gerere videbat, sibi et duci Lestkoni proponens in exemplum. Sed dum Lestko Albus peticionem ipsam velut frivolam et temerariam dampnaret, et plurimum ob id contra Swantopelkonem irarum conciperet, Swantopelkus repulsa irritatus ad defeccionem spectare cepit tributaque ex Pomerania Lestkoni Albo solvi solita mittere intermisit. Cuius rebellionem et contumaciam Lestko Albus antequam alcius serperet coalesceretque, in ipsis iniciis oppressurus, comunicato cum Henrico ⟨cum⟩[b] barba Slesie et Wratislauiensi duce (in quo rerum et accionum suarum ex familiaritate pridem contracta sumpserat locaveratque fiduciam) consilio aput Ganszawam[3] predium monasterii Trzemesznensis prope opidum Zneinam situm pro die sancti Martini indicit celebratque conventum, iubens Swantopelkonem Pomeranie prefec-

[a] *desideratur verbum,* habebat *cod. Rozr. edd.,* [b] *Dl. m. in ras.*

tum illi personaliter interesse, specie quidem, ut rebus publicis Polonorum velut *aut.*|497* monarcha provideat | et illis stabilimentum firmitatemque imponat, re autem vera, ut Swantopelkonem illuc sine suspicione advenientem opprimat corripiatque et *HPII*|224 terris Pomeranie, in quibus se admodum firmave|rat in suumque nomen milites iurare impulerat, sine bello et armis exueret. Verum Swantopelkus Pomeranie prefectus, ut erat vir et prudencia et calliditate rara pollens, conventum aput Ganszawam non contra alium, nisi se et suum periculum (prout erat) indictum ratus, omni humanitate abiecta, cum affine suo Wladislao Otthonis, in Lestkonis Albi et Henrici cum barba, quem cum Lestkone Albo venturum agnoverant, caput conspirant clandestinasque conflant insidias. Ad quas perpetrandas Wladislaus Otthonis Maioris Polonie dux, quamvis Lestkoni Albo et Henrico cum barba propinquo consanguinitatis gradu coniunctus, compertus est aspirasse, Swantopelkone Pomeranie prefecto ad permulcendum animum eius universi Regni Polonie principatum, Lestkone et Henrico sublatis, destinante[4]. Cum itaque ad diem sancti Martini constitutam Lestko Albus [c]⟨fraudem et dolum abesse putans, conficiende quoque rei et recuperande Pomeranie studio captus⟩[c] et Henricus cum barba [d]⟨Cunradus Masovie duces⟩[d] in Ganszawam pro tenendo conventu cum baronibus militibusque et frequencia hominum convenissent, et diebus aliquot cum Wladislao Otthonis Maioris Polonie duce in continuis de stabilienda inter eum et Wladislaum Magnum Lÿaszkonogi patruum suum, Gneznensem ducem, pace versarentur tractatibus [e]⟨in insidias precipitati sunt. Dum enim prefati duces a Pomeranis satisfaccionem de grassatur[is] et dampnis, que per frequent[es] insultus cum Wladislao Odonis in terris Polonie fecerant, peterent, alioquin iniurias propulsando minarentur terram Pomeranie hostiliter se invasuros⟩[e] Swantopelkus[f] Pomeranie prefectus venire differens, adventum suum duci et domino suo Lestkoni Albo intimabat, frequentibus nunciis [magis][g] explorande rei, que in Ganszawa gereretur, gracia quam pro sui excusacione transmissis[5]. Iam quarta, ex quo in Ganszawa duces convenerant, agebatur dies, et plurimarum rerum expedicione perfecta balnea ad curandum abluendumque corpora intraverant, cum subito Swantopelkus Pomeranie capitaneus opportunitatem temporis per exploratores sibi declaratam in suffragium sui doli habiturus [h]-⟨nusquam magis nocere se duci Lestkoni ratus, quam cum amicus

---

[c-c] *Dl. m. in marg.* [d-d] *Dl. m. superscr.* [e-e] *cf. adn.*[c-c], *verbis in extrema pagina scriptis partim abscisis* [f] *seq. notae inserendae signum erasum* [g] *cod. Reg., codd. XVI s., Ed. Dobr., desideratur in aut.* [h-h] *Dl. m. in marg.*

putaretur⟩[-h] cum gencium ex Polonis et Pomeranis collectarum multitudine supervenit, et hostiliter tam hospicia quam tabernacula ducalia et militaria irrumpens, singulos sibi resistentes obtruncat[6]. Cuius rei periculo duces in balneo consistentes intellecto, Lesᵗko quidem Albus velut corpore iuvenili vegecior de balneo exilit et equo a suis sibi ministrato, conscenso, versus villam Marczinkowo[7] paucis illum comitantibus fugere cepit. Quem Swantopelkus omnibus aliis preteritis velut predam dudum concupitam insectatus, suos omnes in illius necem ⦚ exhortabatur, asserens *HPII⦚225* omnem triumphum suum in illo uno corpore consistere. Itaque pauci a multis undique coarctati, quamvis diu satisque et strenue luctarentur, ad extremum tamen omnes una simul cum duce et domino suo Lestkone Albo a nephario proditore perimuntur. Tanta autem fuit Swantopelkonis et suorum ad delendum stirpem regalem[i] et eorum, qui secum una venerant ⟨rabies⟩[j], ut non solum in milites et armatos, sed etiam in nudos et eos, qui in balneo constiterant, sevirent. Henricus enim cum barba Wratislawiensis et Slesie dux a carnificibus in balneo comprehensus aliquot sauciatur vulneribus, qui et ipse tunc occubuisset, nisi miles suus vocatus Peregrinus de Veszinburk[8] mira fide miraque devocione in dominum et principem suum usus, corpus ducale suo tegens obstitisset; qui tandem multis vulneribus confossus in terramque procidens, etiam cadaver exanime in corpus ducale superiecit et uterque mortuus creditus, seviciam carnificum remisit. [k]⟨Maxime profecto et plus quam rare miles in principem suum fidei, qui occidendi principis in se necem transtulit et spontaneum se pro vita domini sui mortis constituit vicarium. Poterat et Lestko Albus dux Cracoviensis mortem evasisse, si eque fortem, eque fidum in sua cohorte iuxta ac dux Henricus nactus foret militem; cuius quidem militis Peregrini fidem extimare verbis arduum est, qui se primum vulneribus, deinde morti ipsi pro suo principe obiecit seque quam ducem suum occidi passus est, meritus, ut per omnium ora extensa laudacionis materia caneretur⟩[k]. Magna et in alios eo die, que fuit XIIII[a] Novembris[9], strages edita est, quasi illico Swantopelkus cum Wladislao Otthonis in Polonia essent regnaturi. Corpus Lestkonis Albi in Cracoviam per suos, | qui superstites remanserant, relatum, in ecclesia Cracowiensi cum maximo *aut.*|498* luctu planctuque sepulture mandatum est; [l]⟨Swanthopelcus non secus quam hoste, principe et domino suo ceso neque sceleris penituit, neque aliqua re funus suum cohonestavit[m] ab eo quoque die se Pomeranie principem legittimum gerere cepit[m]⟩[l].

[-h] *cf. p. 248* [i] *seq. vox del.* rabies [j] *Dl. m. superscr.* [k-k] *Dl. m. in marg. inferiore* [l-l] *Dl. m. in marg.* [m-m] *spissiore atram.*

Henricus lectica vectus Wratislauiam revertitur, de vulneribus inflictis brevi curatus, spectate fidei militem Peregrinum semper comendans, prolem suam larga extulit donacione. [n]⟨Interfuerunt autem huic colloquio in Ganszawa habito Vincencius Gneznensis archiepiscopus, Ywo Cracoviensis, Laurencius Wratislaviensis, Michael Wladislaviensis, Paulus Poznaniensis, Laurencius Lubuczensis episcopi[10], Guntherus electus Ploczensis et barones quam plurimi⟩[n]. }

*HPII 226* A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS OCTAVUS

*Cunradus Masoviae et Henricus cum barba Slesiae duces*
*pro tutoria et monarchia certant prope Cracoviam;*
*Henrico duplex victoria cessit,*
*quem Cunradus postea astu capit;*
*hunc beata Hedvigis uxor sua, Masoviam veniens,*
*consiliis suis liberat*
*et cedens de monarchia Cunrado etiam affinitatem cum eo iunxit*

Crudeli et infausta nece Lestkonis Albi per Swanthopelkonem Pomeranie prefectum de scitu et annuencia Wladislai Otthonis Maioris Polonie secuta, mox novum bellum novaque arma inter duces superstites, Cunradum videlicet Mazowie, germanum Lestkonis Albi, ab una et Henricum cum barba Slesie et Wratislawiensem, partibus ab altera concitantur utroque Polonorum monarchiam et Lestkonis puerorum curam ad se rapere festinanti[1]. Et Cunradum quidem Mazowie Lestkonis defuncti germanitas Henricum vero Slesie annositas, quod natu maior esset, et ducisse Grzimislawe relicte Lestkonis Albi, nonnullorum Cracowiensium baronum [a]⟨et signanter Marci Cracoviensis, Paccoslai Sandomiriensis pallatinorum [b]et cognatorum eorum[b]⟩[a] [2] partem ducisse Grzimislawe sequencium crebro ingeminate preces concitabant, que Cunradi Masowie ducis tirannidem perosa se filiumque parvulum Boleslaum et filiam Salomeam, et eius principatus atque terras in tutelam

---

[n–n] *Dl. m. adscr.* [a–a] *Dl. m. in marg.* [b–b] *spissiore atram.*

et gubernacionem Henrici Slesie ducis comendabat, petens se et parvulos a gubernacione Cunradi eripi et vindicari. Ex hac itaque occasione et causa civili et domestico inter duces prefatos ⟨bello⟩[c] subsecuto uterque cum gentibus ius suum armis defensurus, versus Cracouiam advenit factaque est provincia Cracowiensis sedes belli. Et arcem quidem et civitatem Cracowiensem ducissa Grzimislawa cum filio obtinebat, non permittens Cunradum et suos contingere illam[3]. Henricus vero Slesie dux duas novas municiones, unam videlicet prope opidum Skalam in colle, quem Prandnik fluvius preterfluit et cuius in hanc diem ostentantur reliquie, alteram in Mezbeze[4] erexerat, et forti presidio militum imposito, etiam universam Cracowiensem provinciam occupaturum se sperabat. Cunradus itaque Maszowie maximi momenti fore et ad victoriam spectare credens, si novas municiones per Henricum erectas deiiceret, ad oppugnandam municionem prope Skalam sitam copias ducit, ubi illi Henricus Slesie occurrens, durum prelium secum committit, et plurimis hinc inde *HPII 227*
cadentibus filius quoque Cunradi Maszowie Premislaus[5] adolescens inter primos pugnans occubuit[d], Cunradus signo receptui dato pro victo abiit, et laus victorie penes Henricum remansit. Cladem autem et ignominiam tunc acceptam Cunradus Maszowie dux correcturus, versus alteram municionem Mezboze, fortunam belli ex loco temptaturus[6], advenit. Sed fortuna sua cum loco mutata non est[7], maiori enim cede ab Henrico Slesie duce et suis [e]⟨prope villam Wroczirzisz⟩[e][8] conflictus, in proximas silvas et colles refugit, et utramque municionem inexpugnatam pluribus de suis aut occisis aut captis reliquit. Duobus adversis preliis Cunradus Mazouie dux ab Henrico Slesie fusus fugatusque in Maszowiam secesserat, ad reintegrandum de novo bellum milites in supplementum lecturus. Verum cum in eam miliciam egre et minus obedienter suos transire, tempus quoque estatis transfluxisse animadverteret, omnem apparatum bellicum | ad dolos et ingenia convertit, facilius se illis quam *aut.*|499**
armis ratus Henricum Slesie adversarium suum oppressurum. Iam siquidem Henricus Slesie debellatum, pro monarchia et Cracouiensi principatu, credens, filium suum Henricum cum copiis in Slesiam colonis ab utroque exercitu vexatis compassus, remittens, securus et tranquillus in Cracowiensi ducatu, fidos sibi et puros singulorum animos reputans, obversabatur. De quo Cunradus Mazouie dux ab exploratoribus cercior factus, in Cracouiensem provinciam advenit, et faventibus illi nonnullis Cracouiensibus militibus ad novandum res proclivis Henricum Slesie ducem in Spith-

---

[c] *Dl. m. in marg.* [d] t *littera in ras., seq. ras. aliquot litterarum* [e–e] *cf. adn.*[c]

kowicze[9] consistentem et audicioni misse deditum in ecclesia captivat et in Mazouiam ad castrum Ploczense et, ut alii asserunt, in Czirzsko[10] deportat captivatum. Verum cum Henricus filius suus, qui Annam Ottokari alias Przemislai Bohemie regis filiam[11] ex secunda uxore Constancia ex filia regis Hungarie[f] nomine genitam habebat in uxorem, et quatuor filios, videlicet Boleslaum[12], Wladislaum[13], Henricum[14] et Cunradum[15], et quinque filias, videlicet Hedwigim[16], Agnetem, Constanciam, Elizabeth et Gertrudim, ex eadem suscepisset, paternam liberacionem effecturus, grandem exercitum tam ex propriis militibus quam mercede conductis congregasset, hostili vastacione Mazouiam et Cuÿawiam, ni pater in libertatem restitueretur, invasurus, beata Hedwigis plurima mala, clades videlicet, neces, sanguinis Christiani profluvia, desolaciones, exustiones vastitatesque terrarum et agrestium
*HPII 228* pauperumque hominum oppressiones et angustias ex|inde orituras aversura, in Mazowiam se personaliter contulit, et Cunradum ducem Mazowie aput Ploczko, vel, ut aliis placet, aput Cruszwiczam et Czirzsko adiens, funestum Martem iam tonantem extinxit[17]. Ad eius siquidem conspectum Cunradus Mazovie dux omnem, qua flammabat, ferocitatem deposuit, et quasi victus quodamque terrore correptus omnibus suis votis et precibus se morem gesturum repromisit. At illa Deo inspirata non solum Henricum Slesie, virum suum, et Cunradum Mazowie duces dissidentes, prudentia, qua pollebat, reconciliavit, sed etiam affinitatis iura, quo inpost quietiores essent, inter ipsos connexuit. Cessit siquidem Henricus cum barba Slesie dux de iure monarchie et tutorie Cunrado, renunctians iuri[18], quod sibi in illis quesiverat, captivosque Cunradi libertati restituit, renunctiacionemque ipsam corporali firmavit iuramento; duas vero neptes suas, Henrici videlicet filii sui filias ex Anna filia regis Bohemie susceptas, videlicet Constantiam et Gertrudim, filiis Cunradi Kazimiro et Boleslao desponsat in uxores: Kazimiro Constantiam et Boleslao Gertrudim[19]. His itaque pactis et condicionibus et beate Hedwigis femine iam tunc in operibus famose meritis bellum acerrimum gestum et gerendum sublatum est, et Henricus Slesie ex captivitate solutus in Slesiam rediit, Cunradus vero Mazouie se et monarcham et puerorum Lesthkonis tutorem, Grzimislawa matre eorum nequicquam adversante repugnanteque gerere cepit. Gregorius tamen papa nonus Henricum Wratislauiensem ducem ab huiusmodi iuramento tamquam per vim exacto absolvit[20].

---

[f] *desideratur nomen,* uxore *perperam aut.*

In magna multitudine[21] et que vix estimari poterat, Thartari Russie terras ingressi plurima mala cede et flamma in illis committunt et universam terram Rzeszanska vastant, spoliant duceque Rzesanorum occiso etiam senes et impuberes necant, ceteram multitudinem captivam in servitutem abducunt, castraque conquisita incendunt. Neque his contenti iterum in anni huius hieme in terram Szuszdali adveniunt, et terra universa pervastata etiam Gregorium[22] ducem et filios eius pluresque alios Szuszdalorum duces interficiunt, et Wladimiro[23] duci castrum Rostow auferentes, arcem incendunt, et captivis plurimis atque predis pro libito pociuntur.

### *Fundatio monasterii ordinis Praedicatorum in Gdansk*

[g]VICESIMA tercia Ianuarii[24] Swyantkopelcus Pomeranie dux de consilio et assensu Michaelis Wladislawiensis episcopi fundat et erigit monasterium } ordinis Predica- *HPII*}*229*
torum sub titulo et } honore sancti Nicolai in civitate sua Gdanzk, et locum predictum libertatibus et privilegiis insignivit[g]. *aut.*|500**

P]RZEMISLAUS alias Ottokarus Bohemie rex valitudinarium et morti | proximum, se intelligens, filium suum Venceslaum ex Constantia sorore Bele Hungarie regis, quam legittima et priori uxore Adla vivente superduxerat, susceptum in ecclesia Pragensi in regem[25], consortem vero eius Kunegundim, Philippi ducis Swewie in regem Romanorum in discordia electi filiam[26], in reginam per Siffridum archiepiscopum Maguntinensem in dominica Quinquagesime ordinavit se spectatore inungi et coronari[h].

In villa Brzesko[27], opido Brzesko propinqua, ad fluenta Visle, monasterium fratrum ordinis Premonstratensis [i]fundat et in dotem illi confert villas et decimas, videlicet Brzesko opidum et villam[28].

G]REGORIUS[29] papa nonus beatam Elizabeth Andree regis Hungarie filiam et Ludowici lantgravii Thuringie relictam canonizat; cuius sacrum corpus Fridericus imperator Romanorum in Marpurg hospitali, quod vivens fundaverat et dotaverat, de tumulo associatis pluribus pontificibus et principibus cum magna solennitate et gloria levat, et pro testa capitis sui ornanda auream coronam donat.

[g-g] *eadem m. in marg. inferiore p. 496, adscr. data* M° CCXXVIII [h] *seq. lacuna pluribus vocibus inscribendis apta* [i] *desideratur subiectum;* fundatur... conferuntur *cod. Rozr., Ed. Crac.*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS VICESIMUS NONUS

*Ulturus Wladislaus Lyaskonogi iniuriam a Wladislao Ottonis acceptam, cum valido exercitu ipsum profligat et capit; qui tandem fugiens ad Swantopelkum ipsumque contra patruum ducens, prae terrore illum fugere cogit et omnes terras occupat*

Concordia[1] aput Ploczkam inter Henricum Slesie et Cunradum Mazowie per beatam feminam ducissam Hedwigim Henrici consortem et eius solertissimam interposicionem celebrata gravique et infausto bello civili extincto rursus aliud bellum inter Maioris Polonie duces, Wladislaum Laszkonogi[a] patruum et Wladislaum Ottonis nepotem exarsit. Proprio siquidem et externo milite Wladislaus Lyaskonogi
HPII 230 adiutus, venit contra Wladislaum Ottonis, iniuriam sibi anno superiori illatam ulturus. Nec Wladislaus Ottonis prioribus fidens successibus detractavit bellum, sed adventanti patruo cum suis militibus occurrit, et quamvis acriter pugnans, cum esset et robore et numero militum inferior, a Wladislao Laskonogi patruo suo victus, pluribus suis desideratis aut captis, etiam ipse Wladislaus Ottonis fugere e prelio turpe ratus, captus est et a patruo Wladislao Laszkonogi in vincula coniectus. Sed cum processu temporis favencium sibi suffragio captivitatem evasisset, in Pomeraniam ad Swyanthopelkonem uxoris sue fratrem, qui Lesthkone Albo aput Ganszawam occiso, tocius sibi Pomeranie dominatum usurpaverat, solacia ab eo instaurandi contra Wladislaum Lyaskonogi belli quesiturus, divertit. Qui non solum illi gentes suas Pomeranicas concessit, sed etiam personaliter cum eo contra Wladislaum Laskonogi venit. Quorum adventu Wladislaus Lÿaskonogi deterritus, cum in suis erga se fluxam et ambiguam nosset fore fidem, qui illum propter libidines et spurcicias suas ceterasque acciones principe indignas in livore habebant et contemptu, decernere cum adveniente nepote et hoste infesto, ne a suis desertus captivitatem incideret, non ausus, castris et municionibus in Maiori Polonia relictis discessit et in castrum Ratibor se recepit, a Kazimiro Myeszkowicz Rathiboriensi duce[2] amice habitus et exceptus. Propter quod Wladislaus Ottonis militibus et castris se illi prona et obsequenti voluntate dedentibus et propriam sortem rehabuit et patruelem occupavit.

---

[a] Lanszkonogi *aut.*

Habet et aliorum assercio, quod Wladislaus Laskonogi quintadecima Iulii fortiter dimicans succubuit et fugere turpiter confusus est coactus, pallatino Poznaniensi cum multis aliis interfecto[3].

*Ivo Cracoviensis episcopus gratus pontifici Romano Gregorio nono*
*pro rehabenda ecclesiae suae metropolitica dignitate*
*ad eum vadit omnibusque obtentis,*
*dum Romae exiret, Mutinae moritur;*
*cuius corpus per fratres ordinis sancti Dominici Cracoviam defertur*

C]RACOVIENSIUM antistes Iwo aliquot monasteriorum in sua diocesi, videlicet in Mogila, in Dlubnya, in Msthow, item hospitalis pauperum | in Cracowia, item *aut.*|501•• ecclesiarum parochialium in Dzyerzaszna, Wawrzinczicze et Dalyeschicze, sancti Pauli in Sandomiria fundator et dotator[4], splendorem metropoliticum ecclesie sue Cracouiensi ab aliis predecessoribus suis neglectam satagens restituere, optimum et oportunum tempus ratus, quo restitucio ipsa posset provenire, in Italiam ad Gregorium papam nonum, sibi } multipliciter propter comunionem familiaritatis et ami- *HPII*}*231* ticie in studio Parisiensi, dum ambos minor haberet status, contractam, favorabilem et affectum, se contulit, tirannidem etiam Cunradi Mazowie ducis, qui in Cracouiensi et Sandomiriensi ducatibus tutorio nomine principabatur, cum quo tum pro Ecclesie, tum pro militarium iniuriis in plures simultates devenerat, declinans[5]. Et cum papam Gregorium, cuius erat in studiis Galliarum aput Parisius[b] carus socius et singulari familiaritate obstrictus, in Perusio reperisset, maximo honore obviam illi multis prelatis mandato pape euntibus, et exceptus et habitus est, et dignitas et preeminentia metropolitica ecclesie Cracouiensis facile, Gregorio papa precibus suis morem gerenti, restituta[6]. Verum dum devocione ferventi provocatus optenta a Gregorio licentia Romam ad visitandum sanctorum limina venisset, febribus correptus est. A quibus nondum liberatus Roma egressus, et itineris labore et solis ardore ingravavit egritudinem. Et cum in Pristinum Burgum[7] devenisset, vicesima prima mensis Iulii, exactis duodecim in pontificatu annis moritur et in Mutinensi maiori ecclesia a familiaribus suis iusta funeri solventibus sepelitur. Ossa tandem

[b] Parusius *aut.*

eius post aliquot annorum spacium per fratres Predicatores domus Cracouiensis, quam, ut in superioribus narravimus, ipse fundaverat, ex Mutina Cracouiam afferuntur et in medio chori monasterii Sancte Trinitatis reconduntur.

Frequens Thartarorum multitudo in Szmolnensem et Czirnyeowiensem regiones adveniens, eas crudelissima cede, nulli parcens etati, quatit et pervastat[8]. Castris autem et fortaliciis plurimis, ex quibus et duces et militares diffugierant, consistere in illis non ausi, potita, ea incendit. Et nullam resistenciam sentiens, singulis a facie eorum in paludinosa et invia silvestriaque loca se subducentibus, onusta captivorum multitudine atque preda in sua revertitur.

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS

*Mortuo Ivone biennio vacat Cracoviensis sedes propter schisma; tandem pontifex Vislao canonice electo ad preces ducis Henrici providit; et ecclesia Cracoviensis comburitur*

Optimo et heroice condicionis viro Ywone Cracouiensis ecclesia destituta viduataque pontifice, cum pro illius morte singulari confecta esset anxietate et merore, HPII§232 duplicem super hec miserabilem et detestandum casum § excepit: divisionis unum, conflagracionis alterum. Quamvis siquidem capitulum Cracouiense de substituendo altero episcopo Vislaum canonicum Cracouiensem et natione Polonum, genere nobilem de armis Zabawa[1], vite quoque spectate et doctrine elegisset, Radulpho tamen cantore Romano[2] et magistro Andrea canonico[3] electioni sue quamvis canonice adversantibus, ingens et monstruosa divisio in ecclesia Cracouiensi integro vigebat biennio[4]. Prefatus enim magister Andreas, qui cum Ywone episcopo Italiam transierat, assistente sibi Rudolpho Romano, optinuit sibi de episcopatu Cracouiensi per papam provideri, et ob hoc causa Vislai comissa et per biennium pendente differtur consecracio. Sed Henrico duce Cracouiensi et Wratislauiensi, qui Cracouiensem ducatum, absolutus a papa de iuramento, recuperaverat, interposicionem suam aput papam faciente, eleccio confirmatur Vislai, provisione magistri Andree cassata[a]; propter quam et confirmacio Vislai aput Sedem Apostolicam et consecracio ex huius-

[a] cessata *aut.*

modi causa fuit per biennium non sine maximo ecclesie Cracoviensis dispendio et substantiarum evisceracione impedita et protelata. Vislaus prefatus episcopus de domo Zabawa fertur fuisse, et ecclesiam parochialem in Kosczyelyecz prope Proschowicze[5] pulcro petre | tabulatu, quod villa ipsa patrimonium suum fuerat, edificasse. *aut.*|502** Cuius progenitores, quia ex terra Pomeranie in Cracouiensem advenerant, pro advenis habebantur, et maior invidia Vislao in sua eleccione propterea oriebatur. Dum insuper sub hac contencione turris ecclesie Cracoviensis sumptibus Ywonis episcopi et sui testamenti executorum solicitudine plumbo tegeretur, operario negligentius ignem tractante, carbo ignitus ex foco fortuito decidit, et proxima laquearia arida reperiens facile nocte incendit, universamque ecclesiam, roboratum ignem pluribus mortalibus nequicquam contingere aut inhibere audentibus, conflagravit[6].

Wladislaus[7] dux filius Oddonis assumptis sibi in auxilium quibusdam Polonie militibus, et signanter Albrachto et Laurentio filiis Iohannis, monasterium insigne Mogilno spoliat, predatur et devastat, ostendens se et a sanguine et a moribus priscorum regum, principum et heroum Polonie magnopere degenerasse [b]⟨cum monasteria ab ipsis fundata ipse deleret⟩[b].

Decimo octavo Kalendas Ianuarii[8] Przemislaus alias Ottokarus Bohemie rex moritur et in Pragensi maiori ecclesia sepellitur; cui filius suus Venceslaus biennio ante iubente patre coronatus successit. ⦚

*Cunradus Masoviae dux a Pruthenis lacessitus,* *HPII*⦚*233*
*vocat Cruciferos et illos primum in Dobrzin locat;*
*postea vero Culmensem et Lubawiensem terras*
*certis conditionibus per eos non servatis donat cum maximo Polonorum malo*

Prussie[c][9] populis in Regnum Polonie barbaricam feritatem per clandestinas et subitas invasiones et incendia abductionesque personarum utriusque sexus in servitutem perpetuam evomentibus Cunradus Mazouie dux cum terras suas haberet cum eisdem barbaris vicinas et conterminas multipliciter gravatus et afflictus, septem

---

[b-b] *Dl. m. adscr.* [c] Prima inductio ordinis in Prussiam *m. XVI s. in marg.*

fratres Cruciferos de domo Theotunica ordinis Sancti Sepulcri Dominici Ierosolimitani, quorum Hermannus Balke de Salcza[10] primicerius et magister habebatur, in sui solacium ex Almania, de consilio Cristini episcopi Culmensis, viri religiosi de ordine Cisterciensi, accersiit. In primario quoque eorum adventu in castro Dobrzin, a quo fratres Dobrzinenses appellati sunt, ipsos locat[11]; processu vero temporis eis castrum et opidum Nyeschow cum villis Murzinow[12], Orlow[13] et cum suis attinenciis donat, largitur et consignat. Cum autem aliquot secundis preliis usus adiuvantibus illum fratribus Cruciferis stragem ingentem in Prutenos edidisset, precibus assiduis Henrici cum barba Wratislaviensis et Slesie ducis persuasus[14], de consilio consortis sue ducisse Agafie[d] et filiorum suorum Boleslai[15], Kazimiri[16] et Semoviti[17] nec non prelatorum et baronum terrarum suarum, videlicet Gunteri episcopi Ploczensis, Michaelis episcopi Cuyauiensis, Cristiani episcopi Culmensis, Pacoslai comitis Derszouiensis[18], terras Chelmensem et Lubawie infra fluvios Ossam, Drwanczam et Wrolam[19] sitas, in quibus barbari Rogow[20] castrum et opidum et alias municiones occupaverant, eis inscribit et donat, licet de facto, non de iure, cum in preiudicium Regni Polonie donacionem ipsam Cunradus dux non poterat aliquatenus fecisse. Que quidem donatio etsi pro ea tempestate videbatur salutaris, expost tamen Cruciferis ad occupandum terras residuas Regni Polonie semper anhelantibus, maxima Christiani sanguinis, Polonis sedes suas naturales defendentibus, secuta sunt profluvia et cedes etiam relatu horrende commisse. Nec inter reges et duces Polonie preter prefatum Cunradum extat alius, qui per donacionem terrarum predictarum Nyeschowiensis et Chelmensis, et vocacionem Cruciferorum maiorem cladem maioremque pestem ad Polonie Regnum invexerit maioribusque bellis Polonos involverit. In ea autem terrarum Culmensis et Lubawie per Cunradum Mazowie et Cuyawie
*HPII*|234 ducem donacione fratribus Cruciferis facta id primum et precipue fuit cau|tum, et ad id se tam magister Hermannus quam fratres Cruciferi patentibus literis astrinxerant, quod Pruthenice terre et cuiuslibet alterius sub barbaris conquirende
*aut.*|503* possessio debebat inter Cunradum Mazowie et Cuyawie ducem suosque[e] | filios et successores Polonie principes, et magistrum atque ordinem Cruciferorum ex equo partiri, et terrarum Culmensis et Lubawie donacio terra Prutenica conquisita irritari et ad Cunradum ducem suosque successores pleno iure devolvi[21]. [f]-⟨Ordinacio quoque ipsa et condiciones ei apposite literarum apicibus fuerunt firmate, et per

[d] Agasie *aut., codd. et edd.* [e] *in aut. seq. verba* filios et [f-f] *Dl. m. in vac.*

nonnullos fide dignos viros aput Ploczenses duces et eorum cameras vise sepius et tractate⟩[-f]. [g]⟨Reliquit autem Hermannus de Salcza magister ordinis in locum suum fratrem Cunradum de Landisberg[22], qui cum auxilio ducis Cunradi Masovie et gencium suarum in litore Wisle in loco ediciori edificavit castellum, quod vocavit Vogilsang[h] [23], ex quo cepit Prutenos impetere et eorum subitas incursiones prohibere⟩[g]. [i]⟨Consultanti autem super donacione terre Culmensis Cruciferis facienda Cunrado Maszovie duce fabula a Trogo[24] descripta et pene in simili eventu, dum Massiliensium fundaretur civitas, ab uno regulorum in coniectura perspicacissimo, a consiliariis Polonicis in detractacionem eorum, que conceperat, obiicienda erat. [j]Canem aliquando partu gravidam locum a pastore precario petisse, in quo partum effunderet. Quo optento iterum solicitasse, ut sibi educare in loco teneros partus liceret, ad postremum adultis catulis fultam domestico presidio proprietatem loci hero suo excluso vendicasse[25]. Nec secus Cruciferos egisse, qui suos fundatores sedibus eorum exclusos, regiones eorum per fas et nefas occupare non pudebant[j]⟩[i].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS PRIMUS

*Wladislaus Lyaskonogi dum diu castrum Gnesnense obsidet,*
*in Srzoda nullo relicto haerede moritur;*
*cui in omnibus Wladislaus Ottonis dux succedit*

Moram[1] sue expulsionis et exilii, que in quartum iam annum tendebatur, a Wladislao Otthonis Kalischiensi duce germano nepote patratam, per quam et ducatu suo et rebus quibuslibet exutus erat, Wladislaus Lyaskonogi Poznaniensis et Maioris Polonie dux moleste ferens, et propriorum militum, qui ad eum sub exilii tempore defecerant, et aliquorum voluntariorum, aut ere alieno aut iudiciis dampnatorum, nactus solacia, ex Rathiboriensi { opido, in quo miserabile illud exilium *HPII{235* hactenus egerat, discedens, versus Maiorem Poloniam contendit et castrum Gnezna,

[-f] *cf. p. 258* [g-g] *alia m. XV. s.* [h] *Ed. Crac.,* Nogilsang *perperam aut.* [i-i] *Dl. m. adscr.* [-j] *spissiore atram.*

quod sui iuris sueque sortis erat, obsidione vallavit, sperans non illud solum, sed et castra reliqua se per dedicionem brevi recepturum. Verum cum spes non respondisset, et strenue militibus Wladislai Otthonis castrum Gneznense defendentibus, obsidio in duos menses pertracta esset, infra quos nemo ex militibus et subditis suis notatus est ad Wladislaum Lyaskonogi, omnibus turpes et fedos mores suos abhorrentibus, defecisse, fama quoque non temere orta vulgatum proditumque foret Wladislaum Otthonis ducem cum Swantopelkone Pomeranie domino, socero suo, et validis suis et exterorum copiis pro ferenda obsessis ope propediem adventare, tristis et gemens fortunamque suam carpens inexpugnato castro Gneznensi, pro cuius expugnacione tam vires quam ingenia intenderat, aliquot de suis militibus ammissis obsidionem solvens discessit et in solitum exilii sui locum Rathiboriam remeavit ⟨et⟩[a] anno eodem [b]⟨quintodecimo Kalendas Septembris in opido Srzoda⟩[b][2] tam merore quam consciencia actorum facinorum gravatus, fato subtractus est et aput Rathiboriam [c]⟨vel ut aliis placet, in monasterio Lubinensi⟩[c] sepultus nulla stirpe derelicta[d]. Ex cuius morte plena sui principatus possessio ad Wladislaum Otthonis velut nepotem germanum transiit. Ipse quoque Wladislaus Otthonis dux utrumque ducatum, Poznaniensem videlicet et Calischiensem, et omnem Maioris Polonie oram pacifice et absque omni insidiarum et defeccionis respectu possidere cepit.

### *Cunradus Masoviae dux aedificat Thorun et alias arces contra hostes suos Pruthenos*

[e]–⟨C⟩UNRADUS[3] Masowie dux cum fratribus Cruciferis et nonnullis peregrinis in suum solacium advenientibus, ut amplior et efficacior Prutenis barbaris opponeretur resistencia, in arbore quercus castrum edificat, et presidio tam fratrum Cruciferorum quam propriorum militum imposito Prutenos cepit a vastacione terrarum suarum cohibere. Locavit et tunc civitatem Thorun, quam postmodum in apciorem transtulit locum[4]. Pruteni vero barbari in eorum presidiorum, que Cunradus dux edificaverat, destruccionem duo castra erigunt, unum iuxta Wislam ultra Thorun, quod vocabant
*HPII 236* Rogow, aliud iuxta Thorun in loco, ubi nunc antiqua Culmensis [civitas][f][5] { extitit.

[a] *Dl. m. in ras.* [b–b, c–c] *Dl. m. in marg.* [d] Wladislai Laskonogi interitus *m. XVI s. in marg.*
[e–e] *alia m. XV s. in vac. atque in marg. inferiore.* [f] *cod. Rozr., Ed. Crac., desideratur in aut.*

Fabricat et terciam municionem in lacu Pipinus Prutenus Christianis infestissimus, que etiam in diem hanc Lacus Pipini[6] dicitur. Omnia tamen castra predicta infra paucos dies per Cruciferos fratres et Polonorum milites fuerunt expugnata, et Pipinus captus. Qui ventre a⟨per⟩to[g] ad arborem per circuitum usquequo evisceraretur, agitatus, vecordie sue penas dedit⟩[-e][7]. |

### *Friderici Austriae ducis expeditio in Bohemiam*

F]RIDERICUS Austrie dux[8] ultum iri satagens iniurias, quas patri suo et ducatui *aut.*|504* Austrie Wenczeslaus Bohemie rex intulerat, cum potencia exercituum suorum Bohemiam invadit; quem in id bellum proficiscentem Przemislaus marchio Morawie[9], germanus Wenceslai Bohemie regis, cum eodem Friderico Austrie duce confederatus, item Ottho Morauie dux[10], item Henricus germanus ducis Morawie marchio de Verd[11], item Ebrehardus episcopus Bambergensis[12], item Bertholdus patriarcha Aquilegiensis[13], etiam germani ducis Morawie, filii Bertholdi ducis Meranie, et fratres germani beate Hedwigis, consortis Henrici Wratislaviensis et Slesie ducis, cum suis gentibus comitabantur. Tantus autem et tam fortis exercitus, cui Bohemie rex Wenceslaus imparem se videns, resistere et cum illo decernere non audebat, cum et ex Bohemis plures sibi sciret parum fidos, et Przemislonis marchionis Morawie partibus faventes uno duntaxat castro Wetaw[14] expugnato et nonnullis dampnis irrogatis propter infirmitatem Friderici Austrie ducis, qua subito correptus est, in propria parum operatus rediit.

### *Guntero episcopo Ploczensi Petrus succedit; Vislaus in episcopum Cracoviensem consecratur*

GUNTERUS episcopus Ploczensis cum sedisset annis quinque in Vienna ⟨Austrie⟩[h], [i]⟨Romam pergens⟩[i] moritur [j]⟨et illic sepelitur.⟩[j][15] Cui Petrus dictus Romanus[16] successit [k]⟨canonicus Ploczensis per canonicam eleccionem, de domo Polukoza⟩[k].

---

[-e] *cf. p. 260* [g] per *litterae Dl. m. in ras.* [h] *Dl. m. superscr. nitidiore atram.* [i–i, j–j] *Dl. m. in marg.* [k–k] *Dl. m. adscr.*

[1]⟨Vislaus[17] electus Cracoviensis consecratur in episcopum Cracoviensem per
HPII 237 Fulkonem Gneznensem archiepiscopum in ecclesia Cracoviensi sublato { discidio, quod biennio inter eum et [m]filium Clementis[m] magistrum[n] Andream canonicum Cracoviensem, de nacione[o] Griffonum[p], [q]viguerat[r] Gregorius enim papa nonus eidem Andree Rome presenti iure suo de Cracoviensi episcopatu providerat. Henrico tamen Wratislaviensi duce et Cracoviensi interposicionem faciente ad papam eleccio Vislai confirmatur provisione Andree cassata[q]⟩[1].

A]NDREAS Hungarie rex et beate Elizabeth pater cum annis triginta Hungarie Regnum sub tranquillo et felici regimine tenuisset, moritur et in monasterio de Egrus sepelitur[18]. Cui Bela filius eius maior natu successit, pridie Idus Octobris in Alba Regali diademate insignitus[19].

### *Fundatio monasterii fratrum Praedicatorum in Posnania*

[s]⟨U]NDECIMO[t] [u]Kalendas Novembris[u] Paulus Poznaniensis episcopus cum consensu capituli sui fundat monasterium fratrum Predicatorum[20] in Srzodka[21] ad sinistram vie, que ducit de Srzodka in Glownyam[22], a regione ecclesie Sancte Margarethe⟩[s].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS SECUNDUS

### *Wladislaus Plwacz Maioris Poloniae dux multa ecclesiis Gnesnensi et Posnaniensi dedit privilegia atque libertates*

Beneficia Divina[1] Wladislaus Otthonis, qui et Plwacz cognomen a nimio sputamine sortitus est, Maioris Polonie dux frequencius in eum, et in dire captivitatis evasione, et in hostium debellacione collata repensurus, cum et ex obitu patrui

---

[1–1] *Dl. m. in vac.* [m–m] *in ras.* [n] *vox in marg. adscr.* [o] *seq. ras. aliquot litterarum del.* [p] Griffo *litterae in ras.* [q–q] *nitidiore atram.* [r] *in aut. seq. vox superflua* biennio [s–s] *Dl. m. in vac.* [t] Fundacio monasterii fratrum Predicatorum in Poznania *Dl. m. in marg.* [u–u] *spissiore atram.*

sui ducis Wladislai Lÿaskonogi quies optima et principatuum amplitudo, et ex consorte legitima, Swantopelkonis Pomeranie ducis sorore[a] duo elegantes filii Przemislaus primus et Boleslaus Pius, rarum quidem, sed multiplex bonum provenisset, duabus ecclesiis katedralibus, Gneznensi videlicet et Poznaniensi, sub dicione sui ducatus consistentibus magnas libertates, immunitates et privilegia donavit et concessit, absolvendo prefatarum ecclesiarum villas habitas et habendas et earum incolas ab omni solucione, servitute, dacia et onere, que olim duci et eius camere prestabantur, et ab omni sua suorumque palatinorum, castellanorum, iudicum et ⸾ officialium a qualibet ordinaria et extraordinaria iurisdiccione et omne ducale ius, quod sibi in bonis ecclesiarum prefatarum actenus competebat, in Petrum Gneznensem archiepiscopum et Paulum Poznaniensem episcopum eorumque successores conferens et transfundens, potestatem etiam monetam fabricandi et venaciones in bonis ecclesiarum exercendi, quod soli tunc congruebat principi, utrique pontifici attribuens. Donavit preterea Poznaniensi ecclesie et eius episcopo Paulo villam Sulkowa Krobÿa[2], largos habentem introitus; quapropter[b] paternum corpus | Otthonis ducis et Boleslai Magni primi regis, et aliorum regum Polonie cadavera in ea condita, in qua et ipse sepulturam sibi destinabat, huiusmodi singulari donacione voluit amplius efferre.

*HP II ⸾ 238* · *aut.* | 505*

### *Laurentio episcopo Wratislaviensi succedit Thomas, et Vincentio archiepiscopo Gnesnensi Petrus*

L]AURENCIUS Wratislauiensis episcopus cum annos quinque et viginti sedisset, [c]⟨septimo Idus Iunii in Prichow⟩[c] moritur et in ecclesia Wratislauiensi sepelitur[3]. In cuius locum Thomas Polonus nacione[4] et genere nobilis per eleccionem canonicam substitutus est et per [d]⟨Vincencium archiepiscopum⟩[d] confirmatus. Qui non solum propter nobilitatem generis [e]⟨de stirpe enim Koszlyarogy ducebat genus⟩[e], sed etiam propter sciencie et prudencie raras, quibus clarescebat, dotes, opinione et fama aput proprios et finitimos celebris, in arcem pontificalem sublimari promeruit. [f]⟨Accidit autem prefato Laurentio mors non vulgaris: ex assiduo siquidem et nimio rosarum odoratu morbum rheumatis incurrens, curari non poterat⟩[f].

---

[a] *cod. Rozr., edd.,* filia *perperam aut. (cf. tamen supra p. 247)* [b] quam propter *aut.* [c–c] *Dl. m. in marg.* [d–d] *Dl. m. in ras.* [e–e] *cf. adn.*[c–c] [f–f] *Dl. m. adscr.*

V]INCENCIUS Gneznensis archiepiscopus cum annos prope duodecim sedisset, moritur[5] et in Gneznensi ecclesia sepultus, per eleccionem canonicam Petrum[6] habuit successorem. Eadem etiam mortis condicione Guntherus Ploczensis episcopus annis quinque in pontificatu exactis absumptus est. Qui Cruciferos in subsidium contra Pruthenos acciri et eisdem terram Chelmensem donari consensit. Cui Petrus successit[g]. {

*HPII}239* A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS TERCIUS

*Milites Maioris Poloniae*
*exacerbati in principem propter libertates ecclesiasticas rebellant*
*et Henricum cum barba vocant, qui occupat omnem Poloniam*
*fugiente Wladislao ad Swantopelkonem socerum*

Devocio et liberalitas Wladislai Otthonis Maioris Polonie ducis in Gneznensem et Poznaniensem ecclesias exhibita, mentes et pectora baronum et satraparum Maioris Polonie tam ingenti anxietate et livore exacerbavit confecitque, ut primum occisionem illius conspiracione clandestina multipharie molirentur[1]. Sed cum insidie in illum instructe spei eorum et intencioni non respondissent, Wladislao | duce machinaciones illorum solertissime devitante, in apertam rebellionem versi Henricum cum *aut.*|506*

---

[g] *in aut. seq. nota del.* M]AGISTER Cruciferorum Hermannus Balge castro novo in quercina arbore in insula, quam Wisla fluvius utrobique ambit, prope vetus Thorun utcumque poterat extructo et vocato Avium Cantus, in Almanico Vogilzank, cuius in hodiernum nec vestigia videri possunt, castrum Rogow in terra Culmensi, quod a quodam Prutheno Pipino nomine tenebatur, circumsidet et in particulari certamine a burgrabio capto, ut vita ei servaretur, et opidum et castrum proditum est et Pipinus illic repertus in patibulum actus est. Arx vero cum opido una igne conflagrata, *quae paucis mutatis ad a. 1231 (p. 507) repetuntur. Item* C]UNRADUS Masowie⟨cum suorum ducatuum et Cracoviensium gente⟩ Henricus cum barba Wratislauiensis et Swantopelcus Pomeranie duces cum eorum exercitibus Prussiam ingressi territorium, quod Reszin dicitur, cedibus et igne vastabant. Contra quos venit exercitus Prutenicus et congressu facto Pruteni victi sunt, fugientibus autem Swantopelcus cum suo exercitu preclusit itinera et cedes maior quam pro numero edita est et quinque Prutenorum milia cesa et ⟨castrum⟩ Radzin ⟨per⟩ duces et ⟨gentes eorum⟩ edificatum, *quae ad a. 1234 (p. 507–508) denuo referuntur, cf. Zarembina p. 26.*

barba Wratislawiensem et Slesie ducem, quem sciebant Wladislao Otthonis duci suo propter vulnera aput Ganszawam in occisione Lestkonis Albi Cracowiensis et Sandomiriensis ducis accepta hostem infestum, adeunt et sibi principatus Maioris Polonie tradituros in eiusque dicionem et obedienciam se universaliter transituros castraque et municiones consignaturos repromittunt. Dedicionem autem terrarum Maioris Polonie tunc sibi impensam Henricus cum barba Slesie dux, vir alioquin devotus, religiosus et iustus, quamvis novisset iniustam et ex iniusta et iniqua livoris radice coortam, contra femine sancte Hedwigis consortis sue persuasum non est aspernatus, ut per occasionem ipsam iniuriarum suarum et vulnerum a Wladislao Otthonis, quem illius stragis et tradimenti in Ganszawa commissorum constabat principalem fuisse comentatorem, posset comodius penas meritas exigere. Quapropter exercitu non mediocri ex propriis et auxiliariis congesto hostiliter terras Maioris Polonie, eas utcunque occupaturus ingreditur. Sciens autem et probe noscens Wladislaus Otthonis animos suorum militum a se alienatos sibique adversos et infestos esse, cum Henrico duce Slesie velut cum potenciori congredi veritus, ne a residuis militibus, qui in partibus suis remanserant, aut proderetur aut desereretur, in castris se continuit et castris Bnÿn[2] et Srzem[3], ne per Henricum occuparentur, crematis castrum Gneznense forti et fideli militum presidio comunivit[a], et ad socerum suum Swantopelkonem dominum Pomeranie in Pomeraniam divertit. Quapropter castra et civitates principales Maioris Polonie, Poznaniensis, Calischiensis, Pisdrensis, Srzedensis, item castrum Bÿechow[4] per barones et milites Maioris Polonie duci Henrico cum barba deduntur et consignantur[5]. Qui illorum possessionem nactus, etiam *HPII 240* castra demollita et conflagrata, videlicet Srzem et Bnÿn, reficit et reparat militibusque et defensoribus fortibus comunit[b] datque castra ipsa nepoti suo germano ex sorore, filio Dipoldi marchionis Morawie Borziwoÿo[6] in tenutam, ut ex illis quoscunque rebelles et inobedientes in terris Maioris Polonie cogeret in suam dicionem, obedientes vero et deditos in fide contineret. Prefatus siquidem Dipoldus Morawie marchio a Wenceslao Bohemie rege re et cognomine monoculo, fratre suo, ex Morawia pulsus, in Hungaria consenescens obiit. Mater vero eorum Adleÿdis soror[c] Henrici cum barba post mortem mariti ex Morawia per eundem Wenceslaum regem Bohemie eiecta[7] in paternam domum cum quatuor filiis[8], videlicet Borziwogio, Boleslao, Przemislao et Dipoldo reversa est. Et marchionissa quidem Adleÿdis in mona-

[a] *corr. e* comm– [b] *cf. adn.*[a] [c] *Ed. Crac.*, filia *aut., sed cf. supra p. 180*

sterio Trebniczensi degens, mortua est, cuius cineribus alter filiorum Przemislaus brevi matrem secutus, appositus; ultimus filiorum Boleslaus sortem clericalem optimam ducens, canonicus Maÿdburgensis effectus, reliqui duo, Boleslaus et Borzislaus[d], apud avunculum ducem Henricum militarunt.

[e]⟨Wladimirus Kyoviensis dux[9] veritus ritum suum Grecum per fratres Predicatores, videlicet Martinum de Sandomiria[10] priorem Kyoviensem et alios fratres eius, utpote viros religiosos et exemplares pessundari et confundi, prefatos fratres de ecclesia Sancte Marie in Kyow ordini prefato consignata, et circa quam habebant conventum[f], et expellunt redeundi facultate eis interminata⟩[e].

*Cunradus dux Masoviae Boleslaum nepotem iam adultum et ad monarchiam aspirantem cum matre captivat et primum in Czirsko, postremo in Szyeczyechow concludit*

E]PHEBORUM[11] etate Boleslaus, qui Pudicus appellari meruit, Cracouiensis et Sandomiriensis dux, filius Lestkonis Albi, transacta (annum prope quartum decimum attigerat[g]) et tam sue genitricis ducisse Grzimislawe quam Cracowiensium et Sando-
aut.|507** miriensium procerum, precipue tamen Vislai Cracowiensis episcopi | instigacione frequenti et persuasu, tutoriam patrui sui Cunradi Mazouie ducis, sibi et ducatibus
HPII}241 suis plurimum perniciosam et dampno}sam excutere et se in libertatem vindicare destinabat. Verum Cunradus Mazouie dux tutoriam sibi a nepote eripi et consuetis introitibus se plurimum dolens spoliari, tam ducissam Grzimislawam quam nepotem ducem Boleslaum Pudicum ad colloquium amicabile, quasi de rebus publicis suorum principatuum tractaturus, invitat, captivat, et in Mazoviam deductos primum in Czirnsko castro suo forti includit, exprobrans tam matri quam filio precipitanter nimis et immature ad principandi auctoritatem aspirasse. Deinde illos in Syeczyechouiense castrum supra fluvium Visla in diocesi Cracouiensi situm transportat et arte deputat custodie. [h]–Thezauri sibi omnem diripit suppellectilem et ad principatus

---

[d] i *littera superscr.* [e–e] *Dl. m. in vac.* [f] *verba aliquot excidisse videntur* [g] e *littera prima paene erasa*
[h–h] *altera textus praecedentis recensio esse videtur*

suos occupandos et ipsum e vita exterminandum magno conatu intendit. Unde et illum arte aput Czirsko includit custodie, et principatum eius precipit occupari. Interim Wladislaus Gneznensis dux peticione et consilio Marci pallatini Cracouiensis[12] inductus persuadet duci Cunrado, ut animo lenitatis nepotem pertractet, nec aliquid in vitam suam aut suorum presumat machinari. Qui, ut erat consiliis tractabilis, in cenobium Syeczyechouiense eos transmittit sub diligenti custodia ibidem detinendos, donec deliberet, quem finem presenti negocio imponat[-h].

Interea Boleslaus[13], filius senior Cunradi Mazouie ducis, terram Sandomiriensem potencialiter ingreditur, et tanquam vacantem occupat fautores quidem muneribus demulcens et promissis, contradictores vero emisso edicto proscribens, bona eorum diripiens et dissipans, coegit exulare. Quorum quidam in Russiam alii, alii in alias partes, timore mortis fugientes, diverterunt, misericordiam Dei implorantes, ut tirannidem Boleslai ducis deprimeret, orphani captivi et desolati misereatur.

### *Canonisatio sancti Dominici*

[i]G]REGORIUS papa nonus beatum Dominicum, ducem et institutorem ordinis Predicatorum, Bononie sepultum, pluribus declaratum et choruscantem miraculis Reate canonisat et sanctorum asscribit katalogo[j], a morte eius anno undecimo[i] [14]. |

MAGISTER Cruciferorum Hermannus castro altero Qwyedzin[15] in terra Culmensi edificato castrum Vilna[16], quod in vicinio sittum erat, a Prutenis oc|cupatum et *HPII|242* edificatum processu temporis expugnat et conquirit, et milites Pruthenorum, qui in presidio illius fuerant, captivat.

---

[-h] *cf. p. 266* [i-i] *in aut. post* negocio imponat *in textum praecedentem non satis apte insertum* [j] kat *litterae in ras.*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS QUARTUS

*Cunrado Pruthenis subiugandis occupato Boleslaus Pudicus dux captivitatem evadens, ad Henricum cum barba aufugit; cuius auxilio Cracoviam veniens, terras suas recuperat et quiete possidet sub tutoria Henrici ducis*

Infidelium[1] Pruthenorum terras vastaturi et barbaricam illam nacionem et genus ad cultum religionis nostre reducturi, Cunradus Mazovie et Cuyawie dux non ex propriis solum Cuyawie et Mazouie, sed ex Cracouiensi et Sandomiriensi, quas pupillari et tutorio nomine Boleslai Pudici nepotis sui tenebat, terris, Henricus Wratislaviensis filius sancte Hedvigis, Wladislaus Ottonis Maioris Polonie, Swyanthopelk et Sambor germani, Pomeranie duces validum exercitum validosque equestres et pedestres copias, nunquam alias in terris Prussie visas, congerentes, in terram Prutenorum Ossa fluvio superato, comitantibus et adiuvantibus illos magistro Hermanno et fratribus ordinis Sancte Marie Theutunicorum, quos, ut in superioribus premisimus, Cunradus dux ipse in sui auxilium contra prefatos Prutenos clandestino et tumultuario bello terras suas affligentes acciverat, summi pontificis Gregorii noni specialibus literis[2] admoniti, hiemali tempore Swyanthopelkoni duci cura tocius exercitus commissa descendunt, et duobus mensibus terram Pruthenicam in girum ignibus, flammis et spoliis devastantes, cum Pruteni decernere et congredi non ausi pugnandi copiam non facerent, cede de quinque milibus barbarorum edita, et castro Radzin, quod magis katholicis imminebat, sub Prutenis conquisito et propriis militibus locato, civitate quoque Qwyedzin locata, in propria ferentes multitudinem captivorum et spoliorum redigerunt[a]. Sub ipso vero tempore[3], quo Cunradus Mazovie dux bello Prutenico occupatus erat, Boleslaus Pudicus Cracoviensis dux, qui una cum genitrice sua Grzimislawa ducissa, Albi Lestkonis relicta, captivitatis molestias in Syeczyechouiensi castro anno uno et paulo amplius pertulerat, benefitio Nicolai Gallici abbatis Syeczechouiensis[4] ordinis sancti Benedicti evasit, qui castri Syeczechouiensis vigilibus ceterisque capti ducis Boleslai custodibus tam pe-

[a] *i.e.* redierunt *(ita Ed. Crac.)*

cunia quam promissis corruptis ducem Boleslaum et du§cissam Grzimislavam solvi *HPII§243*
obtinuit. Gracia | siquidem Dei, que subvenit in periculis et in necessitatibus labo- *aut.|508***
rantibus, oppressionem dure captivitatis prefati Boleslai cum matre misericorditer prospiciens, consilium inspirat N[icolao] abbati et quibusdam aliis eos liberandi. Nam cum quadam nocte custodes epulis delibuti, potu repleti, securitate dissoluti, solitarum vigiliarum excubias intermisissent, Boleslaus dux cum matre intempeste silencio noctis eveccionibus clamculo preparatis claustrum egreditur. Cui captivitatem evadenti duo castra, Sandomiriense videlicet et Zauichostense, ultro tradita sunt. Quibus forte imponens presidium, non audens in terris propriis consistere, ne alteram captivitatem experiri (dux enim Cunradus principaliora in Cracouiensi et Sandomiriensi ac Lublinensi terris castra in dicionem Mazouitarum contradiderat) cogeretur, in Slesiam et Wratislauiam ad ducem Henricum cum barba, tercio affinitatis gradu per lineam directam sibi coniunctum, refugit. Qui exulem et fugitivum blande et comiter suscipiens omni honore et humanitate tractavit omniaque de se bene sperare iussit. Qui dum se iuvari et in principatus suos restitui multipliciter expeciisset, Henricus quidem dux in omnibus se sibi morigerum fore repromisit, que tamen premia laborum et impensarum, et quis fructus illum movere deberet, quesivit. Tum Boleslaus Pudicus omnes expensas et labores[b] refusurum aut aliquas sortes principatuum suorum sibi largiturum pollicebatur; de quo fuere fedus et pacta icta[5]. Interea filius Cunradi Boleslaus collectis quibusdam Sandomiriensibus militibus et suis terram Cracouiensem ingressus, furiose in populum debachatur afflictoque depredacionibus et grassaturis in Sandomiriensem terram revertitur. Cracouienses vero huiusmodi iniuriam non ferentes, terminos Vislicienses ingressi quantum valuerunt, terram predabantur, et e converso Vislicienses frequentibus incursibus terram Cracouiensem spoliabant sicque mutuis vicissitudinibus utramque terram crudeliter vastantes in desolacionem miserabilem redigere[6]. Auditis et intellectis omnibus iniuriis, quas Boleslaus prefatus Cracoviensibus hostiliter intulerat, Wratislauiensis dux Henricus cum barba, cum omnibus suis potenciis versus Cracouiam una cum Boleslao Pudico duce contendit, et a singulis fere baronibus Cracoviensibus et Sandomiriensibus exceptus est, et tam urbs quam arx Cracouiensis reliqueque omnes civitates et castra prefectis ducis Conradi eas deserentibus, facile in suam et ducis Boleslai venere dicionem. Adeo enim domina-

[b] *sc.* se *(addit Ed. Crac.)*

tum ducis Mazouie Cunradi aspernabantur, ut ad adventum ducis sui naturalis
HPII{244 Boleslai singuli in eius suscepcionem et obedienciam confluerent. } Henricus autem cum barba Cracouiensis, Sandomiriensis et Lublinensis principatuum possessionem nactus[7], benignum se tutorem et curatorem Boleslao Pudico prebuit, et tam Maioris Polonie quam Cracouiensem et Sandomiriensem se ducem gessit et titulavit, presertim ne dux Boleslaus per etatem ducalia bona inter milites distraheret, omnes tamen regiones ex integro Boleslao restituit, et eum cum matre fecit gaudere plena et quieta omnium suorum principatuum possessione[c].

### *Fundatio monasterii ordinis Cisterciensis in Ludzimyrz*

S]INGULARIS fervoris et religionis in Deum miles Theodricus pallatinus Cracoviensis, generis et fidei nobilitate insignis, de domo et familia Griffonum (quem difficultate nominis Greci Polonorum lingua, volens eum Theodorum appellare, Cedronem[8], et omnes eiusdem nominis appellacionem sortitos vocavit) cultum ampliaturus Divinum et sibi viam structurus in celum[9], in villa sua hereditaria Ludzimyrz[10] prope Nowi Targ opidum sub Alpibus Pannonicis sita monasterium ordinis Cisterciensis sub titulo Sancte Marie sub pontificio Viszeslawi Cracoviensis episcopi et de eius speciali consensu fundat et tam prefatam villam Ludzimÿrz quam alias plures sibi pro perpetua consignat dote[11]. Cui etiam prefatus Viszeslaus Cracoviensis episcopus decimarum manipularium post omnes villas in possessione et terra monasterio attributa locandarum donacionem adiecit[12]. Verum cum fratribus monasterii predicti in Ludzimirz Italia accersitis varia a viris Belial predonicam agentibus vidisset impedimenta et spolia inferri, decennio lapso posteaquam in Ludzimirz fundacionem huiusmodi consumaverat, in villam Schirzicz[13] a Sulislao Iohannis militis filio canonico Cracoviensi pro centum marcis argenti comparatam illud transtulit, ubi in hodiernum diem perseverat. Liberalitatem Viszeslai episcopi Prandotha episcopus Cracouiensis, immediatus eius successor, supergressus, de consensu capituli decimas manipulares mense sue in villis Poznanovicze[14], Gostachow[15] et Dlichow[16] et in Nigra Silua[17] post centum mansos Franconicos loco predicto et cenobio inscripsit perpetue et donavit[18]. }

---

[c] *seq. verba del.* quia tamen Boleslaus dux

*Monasterium Paradisiense fundatur* *HPII{245*

K]ALENDAS Februarii[19] Bronisius de Gosczikowo comes et pallatinus[20], nobilis genere de domo et familia Wyenyewa caput zubronis deferente, miles et dominicellus Poznaniensis diocesis, fervorem devocionis sue, quo in Deum et Redemptorem suum estu magno flagrabat, uberius effundere sathagens et cultum Nominis Sui propensius augere, in villa sua prefata Gosczikowo, que extunc et in hodiernum appellari cepta est Paradisus[d] [21], | monasterium fratrum ordinis Cisterciensis sub *aut.*|509** honore et titulo Gloriose Virginis et Domine nostre Marie fundat et primum villam suam prefatam Gosczikowo, item et alias villas suas, videlicet Linam, Klodawam, Gorzikam et Polencz[22] ipsi cenobio et fratribus in illo militantibus et militaturis, quos primum de monasterio Leninensi[23] eiusdem ordinis per Hermannum[24] eiusdem Leninensis monasterii tunc abbatem mitti obtinuerat, in dotem perpetuam donat et assignat, frater quoque Menszo[25] in monasterio huiusmodi taliter fundato et erecto primus abbaciali fungebatur honore.

QUARTO Nonas Ianuarii[26] Warmienses Pruteni claustrum Olywa incendunt, et septem conversos et triginta quatuor monasterii servos igne et gladio miserabiliter interimunt. Sub idem tempus fratres Cruciferi cum auxilio marchionis Mysznensis victis Prutenis de territorio Pomezanie fidem Christi illos cogerunt suscipere.

CASTRUM Plocense per Henricum marchionem ⟨Mysznensem⟩[e] [27] capitur, sed per ducem Cunradum et filios eius Boleslaum et Kazimirum reacquiritur, et Almani alii miserabiliter trucidantur, alii cum ecclesia kathedrali comburuntur, alii per pedes suspenduntur.

[f]⟨Anno quoque eodem per ducem Cunradum Maszouie ordo et monasterium fratrum Predicatorum fundatur in Ploczsko⟩[f] [28].

---

[d] *in aut. seq. vox* monasterium [e] *Dl. m. in lac.* [f-f] *Dl. m. in vac.*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS QUINTUS

*Cunradus dux Masoviae,*
*dum frustra tentat amissam nepotis tutoriam recuperare,*
*fortificatis ecclesiis in Prandoczin,*
*Scarbimiria et Andrzeow recessit,*
*quae ab eius militibus strenue defendebantur*

HPII 246 Prutenica expedicione[1] Cunradus Mazouie dux, quam etiam anni huius estate facturus erat, commissa[a] omnes vires omnesque conatus et studia contra Boleslaum Pudicum Cracouiensem ducem eiusque tutorem Henricum cum barba Slesie ducem, non secus quam in propria viscera convertit[2], et alta trahens suspiria vehementi stomachacione vexabatur, quod Boleslaus Pudicus Cracoviensis dux et Grzimislawa ducissa eius manus et ergastula evaserant, quod Henricum cum barba in suum solacium acciverant, quod ei tutoriam et Cracouiensis, Sandomiriensis et Lublinensis principatuum possessionem abstulerant. Cum copiis itaque tam propriis quam auxiliariis in terram Cracouiensem adveniens, defeccionem aliquorum castrorum et civitatum ad se sperans, plures ex baronibus et capitaneis, ut Henrico et Boleslao ducibus desertis ad se deficerent, tum largicione, tum promissis sollicitabat. Sed dum omnes illum et eius promissa aspernarentur, maioribus ignibus, ut erat vir in bilem proclivus, agi cepit, et ecclesiam sancti Andree sub castro Cracouiensi, que nondum tunc ambitu murorum civitatis Cracouiensis inclusa pro suburbana habebatur, item ecclesiam in Prandoczin, item ecclesiam collegiatam Scarbimiriensem, item monasterium Andrzeoviense incastellavit quatuorque loca ipsa, valido militum presidio imposito, armis et victualibus communivit, primusque extat inter Polonorum duces, qui edes sacras prophanare et usibus bellicis aplicare ausus detestabilem illum morem successoribus pernicioso dereliquit exemplo. Quamvis autem Henricus cum barba Cunradum Mazouie ducem et eius exercitum, dum huiusmodi nefandas incastellaciones committeret, aut per insidias, aut per locorum iniquorum occasionem plurimum lacessisset, in congressum tamen universe dimicacionis, quoniam facilius illum frangi cunctando quam decernendo rebatur, non venit. Sibi

[a] *malim* omissa *(ut Cod. Rozr.)*

quidem et castrorum civitatumque municiones, sibi militum devocionem et fidem, sibi supplementum militum, sibi victualium omnium abundanciam videbat suppetere, ea vero hostibus brevi defutura. Multis siquidem difficultatibus Cunradus Mazouie dux adductus, multa sui exercitus parte ammissa, magnis tamen populacionibus et dampnis in terris Cracouiensi et Sandomiriensi irrogatis in Mazouiam merore tabescens rediit. Post cuius discessum ecclesia sancti Andree per Henricum cum barba et Boleslaum Pudicum eorumque milites tam arta et dira obsidione constricta et mensibus aliquot angustiata est, ut milites Cunradi pacti, ne quid hostile paterentur, in dedicionem cum castello venirent. Contra tria autem reliqua castella in Prandoczin, Scarbimiria et Andrzeow per Cunradum disposita, alia rursum tria castella ex lignis et blancis e regione et in vicinio eorum per Henricum cum barba et Boleslaum Pudicum duces erecta atque edificata } sunt. Et miro bellandi studio *HP II 247*
utrisque pro victoria adnitentibus particularia certamina hinc inde sepius celebrata, Henrici cum barba et Boleslai Pudici militibus, ne quid ad Cunradi milites importari possit, magna cura prohibentibus, Cunradi vero militibus excursiones nocturnas et clandestinas exustionesque earum villarum, que tributa repromissa exolvere neglexissent, irrogantibus. Inter hec tamen coloni et a propriis et hostibus vexati intermittebant agriculturam, et agris coloniisque desertis in loca tuciora se conferebant calamitasque et desolacio dietim augebantur. Irrepsit et aliud malum aliaque pernicies in Polonie Regnum, que priorem ingeminavit. Frumentis siquidem tam estivalibus quam hiemalibus tum per asperitatem hiemis tum per imbrium frequentem inundacionem consumptis ingens fames[3] universam Poloniam longo tempore oppressit neque de facili famis malum bello civili fervente poterat restringi.

ANDREAS[4] Hungarie rex pater beate Elizabeth cum annis triginta regnasset, moritur et in Varadino ad pedes sancti Ladislai regis sepelitur. Cui filius eius Bela successit, pridie Idus Octobris in regem Hungarie in Alba coronatus. |

[b]–WLADISLAUS Ottonis Maioris Polonie dux fundacionem hospitalis et monasterii *aut.* |515*
ordinis sancti Iohannis Iherosolimitani [c]in Poznania[c] [5] per Myesz⟨lau⟩m[d] avum et Wladislaum patruum suos, duces Maioris Polonie, nec non et dotacionem prefato monasterio per dictos duces factam innovat et sub presencia Pauli Poznaniensis episcopi plurimorumque tam ecclesiasticorum quam secularium consiliariorum donationem per prefatos duces ante annos plures de villis infrascriptis factam con-

[b–b] *in marg. inferiore p. 515, adscr. data Dl. m.* M° ducentesimo tricesimo quinto *Dl. m. in marg.*
[c–c] *eadem m. superscr.* [d] lau *litterae Dl. m. in ras.*

firmat, videlicet Obyeszerze cum ascripticiis, Wyrzchvczino[6], Droszyn[7] cum foro et taberna, Wyelkye, Kvrenczino[8], Wiganovo, Mylostowo, Ondrogewo et Pogorzelicza[9] cum naulo, libertans hereditates et bona predicta ab omni servitute, onere, daciis et tributo, ordinans, ut ex bonis monasterii predicti hore canonice resque Divine expleantur, alantur pauperes et peregrini; quicquid vero residuum fuerit, in subsidium Terre Sancte domui Iherosolimitane transmittatur⁻ᵇ.

*Borziwoy ob captum Paulum episcopum Posnaniensem vita privatur*

aut.|510** HPII|248

Borziwoy Maioris Polonie miles[10] multo tempore cum Paulo Poznaniensi episcopo pro villarum terminis ceterisque iniuriis Ecclesie Poznaniensi irrogatis dissidens, cum in Srzem opidum ad componendum differencias per amicos comunes data acceptaque securitate venisset, Paulum episcopum Poznaniensem nichil tale suspicatum in dolo captivat. Sed captivitatem suam prefatus Paulus episcopus evadens, ipsum excomunicat fuitque predictus Borziwoÿ per universam Ecclesiam pro excommunicato habitus et in singulis ecclesiis publice denunctiatus. Dum quoque pertinaci contumacia censuram tolerans, satisfacere episcopo a se per fraudem violato contempneret, aput Srzem captus et necatus sue vecordie penas dedit. Wladislaus siquidem Maioris Polonie dux castro Srzem conquisito et castrum Srzem incendit, et tam Borziwogium quam Sandiwogium auxiliatorem eius occidit.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS SEXTUS

*Henricus cum barba castrum Gnesnense expugnando frustra, in Slesiam cum suorum militum damno reversus est*

Ad optinendam[1] universi Regni Polonie monarchiam Henricus cum barba Slesie et Wratislauiensis dux aspirans, dum estate transacta Cunradum Mazouie ducem de tutoria ducis Boleslai Pudici exuisset et principatuum Cracoviensis et Sando-

---

[-b] *cf. p. 273*

miriensis et Lublinensis possessionem velut tutor Boleslai Pudici nactus esset, rursum contra Wladislaum Ottonis Maioris Polonie ducem expedicionem movet et castrum Gneznense, quod iam unicum pro Wladislao Ottonis[a] – ceteraque enim omnia in ducatibus Maioris Polonie superbam et iniustam dominacionem Wladislai Ottonis aspernantia in dicionem Henrici cum barba cesserant – obsidione firma cingit, plenam ducatuum Maioris Polonie et pacificam possessionem arce illa, que sola restabat, conquisita habiturus. Magnis itaque viribus et conatibus ad illius conquisicionem estuando plurima tormenta et machinas contra castrum admovit, et obsessos proieccione frequenti tormentorum et sagittarum ignitarum, sperans se castrum quod pro maiori parte ex materia lignea fabrefactum erat, aliquando incensurum. Oppugnabat etiam illud crebra invasione et impetu militum, qui superne ab obsessis saxis obruti, mortuos et vulneratos plures referentes, segnius munera obsidionis et expugnacionis conatibus singulis eorum recidentibus in irritum obibant. Interim cum et longum tempus in obsidione arcis prefate frustra absumptum esset, et arx *HP II 249* ipsa presidio militum valido septa, qui etiam et castra Henrici cum barba per erupciones continuas lacessendo plerosque milites de hostibus ceperant, inexpugnabilis videretur, nova etiam pernicies Henrico cum barba accessit, tres namque machine, que pociores habebantur, ex vehementi et continua proieccione fracte et ruinate sunt. Ex qua re — neque enim aput obsessos ex arce omnia speculatos ignota esse poterat — et obsessis crevit ausus et obsidentibus desperacio. Itaque Henricus cum barba dux et dedicionis et expugnacionis spe ommissa obsidionem solvens, multis dampnis acceptis in Slesiam rediit. Post cuius discessum Wladislaus Ottonis cum gentibus et militibus, qui illius partes sequebantur, castra et municiones, que per milites Henrici in Maioris Polonie ducatibus tenebantur, lacessere, impugnare et invasiones exustionesque villarum et opidorum, que a se defecerant, facere non desiit. Inter que castrum Srzem, quod a Borziwoÿo Dipoldi marchionis Moravie filio et Henrici ex sorore nepote tenebatur[2], corruptis vigilibus nocturna irrupcione invadens cepit et Borziwogium marchionem Sandiwogiumque militem ceteris metu perculsis diffugientibus sibi resistentes occidit castroque spoliato, ne ab hostibus iterum locaretur, illud incendit et in Pomeraniam ad Swyantopelkonem socerum suum divertit[3]. Deinde in castra Nakel et Vsczye, que in fide sua manebant, se recepit, hostilitatem

---

[a] *desideratur verbum;* tenebatur *supplent cod. Rozr., edd.*

et periculum veritus, intelligens Maioris Polonie barones et milites in fide et obediencia Henrici cum barba constantes et perseverantes fore.

PENULTIMA IUNII[4] conventus principum Polonie aput Dankow habitus est. In quo dominicelle Henrici ducis Zlesie iunioris Constancia[5] et Gertrudis[6] illic personaliter adducte, per Michaelem Wladislauiensem et Petrum Ploczensem episcopum in facie Ecclesie solenniter filiis ducis Cunradi Mazouie, Boleslao et Kazimiro, actualiter desponsantur. Nupciarum tamen solennitas in alium diem, virginibus in Wratislauiam reductis, dilata est. Secunda autem die Iulii[7] Cunradus dux Mazouie prefatus facit divisionem principatuum suorum inter duos filios prefatos; et cesserunt duci Boleslao ducatus Mazowie, duci vero Kazimiro Lanciciensis et Cuyawiensis ducatus, et ambo iureiurando in presentia Wladislauiensis et Ploczensis episcoporum et plurimorum baronum terrarum predictarum promiserunt se divisionem huiusmodi servaturos. }

HP I I}250

## *Kazimirus Opoliensis dux moritur*

SEXTA MENSIS MAII die Kazimirus Oppoliensis et Ratiboriensis[8] dux filius Myeszkonis, filii Wladislai tocius Slesie ducis, frater patruelis germanus Henrici cum barba, in Opol moritur et in ecclesia seu monasterio Czarnowąsch ordinis Premonstratensis a se illic ex Ribniky propter loci comoditatem translato[9] una cum filia sua [...][b] eiusdem loci et ordinis sanctimoniali virgine pluribus virtutibus et mira devocione insigni sepelitur; qui duos filios, videlicet Myeczslaum[10] et Wladislaum[11] reliquit.
aut.|511* Myeczslaus[c] | itaque maior natu existens [d]⟨qui et Crassus appellabatur⟩[d] virginem ⟨Iuditham⟩[e] filiam Cunradi [f]⟨Maszouie et Cuyavie ducis⟩[f] in sponsam accepit, sed sterilitatis opprobrium passa nullam prolem reliquit. [g]⟨Susceperat autem filios prefatos Kazimirus ex Wenczslawa ducissa, que et ipsa tercio Idus Marcii diem obiit⟩[g][12].

---

[b] *seq. lac. inscribendo nomini apta* [c] *in aut. seq.* itaque maior [d–d] *Dl. m. superscr.* [e] *Dl. m. in lac.* [f–f] *cf. adn.*[d–d] [g–g] *Dl. m. adscr.*

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS SEPTIMUS

*Facta pace inter Cunradum et Henricum*
*Boleslaus Pudicus Henricum eligit in procuratorem,*
*qui bona Opathow et Kazimirz ecclesiae Lubuczensi donat*

Regionibus aliquot et coloniis ex civili et domestico bello, quo se invicem Henricus cum barba Slesie et Wratislauiensis, et Boleslaus Pudicus Cracowiensis et Sandomiriensis duces ab una, et Cunradus Mazowie dux partibus ab altera fere integro biennio collidebant, vehementer quassatis et afflictis, per barones et consiliarios comunes[a] agitari de pace ceptum est. Et aliquot dietis ob eam rem celebratis tandem execrabili et funesto bello abrogato dampnisque hic inde illatis, compensatis et captivis utriusque partis absolutis pax in hunc modum conclusa est,[1] ut Boleslaus Pudicus Cracowiensis et Sandomiriensis dux, ex quo annos pubertatis scitus est transcendisse, ducem Mazouie Cunradum non teneatur tutorem ferre, sed liber et iuris sui vir, dux et dominus censeatur, et pro arbitrio suo sibi curatorem et provisorem constituat. Qua quidem pace pactis et iureiurando firmata Boleslaus Pudicus sub omnium presencia Henricum cum barba ducem Slesie sibi in curatorem deposcit et assumit seque illi et suis salubribus | consiliis direccionibusque repromittit pariturum, *HPII 251* germanum patruum Cunradum Masowie ducem non secus quam acerrimum hostem pertesus, qui etsi ob id vehementer se quereretur iniuriatum et confusum, pactis tamen et iureiurando constrictus composicioni paruit et presidia ex ecclesiis incastellatis, videlicet Scarbimiriensi, Andrzeowiensi et Prandoczin deduxit. Ex eo itaque tempore Henricus cum barba se monarcham Polonici Regni gessit et tam solercia quam natu et principatibus, qui in eum confluxerant, inter Polonie duces maior habebatur; nam etsi propter amorem, quo in Boleslaum Pudicum Cracowiensem ducem flagrabat, a titulo ducatus Crac⟨ovien⟩sis[b] et Sandomiriensis abstinuit, sed duntaxat se Maioris Polonie et Slesie ducem et dominum nominavit[2], in ipsis tamen ducatibus Cracowiensi et Sandomiriensi magis illi et suis imperiis quam

---

[a] *corr. e* comm– [b] ovien *Dl. m. in marg. adscr.*

proprio et naturali duci Boleslao Pudico post fedus cum Cunrado Maszowie duce ictum parebatur. Sed et dux Boleslaus Pudicus Cracowiensis gratificari illi volens et impensas, quas pro se et suis ducatibus de manu Cunradi Mazouie ducis eripiendis fecerat, refundere, notabiles duci Henrico cum barba redditus et introitus tam in Cracowien⟨si⟩[c] et Sandomiriensi ducatibus quam in zuppis Wyeliczensibus theloneisque consignaverat[3]. Monarchali autem potestate, presertim in Cracowiensi et Sandomiriensi terris Henricus predictus bona monasterii Oppathowiensis Cracowiensis diocesis [d]⟨videlicet opidum Oppathov cum sedecim villis et aliquot manipularibus decimis [e]Templariis exclusis, quorum insigne illic erat cenobium[e]⟩[d] annuente et ultro consenciente votis suis Boleslao Pudico ecclesie Lubuczensi sui dominii applicat[f] [4]. Nec hiis contentus, in terris Maioris Polonie opidum Kazimirz cum suo districtu [g]⟨cum quatuordecim villis et totidem decimis⟩[g] item in terris Slesie opidum [h]⟨Borek cum decimis⟩[h] cum villis et lacubus prefate Lubuczensi ecclesie donat[5].

### *Myeczslaus Cuyaviae dux dum orphanos et viduas iniuste spoliat, a muribus devoratur*

D]UX MYESCH⟨LAUS⟩[i] propter cesariem capitis parum sanam appellatus Choszizsko[6], ducatum Kuyawiensem ex patris sui ducis Maszovie Cunradi concessione inter fratres sortitus, dum[7] quasdam viduas et orphanos preter equitatem et iusticiam spoliasset, et vaccis earum mactatis substanciisque occupatis splendidum convivium HPII 252 ex illis optimatibus et militibus Cuyawien|sibus preparasset et in illo opipare usurus consedisset, inter prandendum et convivandum iustissimo Deo enormia sua peccata presencia[j] et transacta vindicante, mures infiniti conveniunt ipsumque devorare ceperunt. Qui imminens periculum declinaturus, navim conscendens ad aquas et flumina perrexit. Quibus nequicquam suffragantibus, a muribus illum per omnes undas et maria insectantibus miserabiliter consumptus et devoratus est, documentum non inulte iniurie viduis et orphanis inferende posteris prestiturus. |

---

[c] si *litterae Dl. m. adscr.* [d–d] *Dl. m. in marg.* [e–e] *nitidiore atram.* [f] Opatow magna ecclesie Lubucensi applicatur *m. XVI s. in marg.* [g–g] *cf. adn.* [d–d] [h–h] *Dl. m. in lac.* [i] LAUS *litterae Dl. m. corr. in ras.* [j] *vox paene erasa*

### *Boleslaus Cunradi Masoviae ducis filius virginem Gertrudim neptem beatae Hedvigis et Henrici cum barba ducit in uxorem* *aut.*|512*

R]ECONCILIACIONE inter Henricum cum barba Maioris Polonie et Slesie et Cunradum Maszowie et Cuÿawie duces confecta nupciarum etiam solennitas Wratislawie acta est. In qua iuxta ordinacionem beate Hedwigis et pacta in Ploczsko per medium eiusdem beate matrone inita Boleslaus filius Cunradi Maszowie ducis maior natu virginem Gertrudim filiam Henrici, filii Henrici cum barba, neptem beate Hedwigis accipit in uxorem[8]. Nam etsi, ut in superioribus premisimus, matrimonium huiusmodi dudum fuisset contractum, non tamen poterat tum propter minorennitatem contrahencium tum propter bella oriencia nisi anno eo consumari. Celebritati autem huiusmodi beata femina Hedwigis ut personaliter interesset, nulla poterat prece et supplicacione molliri, sed in monasterio Trzebniczensi se continens, contemplacioni sancte et oracioni iugiter insistebat[9]. [k]⟨Que eciam cum viro suo Henrico cum barba Wratislawiensi duce continencium se lege perpetua vincientes, per annos triginta graciam coniunccionis non repetebant⟩[k] [10].

### *Fundatio monasterii ordinis Minorum sancti Francisci in Cracovia per Boleslaum Pudicum*

B]OLESLAUS[l] Pudicus Cracowiensis et Sandomiriensis dux precibus et consiliis genitricis sue Grzimislawe, femine religiose et devote, persuasus, fratres Minores in Cracowiam ex Praga vocat illisque et pro ecclesia et pro monasterio in civitate Cracowiensi locum amplum donat ducalibusque ⦚ impensis tam ecclesiam quam monasterium pulcro opere ex lateribus coctis inchoat et consumat[11] [m]⟨quamvis in annis pvericie constitutus⟩[m]. *HP II*⦚253

[n]–⟨GREGORIUS[12] papa nonus civitatem insignem Constantinopolim, que vetusto nomine Bizancium dicebatur, de captivitate liberaturus, Vilhelmum episcopum Mutinensem[13], adiungens ei fratrem Martinum de Sandomiria[14] ordinis Predica-

[k–k] *Dl. m. adscr.* [l] Fundacio monasterii sancti Francisci Ordinis Minorum in Cracouia per Boleslaum Pudicum *Dl. m. in marg.* [m–m] *Dl. m. adscr.* [n–n] *Dl. m. in vac.*

torum, Polonum nacione, virum providum et doctum, ad Lodovigum[15] Francie regem transmittit⟩–n.

P]RZEMISLAUS[16] marchio Morawie, germanus Wenceslai Bohemie regis, sciens sibi prefatum fratrem suum Wenceslaum multipliciter infestum esse, in Hungariam effugit castris suis Morawie presidio fidelium militum comendatis. Qui tandem a rege Bohemie Wenczeslao obsessi, castra ipsa sibi reddere coacti sunt. Przemisl vero marchio Morawie a Bela Hungarie rege benigne habitus, eciam interposicione sua marchionatum Morawie rehabuit.

### *Castrum et oppidum Elbyang aedificatur*

H]ERMANNUS magister Cruciferorum domus Theotunice, Cunradi Maszowie, Swantopelczi et Samborii Pomeranie ducum fretus auxiliis, in Prussorum terram descensu per terram et aquam facto castrum et opidum Elbÿang[17] in Pogeszono[18] districtu edificat et militum valido presidio communit [o]⟨dato civitati nomine a fluvio Elbing, qui illic decurrens stagno magno, quod Hab dicitur, se miscet⟩[o][19].

[p]⟨Fratres Predicatores[20] [q]videlicet frater Martinus de Sandomiria cum aliis[q] monasterii Sancte Trinitatis in Cracovia missi in Italiam, ossa Iwonis episcopi Cracoviensis ab episcopo Muthinensi impetrata Cracoviam referunt et in monasterio prefato Sancte Trinitatis in chori medio condunt⟩[p].

### *Henricus cum barba curator Boleslai Pudici eidem et matri illius munitionem rupis in Przeginia, ut tutior a Cunrado sit, concedit legesque alias Polonis statuit, alias elidit*

[r]–⟨Boleslaus dux Cracoviensis et Sandomiriensis cum matre sua Grzimislawa dolos et insidias Cunradi Maszouie ducis et filii sui Boleslai perhorrescens, et in terra Sandomiriensi, quam pro suo domicilio et statu ⟩ ducali tenendo Henricus cum barba consignaverat, non audens remanere, petit in aliqua municione Cracoviensis

IIPII⟩254

–n cf. p. 279    o–o Dl. m. adscr.    p–p Dl. m. in vac.    q–q in marg.    r–r Dl. m. in vac. atque in marg. inferiore

terre collocari, donec furor adversariorum suorum conquiescat et baronibus suis congregatis et adunatis status principatuum suorum vires resumens, adversus eos invalescat. Dux itaque Henricus curator suus municionem rupis, que dicitur Skala, in Przegina[21] eis concedit ad habitandum et certos redditus providet ad vescendum; ubi collecti fere quinquennio delituerunt. Ipse vero Henricus dux cum omnibus redditibus proventibusque Cracoviam ad usum suum retinens, habito comuni consilio episcopi et baronum rem publicam provide ordinavit, leges, quibus humana audacia coherceretur, instituit et conscripsit, viros industrios et providos prefecit beneficiis et magistratibus, pestiferum genus hominum, videlicet maleficos et calumpniatores exterminavit, leges concussionis elisit, scilicet pomoczne et virginale et viduale[22], et si que sunt similia, prorsus extirpavit; insuper libertatem Ecclesie confirmavit. Sicque in eo statu terra posita eoque regnante quasi per decennium crevit rerum incremento et profecit mutue vinculo connexa societatis>-[r]. |

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS OCTAVUS *aut.*|513*

*Henricus cum barba Krosnae moritur,*
*et cur ita vocatus sit, refert historiographus;*
*qui cum accepisset in Trzebniczensi monasterio sepulturam,*
*Henricum filium suum habuit successorem*

Monarchiam Regni Polonie Henricus cum barba Maioris Polonie et Slezie dux adeptus, ad felicem tranquillumque statum Polonia sub regimine et principatu tam iusti et celebris principis visa est pervenisse. Sed et Henricus dux prefatus in Maioris Polonie ducatu solium suum quiete credebatur firmasse, cum subito novum dispendium novaque pernicies Regno prefato Polonie accessit, dux siquidem Henricus ad partes inferiores ducatuum suorum, Crosznam, prope terminos Bohemie sitas[a] descendens, languere graviter cepit. Et quamvis de languore suo consors sua Hedwigis beata per celerem nuncium cercior facta fuisset, visitare tamen illum, quamvis

---

[a] sitos *lapsu calami aut.*

viri precibus multipliciter rogata, intermisit, ne quam scintillam coniugalis meroris viso egro marito contraxisset, quem infra annos triginta, quibus uterque celibem *HPII 211* agebat vitam, rarissime et non nisi in necessitate | inevitabili, quando pro necessitatibus egenorum, viduarum, pupillorum, monasteriorum, ecclesiarum et miserabilium aut aliquam oppressionem vel calamitatem paciencium intercedendum erat, adibat. Ingravescente itaque infirmitate omnibus ecclesiasticis sacramentis rite et religiose perfunctus, sex lustris, ut premisimus, in celibatu, consorte in sororem comutata, exactis quartodecimo Kalendas Aprilis in opido suo Croszna feliciter expiravit[1]. Qui ob id Henricus cum barba appellacionem sortitus est, quoniam a tempore, quo celibem vitam ad instigacionem consortis sue beate Hedwigis agere cepit, barbam in conversorum morem crescere permisit splendidisque induviis et auro rostroque nitentibus abiectis, laneo et humili amictu utebatur. Cum[2] autem ad monasterium Trzebniczense per ipsum fundatum et liberaliter dotatum, in quo beata femina Hedwigis artissimam agebat inter sanctimoniales Cistercienses vitam, funus suum illic sepeliendum ductum fuisset, omnibus monialibus et pluribus aliis tam nobilibus quam rusticanis hominibus utriusque sexus, qui ad cohonestandum funebrias suas ex Maiori Polonie et Slesie ducatibus in maxima multitudine obviam corpori mortuo convenerant, effusis, sola femina beata Hedwigis in monasterio Trzebniczensi substitit et honorem illum impendere corpori mariti neglexit. Sed sanctimonialibus[3] ceterisque tam viris quam matronis mortem Henrici ducis ⟨viri⟩[b] sui magno eiulatu magnisque lamentis et vociferacione incondita deflentibus, hec sola siccos tenuit oculos neque in omnium fletu visa est lacrimasse, sed et nonnullas sanctimoniales obitum Henrici ducis prefati tam ingenti merore, ut pene mortue crederentur, prosequentibus[c] corripuit, asserens iniquum et scelestum esse tam inconvenienti et immoderato merore voluntati Divine et eius beneplacito adversari. Successit[4] autem optimo viro Henrico cum barba duci in utroque ducatu[d], dominio ⟨Cracouiensi⟩[e] Maioris Polonie videlicet et Slesie filius suus Henricus, qui illi ceteris filiis morte subtractis unicus remanserat. Neque Maioris Polonie prelati, barones et nobiles quicquam diminuere aut variare ex preterita obediencia et subieccione, quam patri Henrico cum barba prestiterant, in filio dignum ducebant, quamvis sciebant se alium iustiorem ducem et heredem Wladislaum Otthonis, qui morte Henrici cum barba

---

[b] *Dl. m. superscr.* [c] prosequentes *corr. Ed. Dobr.* [d] *seq. lac. aliquot litteris scribendis apta* [e] *Dl. m. superscr.*

secuta, plerosque eorum magnis promissionibus et precibus, ut de se recogitarent, sibique ducatum proprium et paternum redderent, sollicitare non desiit, habuisse, firma certitudine freti, Henricum secundum ex beata femina Hedwigi genitum, et paternos et maternos optimos mores sectaturum. }

*Fundatio monasterii fratrum Praedicatorum in Halicz* HPII{256

[f]⟨Aput[g] Halicziensem civitatem monasterium fratrum Predicatorum fundatur et fratres provincie Polonice domum illic accipiunt⟩[f][5]. |

P]ETRUS Ploczensis episcopus cum annis sex sedisset, [h]⟨ex vicio pulmonis⟩[h] moritur aut.|514*
et in ecclesia Ploczensi debito honore tumu⟨latus⟩[i][6] Andream habuit successorem[7] a [j]⟨Gneznensi archiepiscopo Fulcone⟩[j] [k]⟨Cunradi Maszovie et Cuyauie ducis accedente consensu⟩[k] confirmatum. Hic Andreas Cracouiensis ecclesie scolasticus, nobilis genere de domo et familia, que ⟨Griffon⟩[l] defert, ex terra et regione Cracoviensi et ex villa ⟨Brzesznicza⟩[m][8] ortus [n]⟨filius Marci pallatini Cracoviensis⟩[n].

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS TRICESIMUS NONUS

*Wladislaus Ottonis ducatu suo privatus,*
*in exilio apud socerum, moerore correptus, duobus filiis relictis moritur*
*et in ecclesiam Posnaniensem sepeliendus refertur*

Wladislaus Otthonis Maioris Polonie dux per Henricum cum barba baronum Maioris Polonie universali annuencia et conspiracione de ducatu suo eiectus, mortem Henrici cum barba, hostis et competitoris sui, nullam videns rebus comoditatem, quam speraverat, attulisse, gravi dolore et molestia propterea actus, aput socerum Swantopelkonem in Pomerania exulans languorem contrahit et infra paucos die⟨s⟩[a]

---

[f–f] *Dl. m. in vac.* [g] Fundacio fratrum Predicatorum in Halicz *Dl. m. in marg.* [h–h] *Dl. m. superscr.* [i] latus *litterae Dl. m. in ras.* [j–j] *Dl. m. in ras.* [k–k] *Dl. m. in marg.* [l] *Dl. m. in lac.* [m] *Dl. m. in ras.* [n–n] *Dl. m. adscr.* [a] s *littera Dl. m. in ras.*

rebus eximitur humanis[1]. Corpus exanime (ita enim moriturus rogaverat) in Poznaniam adductum in sepulcro patrum et avorum suorum, regum et principum Polonie, in ecclesia maiori Poznaniensi permittente Henrico Pio Maioris Polonie et Slezie duce beataque matre Hedwigi mandante exequiis iusto honore peractis humatum est. Post cuius mor⟨tem⟩[b] castrum Gneznense militibus, qui in illius presidio erant, longa spe fatigatis, in plenam dedicionem Henrici Pii venit. Reliquit autem Wladislaus Otthonis duos filios ex filia Swantopelkonis ⟨Helinga⟩[c], qui sibi ducatum Pomeranie falso usurpaverat, genitos, videlicet Przemislaum[2] et Boleslaum[3],
*HP II 257* duorum tantummodo castrorum cum suis appendiis, videlicet Nakel et Vscze, que sibi unica, dum moreretur, supererant (nam omnia alia in dicionem et subieccionem Henrici Slesie ducis concesserant), possessores.

*Cunradus Masoviae dux dum Boleslaum Pudicum infestat,*
*ad postremum pacificatur illi maxime ob id,*
*quod Kunegundim virginem,*
*filiam Belae regis Hungariae accepit in uxorem,*
*puellam singularis sanctitatis,*
*cum qua vitam duxit caelibem*

E]x MORTE Henrici cum barba Polonorum principis et monarche Cunradus Maszowie dux fastuosus et insolens esse magnasque iras contra Boleslaum Pudicum Cracowie et Sandomirie ducem, quod se contempto Henricum cum barba in suum tutorem acciverat, et eo duce ac adiutore preliis aliquot secundis contra eum usus fuerat, evomere cepit[4]. Quapropter haud longe post Henrici cum barba obitum fedus ictum irritavit et clandestinis primum, deinde publicis invasionibus Cracowienses, Sandomirienses et Lublinenses terras vastabat. Ad cuius insolenciam compescendam Boleslaus Pudicus Cracowiensis et Sandomiriensis dux notabilibus baronibus, [d]⟨videlicet Clemente de Climyanthow castellano, Ianussio pallatino Cracoviensibus⟩[d] ad Belam Hungarie regem missis[5] filiam eius Kingam[6], quam soror Boleslai

---

[b] tem *litterae Dl. m. in ras.* [c], [d–d] *Dl. m. in marg.*

Salomea[7], consors Colomanni Halicziensis regis et filii Bele, de prestancia virtutum
et morum comendaverat, procatus, accipit in consortem[8], virginem ea tempestate
singularis forme et virtutis, cuius futuram optimam indolem ipsa etiam crepundia
premonstrarunt. Quamprimum siquidem anno [e]〈incarnacionis Domini nostri Iesu
Christi millesimo ducentesimo quarto, aput Pannonias matris alvo〉[e] [f]〈in primis,
quibus in lucem infantula edebatur, horis non ab eiulatu et lacrimis, ut ceteri
infantes, sed a Gabrielica denunciacione suos auspicata est ortus, sed[g] claram〉[f]
[h]articulatam et sonoram[h] „Ave Regina Celorum“ in idiomate Hungarico edidit
vocem[9]. Quartis insuper et sextis feriis semel tantummodo ubera sugere contenta,
presulem beatum Nicolaum[10] in ipsa infancia emulabatur. Deducta est autem pre-
fata virgo Kinga cum magno apparatu, | ferens secum amplam, quadraginta videlicet aut.|515*
milium marcarum[11] dotem Cracowiam, ubi et solennitas nupciarum diebus XII
acta est. [i]〈Ex eo autem tempore et deinceps Kunegundis ducissa prefata celsitudinis
sue nomen et meritum ea celebritate per pietatis opera aput regiones Polonicas
diffundebat, ut non secus quam altera egregie virtutis beata Trzebniczensis Hedvigis
ducissa, cuius et ipsa Kunegundis neptis ex|sorore germana fuerat, in populo *HPII|258*
Polonico videretur surrexisse[j] ab omnibus mundanis abhorrens officiis, et ab omni
ambitu aversa, hoc unum concupiscens, nichil preter celestia desiderare[j]〉[i]. Feruntur
autem ambo in evum virgines permansisse, et prima nupciarum die, primum quidem
ad unum annum, quo lapso ad alterum et deinde in tercium, quo effluxo felici
Kinga operante et instigante in omnem evum Domino Celi celibatum spontanee
vovisse et servasse, ex quo Boleslaus dux Pudicus meruit appellari. Splendidum
matrimonium Cunradus Mazouie dux videns nepotem suum Boleslaum Pudicum
sortitum, lacessere[k] illum destitit, et pacificatus est illi[l].

---

[e–e] *Dl. m. in ras.* [f–f] *Dl. m. in marg.* [g] *superscr.* [h–h] *voces corr. in ras.* [i–i] *Dl. m. in marg. superiore* [j–j] *nitidiore atram.* [k] *corr. e* lacessire [l] *seq. nota del. Dl. m. adscr.* MAYDBURGENSIS archiepiscopus castrum Polonicum Lubusch obsidione valida cum forti et frequenti exercitu vallavit, asserens castrum predictum et eius regiones ad se ex donacione Henrici imperatoris pertinere, sed magna parte exercitus sui perdita confusus discessit, *quae paucis mutatis in p. seq. repetuntur, cf. Zarembina p. 27*

### *Cunradus dux Masoviae Iohannem Czaplya Wladislaviensem et Ploczensem scholasticum suspendi ante ecclesiam sancti Dominici in civitate Ploczensi procuravit: et propterea ab episcopo Ploczensi dux ipse cum uxore sua publice excommunicatur*

E]XTERNIS bellis Cunradus Mazowie dux paululum quietatis in proprios et domesticos furere cepit, et diabolico vexatus instinctu [m]⟨rem horribilem et detestabilem perpetrans⟩[m] Iohannem [n]⟨Czyaplya appellatum et in iure canonico peritum⟩[n] cancellarium ducatus sui scolasticum [o]⟨Wladislaviensem et⟩[o] Ploczensem[12], in ordine constitutum presbiteriali et filiorum suorum Boleslai et Kazimiri pedagogum, temerarie [p]⟨per Semovitum filium⟩[p] captivat et squalido carcere diebus aliquot maceratum, tandem in eculeo tortum[13], velut furem in publicum patibulum egit, extinctum quoque et ex priori suspendio sublatum [q]⟨et cum aliqui fratres Predicatorum depositum in civitatem ferrent sepeliendum, Agafia[r][14] ducissa[s] plena[t] furia eis ablatum, non secus quam altera Iezabel sanguinem sacerdotalem siciens, super currum positum et duobus bobus vectum⟩[q] in altero rursus patibulo studiose ad id circa ecclesiam sancti Benedicti fabricato supra Wislam e regione ecclesie Ploczensis maioris suspensum[15], ut esset tam tremendum quam ignominiosum spectaculum, alligavit. [u]⟨Quem frater Martinus prior Ploczensis ordinis Predicatorum missis fratribus de patibulo secundo depositum in ecclesia maiori ordinavit sepeliri⟩[u]. Levissima causa ad patrandam tam horrendam tirannidem sibi et domui sue sempiternam ignominiam inusturam permotus Kazimirus siqui⟨dem⟩[v], alter filiorum prefati ducis Cunradi, anno eodem virginem Constanciam filiam Henrici Pii Wratislaviensis ducis dudum sibi per beatam feminam Hedwigim relictam Henrici cum HPII{259 barba desponsatam acceperat uxorem. Et nupciis { pro magnificencia tam soceri quam generi Wratislauie celebratis Kazimirus nove sponse captus amore in domo soceri Wratislauie longum tempus morabatur. Et licet pater dux Cunradus illum

---

m–m, n–n, o–o, p–p, q–q *Dl. m. in marg.* r Agasia *aut., codd. et edd.* s *superscr.* t a *littera in ras.* u–u *Dl. m. in. marg.* v dem *litterae Dl. m. in ras.*

tam nunciis quam litteris redire Maszowiam iuberet, obauditis tamen paternis imperiis, diucius quam sat erat redire tardavit. Credens Cunradus Maszow⟨ie⟩[w] dux permissu et licencia prefati Iohannis scolastici velut pedagogi et magistri se et suas iussiones a filio Kazimiro contemptum iri [x]⟨et veritus, ne in vindictam captivitatis idem Henricus aliquam vexacionem terre sue inferre moliretur, prefatum Iohannem cancellarium promissa omni securitate per se et uxorem suam blande revocat, quasi consilium ab eo de filii revocacione petiturus. Verum⟩[x] omnem culpam [y]⟨et bilem⟩[y] in magistrum Iohannem scolasticum et cancellarium retorquens, furori indulgens non discussa, non examinata veritate cruentum et detestabile facinus in virum innocentem admisit et pallatini Ploczensis Cristini de Goszdowo viri optimi et bellatoris eximii iniuste morti al⟨iam⟩[z] iniustiorem addidit et truculentiam suam alciori facinore ingeminavit. [aa]⟨Propter quod Andreas episcopus Ploczensis eum et uxorem eius publice excomunicavit⟩[aa][16]. |

*Cunradus Masoviae dux castrum Bidgostiense*
*a Swantopelkone Pomeraniae duce interceptum recuperat,*
*et Swantopelkus Cuyaviam igne vastat*

Reconciliacione[17] celebrata Cunradus Maszowie dux castrum Bidgostiense, quod a Swantopelkone Pomeranie duce interceptum et occupatum fuit, recuperat. Swantopelkus vero in ulcionem admissi castri cum exercitu aliquanto ex equite et pedite congesto Cuÿaviensem terram ducatui suo vicinam ingressus, tumultuario mor⟨e⟩[ab] igne vastat et opido Iuniwladislauiensi et pluribus villis exustis in municiones se recipit[18]. *aut.* 516*

Castrum Santhok per Polonos negligencius custoditum per Saxones intercipitur[19].

---

[w] ie *litterae Dl. m. in ras.* [x–x, y–y] *Dl. m. in marg.* [z] iam *litterae Dl. m. in ras.* [aa–aa] *Dl. m. adscr.* [ab] e *littera Dl. m. in ras.*

*Maydburgensis archiepiscopus castrum Lubusch obsidet; cuius exercitum Henricus Pius Maioris Poloniae et Slesiae dux aggressus turpiter fugat fuditque*

HPII|260 Maÿdburgensis archiepiscopus Villebrandus[20] forti collecto exercitu con|tra Poloniam venit castrumque Lubusch obsidione cinxit, asserens illud per Henricum quartum imperatorem Romanorum sub Boleslao Crziwousti expugnatum ecclesie sue Maydburgensi perpetuo donatum fuisse. Dum autem aliquot ebdomadis obsidionem continuasset, Henricus Maioris Polonie et Slezie dux cum copiis insignibus advenit et exercitum hostilem solutum et incautum aggressus facile fudit et in turpem fugam egit obsidionemque solvit. Maÿdburgensis vero episcopus Villebrandus pluribus de suis ammissis tristis et merens, incolumis tamen evasit.

Cruciferorum secundus magister Popinus[21] copias suas, a Prutenis barbaris eo anno ad interempcionem deletas ulturus, in earum supplementum novas surrogans, castrum Balgam[22] sub Prutenis conquirit. Quod repetendum barbari duobus castris in circuitu erectis tanta vexacione et fame, non sinendo aliquid importari, Cruciferos strinxerant, ut parum abfuit, nisi Ottho dux de Brunswik[23] cum nova milicia adveniens barbaros repulisset, quin in hostium cum castro una venirent potestatem. [ac]⟨Eius enim potencia Prutheni barbari conflicti sunt, et duo castra barbar[ica][ad], videlicet Portegal[24] et Schrandin, que in edicioribus locis edificaverant, et ex quibus Balgam et fratres in eius relictos presidio pene usque ad dedicionem coangustiaverant, expugnata frequenti Pruthenorum presidio aut occiso aut capto. Sub eo quoque tempore idem Pompinus alias Pompo Prussie magister conventum et monasterium fratrum Minorum in Thorun sub titulo Sancte Marie Virginis erigit et fratribus Minoribus aream ad inhabitandum assignat⟩[ac][25].

---

ac–ac *Dl. m. in vac.*  ad *in marg., voce extrema abscisa*

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS

*Diocesis Ploczensis ob necem scholastici Ploczensis*
*per Cunradum Masoviae ducem patratam*
*interdicto ecclesiastico subiicitur;*
*in cuius relaxationem Cunradus villam Lowicz ecclesiae Gnesnensi*
*et eius archiepiscopo concessit perpetuo possidendam*
*eiusque concessionis tenor*

Horrendam et execrabilem necem in virum bonum et innocuum Iohannem cancellarium Maszowie et scolasticum [a]⟨Wladislaviensem et⟩[a] Ploczensem per Cunradum Maszowie et Cuyawie ducem miserabiliter patratam, in universo Polonorum Regno divulgatam, vox meroris et lamentacionis est subsecuta, que Petrum Gneznensem archiepiscopum[1] ad mulctandam iniquitatem patrati sceleris permovit pontifice Ploczensi Andrea pavore, qui in vi|rum constantem cadere poterat, ne ducale facinus *HP II 261*
in scolasticum suum admissum virga apostolica feriret, mortis respectu constricto. Comunicato itaque virorum prudentum et iuris Divini atque humani peritorum consilio, Petrus Gneznensis archiepiscopus universas ecclesias in Ploczensi diocesi sitas et universam Plocensem diocesim missis processibus publicis, quibus tam ab episcopo et clero quam a populo Ploczensi paritum est, ecclesiastico supponit interdicto. Furori primum res | hec aput Cunradum ducem fuit, post terrori, dum comperit *aut.* |517*|| XX|XX|
Petrum Gneznensem archiepiscopum acriori censura in se usurum, subito ergo ad percucientem conversus missis nunciis conventum sibi dari petit. Quo aput Lanciciam instituto[2] Cunradus Maszovie dux illuc personaliter cum Andrea Ploczensi episcopo et consiliariis adveniens signa penitencie de admissa in christum Domini[b] nece dedit, se quoque pro diluendo aput Dominum facinore quamlibet penitenciam salutarem laturum astrinxit. Diffinitum tandem duce Cunrado taliter humiliato et ab omnibus laudatum et acceptum est, ut in expiacionem et purgacionem commissi patricidii villam Lowicz cum silvis et nemoribus eam in circuitu ambientibus, que condam ducalis venacio habebatur, ecclesia Gneznensis et eius pontifices perpetuo

[a–a] *Dl. m. in ras.* [b] Dominum *aut.*

iure possideant[3], ducem tamen Mazowie unam marcam auri solvendo recognoscant, et quilibet Gneznensis ecclesie antistes canoniam prebendatam in Plocensi ecclesia obtineat et canonicus natus Ploczensis censeatur[4] [c]⟨ecclesiis vero Wladislaviensi et Ploczensi certas libertates, iura, donaciones conferat perpetuo duraturas⟩[c]. Diffinicione itaque huiusmodi probata, donacione etiam de villagio Lowicz et eius appendiis ecclesie Gneznensi per ducem Cunradum Maszowie verbo et litteris roborata[5] Petrus Gneznensis archiepiscopus ducem Cunradum et a reatu patricidii ad cautelam absolvit et interdictum sustulit Divinaque in Ploczensi diocesi resumi et ducem Cunradum pleniorem absolucionem aput summum pontificem petere mandavit. [d]⟨Verum summus pontifex Gregorius nonus absolucionem, quam Petrus archiepiscopus Gneznensis duci Cunrado impenderat, pronuncians irritam et inanem, Thome Wratislawiensi episcopo et Gerardo Cracoviensi scolastico dedit in mandatis, ut recepta a duce Cunrado condigna satisfaccione absolucionis beneficium eidem impenderent[6]. Qui priorem satisfaccionem et Gneznensi et Wladislawiensi [e]et Ploczensi[e] ecclesiis per Cunradum ducem factam approbantes, ducem prefatum a reatu patricidii, exacta perprius a filiis prefati ducis Cunradi Boleslao Maszowie et Kazimiro Cuyawie ducibus omnium eorum, que Cunradus dux ecclesiis prefatis
*HPI I 262* Gneznensi, Wladislaviensi et Ploczensi contulerat, confirmacione, prout hec omnia in littera originali prefati ducis Cunradi, quam Wladislaviensis ecclesia observat, a nobis frequencius visa et tractata continentur, absolverunt, cuius tale est exemplar⟩[d][7].

*aut.*|665** [f]–Cum piarum sit mencium ibi culpam agnoscere, ubi culpa minime reperitur; multo magis his vigilare debet solicite et studiose, quem culpa deprimit manifesta et evidencia patrati sceleris Deo reddens alienum, ab Ecclesiae excludit unitate, qualiter valeat et possit matris Ecclesiae in gremium revocari, ac graciam deperditam consequi sui Conditoris. Pensatis igitur hiis et aliis exhortacionibus patrum beatorum et in corde nocte dieque revolutis, ego Conradus dux Lancicie pensans, me Deum ac ecclesiam scilicet Wladislawiensem et Ploczensem enormiter offendisse, ex hoc, quod in calore indignacionis intemperata ductus consilio perversorum dominum I[ohannem] scolasticum earundem ecclesiarum suspendii morte absque delibera-

---

c–c *Dl. m. in marg.* d–d *Dl. m. in vac., seq. verba* cum piarum sit mencium e–e *in marg.* f–f *in in charta inter p. 664 et 667 inserta, superscr. Dl. m. nota* littera originalis Cunradi ducis Maszovie habetur in errario ecclesie Wladislaviensis; copia eius hec, eam nos originaliter vidimus, *cf. Zarembina p. 21 et 42.*

cione iussi interire, Ecclesiam Romanam de necessitate super hoc dum consuluissem, ab ipsa munus absolucionis postulando et absolucionis per venerabilem patrem meum F. F.[g] Gnesnensem archiepiscopum michi super hoc impartite petendo confirmacionem, quam absolucionem Sedes Apostolica reddens irritam et inanem venerabili viro domino T[home] episcopo Wratislaviensi et discreto viro domino G[erardo] scolastico Cracowiensi delegavit, ut recepta a me condigna satisfaccione michi impenderent munus absolucionis. Predicti vero patres mei in negocio sibi commisso racione previa incedentes, rigorem iuris erga me misericorditer temperando, ad absolucionem meam processerunt suscepta a me eadem satisfaccione, quam in accessu absolucionis primo facte ad instanciam domini archiepiscopi ecclesiis prenominatis meo detestabili facto lesis et dehonestatis contuleram humiliter et devote. Verum quia in satisfaccione exhibita assensum meorum filiorum dominus episcopus Wratislaviensis et scolasticus Cracowiensis supradicti non invenerant ad hoc accessisse, negocium absolucionis mee aliquantulum extitit propter hoc prorogatum et me extunc pia monicione ac paterna exhortacione sollicitaverunt, quatenus filii mei, scilicet B[oleslaus] Masovie et K[azimirus] Cuyawie duces, in suis ducatibus ecclesiis nominatis satisfaccionem impensam et libertatem perpetuo indultam suo gratuito assensu solidarent. Videntes autem filii mei nominati hoc Ecclesie sancte cedere ad honorem et anime mee esse ad salutem, satisfaccionem iam datam et libertatem impartitam ratam habentes, inclinati paterna peticione { domino T[home] episcopo Wratislaviensi *HPII* { *263*
propriis sigillis instrumentum libertatis communitum, in quo libertas ecclesiarum predictarum plenius continetur, specificatum transmiserunt. | Ut autem hec donacio *aut.*|666**
robur sorciatur perpetue firmitatis et a meis successoribus inviolabiliter conservetur sine omni concussione, patribus meis reverendis domino M[ichaeli] Cuyawiensi et domino P[etro] Masowiensi episcopis presens instrumentum[h] conferendum duxi, supplicando[h], quatinus has meas collaciones non solum in armario ecclesie Wladislaviensis[i] fideliter et diligenter faciant conservari, immo per Sedem Apostolicam meis temporibus procurent etiam confirmari, ut zelus ambicionis nullum meorum successorum, dum clausero diem extremum, flectat et inducat ad facti tam pii perturbacionem[-e]. |

---

[f-] *cf. p. 290* [g] Petrum *corr. Ed. Dobr.* [h-h] *cod. Rozr., edd.*, conferendo... supplicandum *aut.* [i] *cod. Rozr., edd.*, Wratislaviensis aut.

*Gregorius nonus papa multipliciter*
*per Fridericum imperatorem afflictus moritur,*
*Caelestinum quartum episcopum Sabinensem habuit successorem*

aut.|517* GREGORIUS papa nonus cum annis quatuordecim sedisset, per Fridericum imperatorem multis tribulacionibus pro zelo et defensione Ecclesie concussus, tandem bono fine mensis Augusti XIIII die[8] ad Dominum transiit, et in ecclesia beati Petri sepultus; Celestinum quartum episcopum Sabinensem, nacione Mediolanensem[9], non tamen immediate post mortem Gregorii, sed biennio prope transacto Friderico imperatore discordie et zizaniarum semen[10] serente habuit successorem. Cui Fridericus imperator talibus versibus missis minabatur:

Roma diu titubans variis erroribus acta
Corruet et mundi desinet esse caput.
Astra docent, fata monent aviumque volatus,
Et subito Fridericus malleus orbis ero.

Cui taliter summus pontifex respondit:

Niteris in cassum Petri subvertere navem,
Titubat, sed nunquam mergitur ipsa ratis,
Astra silent, nil fata monent, nil predicat ales:
Solius est proprium scire futura Dei[11].

Hic papa, cum sedisset decem et octo diebus, moritur et in ecclesia sancti Petri HPII|264 sepelitur. Post cuius mortem vacabat sedes papalis viginti duo|bus mensibus et diebus XIIII[12]. Sub quo tempore Fridericus imperator, hostis Ecclesie, multa in Ecclesie turbacionem ampliorem molitus est, fideles quosque et devotos Ecclesie opprimit, depredatur et vexat.

[1]–⟨Henricus secundus Wratislaviensis dux et beate Heduigis ac Henrici cum barba filius monente eadem illustrissima matre Hedvigi fratres Minores in Wratislaviam advocat et ecclesiam sancti Iacobi Apostoli de novo erectam et locum pro monasterio illis donat[13]. Sed cum Thartaris pro fide et religione nostra ac fidelium defensione

---

1–1 *Dl. m. in vac.*

fortissime pugnans occubuisset, Anna ducissa relicta sua et ecclesiam sancti Iacobi et monasterium, que maritus imperfecta reliquerat, consumacioni mandare curavit⟩[-j].

[k]⟨Fratres[14] Cruciferi castro Balga sub Prutenis conquisito, valido illud muniverunt presidio; contra quos generacio una de Varmiensibus potens et valida, que Bogetyna[15] dicebatur, duas municiones, quarum unam Portegal, alteram Schrando appellabant, extruxit, ex quibus in tantum fratres Cruciferos coangustiaverant, quod fugere de Balga disponebant. Interim vero Otto dux de Brunswig cum suis militibus supervenit et Prutenos Balgam obsidentes conflixit, municiones vero eorum expugnatas confregit. Sub idem [tempus][l] magister Liwonie frater Wolqwinus[16] ordinem suum, qui dicebatur ordo Militum Christi[17], cum ordine Cruciferico Nigre Crucis counivit, et post hec eodem anno in congressu cum Lithwanis habito cum quinquaginta fratribus et multis sui ordinis pugnans interficitur⟩[k]. |

---

[-j] *cf. p. 292* [k-k] *alia manu XV s. in marg.* [l] edd., *desideratur in aut.*

# COMMENTARII

Annus 1140

[1] Boleslaus Krzywousty die 28 X 1138 a. mortuus est, cf. *Annales*, t. II, n. 6 p. 337. Dl. de princ. morte vitiose ad a. 1139 scripsit.

[2] Polonia in partes tres, non quattuor divisa est, cf. G. Labuda, ib., t. II, n. 5 p. 336.

[3] Neque conventus neque electio Ladislai II Exulis facta est, cf. Magister Vincentius, ChrPP et ChrPol, MPH, t. II, p. 365, t. III, p. 476, 630, ubi de eo imperium ineunte breviter legitur. Ladislaus II, cf. *Annales*, t. II, n. 5 p. 217.

[4] Boleslaus Crispus, cf. ib. n. 2 p. 307.

[5] Mesco Senex, cf. ib. n. 1 p. 315.

[6] Henricus Sandomiriensis dux, cf. ib. p. 318 et n. 4, nullam regni partem accepit.

[7] Casimirus Iustus dictus, cf. ib. n. 3 p. 335 apud matrem Salomeam sine dubio remansit.

[8] *Polonia... mutilatura*, cf. Iustinum 13,6: *Macedonia... exemplo furentium manus ac membra sua ipsa caesura*.

[9] Cf. caput p. 53 et n. 9 in quo Dl. iterum de monasterio Andreoviensi fundato copiosius enarravit.

[10] Cf. n. 18 ad. a. 1146 ubi de Iohanne II Ianic dicto legimus.

[11] De Clemente de Klimontow Iohannis II Ianic dicti fratre ad a. 1149–1161 mentio facta est. Cf. F. Piekosiński, *Rycerstwo polskie*, t. II, 1896, p. 260.

[12] Villa Brzeźnica postea Andreovia appellabatur, cf. *Annales*, t. II indices.

[13] Nunc Rakoszyn, villa ca 15 chiliom. ad occidentem ab Andreovia oppido in distr. Andreoviensi, palat. Kelcensis sita est, de qua inter villas coenobio donatas ad a. 1256 nulla mentio fit.

[14] Nunc Potok Mały, villa ca 9 chiliom. ad septentrionem occidentemque ab Andreovia oppido, in distr. Andreoviensi, palat. Kelcensi sita.

[15] Nunc Łysaków, villa ca 7 chiliom. ad meridiem ab Andreovia oppido sita.

[16] Nunc Łączyn, villa ca 4 chiliom. ad meridiem orientemque ab Andreovia oppido sita.

[17] Nunc Raków, villa ca 8 chiliom. ad orientem ab Andreovia oppido sita.

[18] Nunc Tarszawa, villa ca 5 chiliom. ad septentrionem ab Andreovia oppido sita.

[19] Nunc Chorzewa, villa ca 6 chiliom. ad septentrionem occidentemque ab Andreovia oppido sita.

[20] Morimundum (= Alta Marna) in notissima Cisterciensium abbatia inter prima claustra filialia monasterii Cisterciensis a. 1115 fundata est.

[21] S. Bernardus Clarevallensis, cf. *Annales*, t. II, n. 6 p. 69.

[22] Cf. M. Plezia, *List biskupa Mateusza do św. Bernarda*, *Prace z dziejów Polski feudalnej*,

Warszawa 1960, p. 138 sq., ubi ille vir doctissimus narrationem Dl. correxit explanavitque, praecipue autem cur s. Bernardus Poloniae visitandae consilium deposuisset, demonstravit. S. Bernardus Spirae a. 1146–1147 fuit.

[23] Cf. diploma interpolatum a. 1153, KDM, t. II, nr 372, in quo tamen et in posterioris temporis diplomatibus de his monasterii tributis nulla mentio fit. Abbatis nomen ignoramus.

[24] Sobeslaus, cf. *Annales*, t. II, n. 18 p. 87.

[25] Cf. Can. Visegr., FRB, t. II p. 231 ubi de rebus ad bellum comparandis legitur. In Bohemorum chronicis haec invasio aliter narratur. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 171.

[26] Pulkawa scribit *Costan*, in Can. Visegr. *Hostin Hradec* legitur. Id Hostinné fuisse videtur, castrum et oppidum ad Albim flumen prope septentrionales Bohemorum fines situm.

[27] Cf. Novotný, *České dějiny*, t. I 2, p. 661 sq., Sobeslaus in Hostinné oppido aegrotavit et die 14 II a. 1140 obiit.

[28] Adleidi, Almusii filiae ex Hungaria ortae, Sobeslai uxori, tres filii et una filia fuerunt. Sobeslaus II a. 1128 natus est, regnavit inde ab a. 1173 usque ad 1178, die 29 I a. 1180 obiit.

[29] Odalricus, princ. Bernensis, a. 1134 natus est, die 18 X a. 1177 obiit.

[30] Venceslaus, a. 1137 natus est, regnavit inde a die 9 IX usque ad mensem Decembrem ineuntem a. 1191, a. 1192 mortuus est.

[31] Ladislaus II, Ladislai I filius, princ., postea Bohemorum rex factus, regnavit inde a die 14 II a. 1140 usque ad a. 1172, die 18 I a. 1174 mortuus est.

[32] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 306. Jaropolcus (II), Vladimiri Monomach filius, die 18 II a. 1139 mortuus est, cf. *Annales*, t. II, indices et in sacro ritus graeci templo s. Andreae dicato sepultus est. In hoc *Lat.-lawrent.-suzd.*, col. 306 sq. de rebus hic enarratis ad a. 1138 legitur. Idem in *Lat. hip.*, p. 302 et 303.

[33] Więceslaus, Vladimiri filius, princ. Turoviensis et Smolescensis, a. 1154 obiit.

[34] Wszewoldus, Oleg Michaelis filius, Svantoslai nepos, princ. Czyrneoviensis, die 30 VII vel die 1 VIII 1146 a. mortuus est.

Annus 1141

[1] Ladislaus I Silesiam ducatum hereditarium et terram Crac., partem filio natu maiori convenientem accepit, cf. *Annales*, t. II, p. 357.

[2] De Agnete legimus, cf. *Annales*, t. II, n. 1 p. 257, quam Dl. Christinam continenter nominabat. Quo nomine secunda uxor Ladislai appellata est.

[3] *in spem... genitis*, cf. Iustinum 31,1: *in spem regni relictus.*

[4] *expergiscere... dissolve*, cf. Sallustium *Cat.* 52,5: *expergiscimini aliquando et capessite rem publicam.*

[5] Cf. orationem Agnetis, Chr.PP, Chr.Pol.,MPH, t. III, p. 477 sq., 631 sq, quam Dl. mutavit et longiorem reddidit. In chronicis ad calamitatem Petri Vlostovic enarratam Agnetis oratio legitur.

[6] Radost, cf. *Annales*, t. II, n. 3 p. 283 cf. Calendarium Crac., cf. Catalogi eporum Crac. III–V, cf. Annales Traska et Annales Crac.MPH t. II, p. 833, 909, t. III, p. 328, 346 sq.

[7] Robertus I (Ropecius nomen ignoramus) ep. Vrat. a. 1127 factus est. Hoc nomine duo epi

vocati sunt: Robertus II epi munus gessit inde ab a. 1142 usque ad a. 1143 et a. 1143 Cracoviam translatus est. Cf. T. Silnicki [in] *Historia Śląska*, t. II, 1939, p. 30–31. In Annalibus tamen et Catalogis eporum Crac. de Roberto I Cracoviam translato legitur.

[8] Hoc nomine nullus ep. appellatus est. Nomen palatini Magni epo impositum esse videtur. Cf. T. Silnicki, op. cit., p. 31, et dissertationem F. L. Schulte: *Neue Dlugossiana*, ZVGS, t. 49. 1940, p. 144–158.

[9] Innocentius II papa, cf. *Annales*, t. II, n. 12 p. 315.

[10] Cf. *Annales*, t. II, n. 3 p. 315 Bela II Caecus die 13 II a. 1141 obiit. Cf. Chr. Zagrabiense, SRH, t. I, p. 210 ex quo eum annos 9, menses 11, dies 12 regnavisse discimus.

[11] Cf. *Annales*, t. II, n. 5 p. 315 ubi de quattuor filiis Beli regis et de matre eorum Helena legitur.

[12] Cf. *Annales*, t. II, lib. IV, p. 315, quos Dl. secutus has res repetivit.

Annus 1142

[1] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 172, qui hoc caput usque ad *convertit* verbum (p. 18) e Magistri Vincentii opere haustum esse putavit lib. III, c. 28 et e Chr. MP, c. 31. Nonnullae res a Dl. repetitae sunt. Quas supra dictas (cf. p. 17) unus Dl. cum Sbygnei princ. casu comparavit.

[2] Cf. *Annales*, t. II, n. 7 p. 187, in quibus de Sbygneo duce legitur.

[3] Cf. Chr.MP c. 32 ubi de auxiliis e Russia conducendis legitur, cuius rei consanguinitas matris Salomeae, princ. Russiae causa fuit.

[4] Cf. Pulkawa, FRB, t. V, p. 84 sq., quo Dl. fonte usus hanc narrationem scripsit.

[5] Conradus II, Leutoldi filius, a. 1161 obiit, cf. *Annales*, t. II, n. 6 p. 309. Cuius gens a Novotný, op. cit. t. I 2, p. 516 et sqq. tractatur.

[6] Conradus III Otto, Conradi II filius, princ. Olomucensis, natus est post a. 1134, die 9 IX a. 1191 obiit, cuius vitam enarratam in SSS, t. II invenies.

[7] Vratislaus, Odalrici filius, Bernensis princ. a. 1156 obiit, qui Conradi II frater patruelis, non frater fuit.

[8] Ladislaus, Sobeslai I filius, Olomucensis dux (inde ab a. 1137 usque ad 1140) post diem 28 VI a. 1165 exul in Hungaria obiit.

[9] Spitigneus, Borzywogii II filius, die 9 I a. 1157 obiit.

[10] Leopoldus, Spitignei frater, Olomucensis princ. post a. 1142 obiit.

[11] Cf. Novotný, op. cit., p. 774 sq ubi de pugna ad Vysoka montis radices prope Vysoka vicum et Kutna Hora oppidum commissa legitur. Novotný omnes historicos fontes et diem annumque huius pugnae a viris doctissimis acceptum, id est diem 25 IV a. 1142, explanavit. Nuntium de pugnae tempore Dl. e Pulkawa, FRB, t. V p. 85 deprompsit.

[12] *cede... plus quam civili*, cf. Lucanum, *Phars.*, I, 1: *bella... plus quam civilia* (Madyda, p. 200).

[13] Gertrudis, Leopoldi III marchionis Austriae filia, die 4 VIII a. 1150 obiit.

[14] Dypold I minoris natu frater Ladislai die 14 vel 15 VIII a. 1167 obiit.

[15] Cf. Pulkawa, p. 86 Conradus dux e Bohemia ante diem 7 VI 1142 a. fugit.

Annus 1143

[1] Cf. *Qui prona supplicatione prostrati — contendunt.* Magister Vincentius, MPH, t. II, p. 365 et Chr. MP c. 31 ubi de iunioribus princ., qui frustra nuptiis principissam Agnetem ambiverunt, brevissime narratur, quo fonte Dl. usus hoc caput composuit.

[2] In fontibus hist. varium mortis epi Roberti tempus indicatur. Cf. Catalogus eporum Crac., II–IV ubi a. 1142 sq., quo Robertus ep. regnabat et a. 1144 eius mortis indicantur. In Annalibus cap. Crac. annus mortis epi ad a. 1142 traditur. Cathedra Crac. a. 1143 consecrata est, in Calendario Crac. dies consecrationis 20 IV traditur. Cf. MPH., t. II et t. III indices sub voce Robertus ep.

[3] Matthaeus ep. Crac. (inde ab a. 1143 usque ad diem 18 X a. 1166). Cf. eius vitae descriptionem in SSS, t. III, quem eximium virum doctissimum s. XII viventem sermonum in Chronica Magistri Vincentii relatorum participem cognoscimus. Is quoque litteras ad s. Bernardum Clarevalensem missas composuit, quibus ad Poloniam visitandam invitavit. Unus Dl. Matthaeum canonicum Stobnicensem fuisse memoriae tradidit. Quod M. Plezia viro doctissimo dubium videtur, quia collegiatam Stobnicensem illo tempore aedificata nondum fuisse dicit.

[4] Pulkawa, FRB, t. V, p. 86 ad a. 1143, qui de his brevius narravit.

Annus 1144

[1] In hoc capite Dl. de Petri Vlostovic potentia, fundationibus, calamitate scribens Cygnorum gentis res gestas memoriae tradidit. Cf. *Annales*, t. II (indices) ubi Dl. iam de Petro enarravit.

[2] Petrum Magnum alium hominem fuisse scimus, cf. ibid. Cf. Chr.MP, c. 32, Chr. PP, Chr. Pol e quibus Dl. excerpsit, Chr. Petri ut Plezia opinatur non novit, cf. MPH N.S. t. III, 1951, praefationem p. XXVIII. Hic fuit Petrus filius Wszeborii, cognomine Magnus, palatinus Cuiaviae, cf. *Annales*, t. II, n. 1 p. 330.

[3] Cf. *Annales* t. II, n. 1 p. 299. Hic fuit, ut videtur, palatinus Sandomiriensis, Petro consanguineus. Is una cum Boleslao Krzywousty duce bello in Russia gesto interfuit.

[4] Petri pater nomine Vlost, Petri filius nomine Svantoslaus – Aegidius appellati sunt. Cf. Annales Crac., MPH, t. II, p. 833.

[5] *In propria... grassari*, cf. Lucanum, *Phars.* 1,4: *populum... in sua conversum viscera dextra*, et Iustinum 13,6: *Macedonia... in sua viscera armatur* (Madyda, p. 200).

[6] Cf. Chr. MP initium c. 32.

[7] Dl. de Agnetis principissae odio in Petrum bis scripsit: infra (p. 24) iterum narravit eam impetus in Petrum Vlostovic auctorem fuisse.

[8] Cf. Chr. MP, MPH N.S., t. VIII, p. 50, Chr. PP, Chr. Pol, MPH, t. III, p. 477 et 631 ubi de casu venationis tempore facto sermo est. His chr. Dl. fonte usus omnia copiosius suis enarravit verbis. De impetus in palatinum facti causa nusquam nisi in Chr. MP legitur. Ex qua discimus Ladislaum ducem timuisse, ne palatinus seditionem concitaret et propterea illum petivisse.

[9] In chronicis *Dobes*, *Dobesch*, Polonorum lingua Dobek, Dobiesz nominatur, qui nobis ignotus, in Chr. Pol. Germanorum miles appellatur. Is Agnetis principissae amator fuit.

[10] Maria fuit, Russiae principissa, cf. *Annales*, t. II, n. 3 p. 299. De hac consanguinitate Dl. Chr. MP secutus scripsit.

[11] Hanc narrationem nusquam nisi in Chr. Petri invenies.

[12] E sola Chr. PP cognoscimus Ladislaum princ. Dobiessio impetus in Petrum facti mercedem e Petri bonis dare promisisse.

[13] Iaxa, princ. Stodoranorum, qui illo tempore soli Slavorum Occidentalium libertate fruebantur, cf. PSB, t. X, s. XII medio vixit; die 27 II, anno nobis ignoto obiit. Is Agaphiam, Petri Vlostovic filiam, cuius nomen in notissimo illo tympanon Vratislaviae deposito scriptum legi potest, uxorem duxit. — Serbia, id. e Serborum terra iuxta Albiam flumen sita. In Chr. Petri de Svantoslai-Aegidii filii Petri matrimonio cum ignota virgine inito legitur. Matrimonii ineundi tempore Petrus comprehendendus erat. Id eo spectabat, ne Cygnorum gens et fratrum Ladislai ducis minorum natu fautores potentiores fierent.

[14] De his omnibus, id e. de Dobiessio, de Petro rapto occaecatoque et caeteris in Chr. Petri plura traduntur. Quam Dl. non novit et propterea rem totam brevissime narravit. In Annalibus Crac. et in opusculo qui *Zdarzenia godne pamięci* inscribitur ad a. 1145 de Petri calamitate legitur, cf. MPH, t. II, p. 833, t. III, p. 304. De Petro autem exule in quadam Russiae chronica legimus. Is in Russiam se contulisse videtur. Hoc Petri supplicium, eiusque exilium atque bellum, quod cum iunioribus princ. statim exarsit, indicio nobis sunt coniurationem in Ladislaum princ. iam antea factam esse. Cf. S. Bieniek, *Piotr Włostowic*, Wrocław-Warszawa-Kraków 1965, p. 67–72.

[15] De Petro mirifice sanato uno libro manu scripto Chr. MP legitur, cf. MPH N.S., t. VIII, p. 50.

[16] Viri historiae studiosi Petrum a. 1153 mortuum esse coniecerunt. Cf. Necrologium Praemonstratensium Vrat., ZVGS, t. 10, 1871, p. 431, 466 ubi dies mortis 16 IV indicatur. Cf. ib. n. 61, in ceteris fontibus dies 17 IV, vel 22 IV vel 30 VIII traduntur, cf. MPH, t. V, p. 620, 734. Ex quibus conici potest Petrum annos 8 caecum vixisse.

[17] In Chr. Petri et in Libro Fraternitatis coenobii Lubinensis de Constantino Petri filio mentio fit. Cf. M. Friedberg, *Ród Łabędziów*, p. 26 sq.

[18] Svantoslaus-Aegidius, cf. n. 4 ad a. 1144, cf. M. Friedberg, op. cit., p. 26 sq., 78 sq.

[19] Haec narratio veri similis videtur. Opus a fundatore inceptum tempore procedente saepe a heredibus finitum esse constat. Ex eo, quod in illo notissimo Vrat. tympanon inscriptum est, cognoscimus Mariam Petri uxorem et Svantoslaum, filium eius opus patris ad finem perduxisse.

[20] Dl. Petri eiusque uxoris sepulcrum, quod oculis suis viderat, descripsit. Quod sepulcrum s. XIII exeunte restauratum, postea autem die 14 X a. 1529 cum abbatia destrueretur — devastatum est. Cf. S. Bieniek, *Piotr*, p. 103 sq.

[21] Maria die 8 IV a. 1149 exeunte vel 1150 ineunte obiisse traditur, cf. MPH, t. V, p. 686, quod temporum ratione probari non potest, cum ea Petro superstes fuerit, ergo post a. 1153 mortuam esse coniicimus.

[22] Hoc a. 1270–1290 inscriptum esse iudicamus. Cf. Chr. Petri, Praefationem, p. LX. Vilhelmus abbas illo tempore coenobium rexit.

[23] Hoc loco Dl. omnia aedificia et omnes eccl. a Petro Vlostovic fundatas enumerat, quae enumeratio veterrima et longissima est. Cf. M. Friedberg, op. cit., p. 86 sqq. et S. Bieniek, *Piotr*, p. 84–87.

[24] Ołbin, coenobium ad Vratislaviam situm Petrus, omnium coenobiorum a se fundatorum maximum splendidissimumque aedificavit. Qua de re Dl. supra scripsit., cf. *Annales* t. II, n. 4 p. 301. Ibi quoque eccl. SV Mariae et s. Vincentio dicata fuit. Cf. S. Bieniek, op. cit., p. 88, S. Trawkowski, *Ołbin wrocławski w XII w.*, Roczniki Dziejów Społ. i Gosp., t. 20, 1958 de his quoque caeteri viri doctissimi multa disserebant. Hoc coenobium circa a. 1120 exstructum, a. 1529 destructum est. Fratres s. Benedicti, qui ibi tempore ultimo collocati erant, a. 1189 exeunte vel a. 1190 ineunte expulsi sunt. Postea fratres Praemonstratenses e Calisia in hoc coenobium venerunt et usque ad s. XVI remanserunt.

[25] Eccl. vel potius capella s. Michaeli dicata in finibus abbatiae ca a. 1139 fuit. Cf. Z. Świechowski, *Budownictwo romańskie w Polsce*, Katalog zabytków, Wrocław – Warszawa – Kraków 1963, p. 336–339.

[26] Basilica s. Trinitati dicata in Strzelno oppidulo non a Petro Vlostovic, sed a Petro Wszeborowic Sene fundata est. Cf. *Annales*, t. II, p. 319, cf. Z. Świechowski, op. cit., p. 252–258.

[27] Klobuczko, urbs, distr. caput, in palat. Katowice sita. Cf. LB, t. II, p. 212, t. III, p. 163, ubi Dl. de eccl. Clobucensi a Petro Vlostovic fundata scripsit. Nunc eccl. ss. Martino et Margaeritae dicata hoc loco invenitur, sed quo anno aedificata esset, nemo quaesivit.

[28] Cf. *Annales*, t. II, n. 2 p. 299, ubi Skrzyńsko et Skrzynno Cygnorum gentis villae hereditariae nominantur. Eccl. parochialis s. Adalberti et s. Trinitati dicata, quae arte Romanica in Skrzyńsko villa aedificata erat, s. XVIII deleta est. Reliquiae tamen muri arte Romanica exstructi remanserunt. Cf. M. Friedberg, op. cit., p. 88, Cf. Z. Świechowski, *Budownictwo*, p. 244.

[29] Żarnów, villa in distr. Opoczno, palat. Kelcensi sita. Cf. LB, t. I, p. 332, ubi eccl. SV Mariae et s. Nicolao dicata nominantur. In illo notissimo falsoque diplomate Mogilnensi ad a. 1065 de hac eccl. mentio fit. Cf. Z. Świechowski, op. cit., p. 356 sq., qui eam priore s. XII parte aedificatam esse dixit.

[30] Nunc Siewierz, urbs in distr. Zawiercie, palat. Katowice sita. In LB de eccl. s. Mariae dicata, quae in Siewierz urbe fuit, mentio fit. Cf. Z. Świechowski, op. cit., p. 241 sq., qui de eccl. s. Iohanni Baptistae dicata scripsit. Ea eccl. s. XI–XII aedificata nunc exstat.

[31] Pajęczno oppidum, quod est in distr. sede, palat. Lodensi situm in Chr. Ortliebi Zvivildensis traditur, MPH, t. II, p. 4. Cf. *Katalog zabytków sztuki w Polsce*, t. II, z. 8, 1 1953 p. 17.

[32] Ruda, oppidum in distr. Vielunensi, palat. Lodensi situm. Eccl. parochialis s. Adalberto dicata (postea titulo Nativitatis SV Mariae nominata), s. XVIII–XIX iterum aedificata. Z. Świechowski, op. cit., p. 223 sq. eius veterrimas partes s. XII ineunte exstructas esse opinatus est. Cf. Gallus, II, c. 33 ubi de consecratione eccl. Rudensis legitur.

[33] Recte Chełmce villa in distr. Radomsko, palat. Lodensi sita. Cf. *Słown. Geogr.*: Chełmno, villa ubi templum a Petro Vlostovic, ut videtur, fundatum invenitur, quod s. XIX deletum est.

[34] In diplomatibus *Wiercziczow* castrum cum eccl. parochiali in Pińczów oppido coniunctum nominatur. Quo in oppido nullum templum arte Romanica aedificatum fuit.

[35] De notissimis illis veterrimis capellis et eccl. Lanciciensi viri historiae et historiae artis periti multum disputaverunt, sed nullam Petro Vlostovic fundatori adscripserunt.

[36] Kije, villa distr. Pinczoviensi, palat. Kelcensi sita ante a. 1154 ad princ. bona pertinebat.

Świechowski, op. cit., p. 82 sq. eccl. parochialem ss. Petro et Paulo Apostolis dicatam s. XI aedificatam esse dixit.

[37] Opatovia, urbs in palat. Kelcensi sita. Cf. LB, t. II, p. 498, ubi eccl. collegiata s. Martino dicata nominatur. Quae eccl. proxima bonis familiae Cygnorum posteriore s. XII parte aedificata est. Cf. M. Friedberg, op. cit., p. 88, Z. Świechowski, op. cit., p. 190–195. Sed veterior quam collegiata s. Martini eccl. parochialis SV Mariae in arce aedificata fuit.

[38] Nunc Ptkanów, villa in distr. Opatoviensi sita, cf. *Annales,* t. II, p. 156. Cf. *Katalog zabytków*, t. III, z. 7, 1959, p. 55.

[39] Nunc Chalno, villa in distr. Nieszawa, palat. Bidgostiensi sita. Cf. *Annales*, t. II, n. 2 p. 301. Eccl. s. Mariae Magdalenae dicata ca a. 1870 deleta est.

[40] Tinecia, villa in Silesia, inter Sobótka oppidulum et Vratislaviam urbem sita, ad Petri possessiones pertinuerat, postea a Boguslao, Petri fratre, canonicis regularibus data est, cf. M. Friedberg, op. cit., p. 17. Est autem alia Tinecia (a. 1265 *Thincza*, a. 1362 *Tynecz*), villa ad orientem a Calisia urbe sita, quae a Benedictinis Tineciensibus s. XII condita esse dicitur, cf. *Slown. Geogr.* Neque in prima neque in altera villa eccl. arte Romanica aedificata fuit.

[41] Villa in distr. Szydłów, palat. Kelcensi sita, quae una cum eccl. s. Stanislao dicata, cf. LB, t. II, p. 518, propinqua bonis Cygnorum gentis fuit. Cf. Z. Świechowski, op. cit., p. 20 sq., qui hanc eccl. medio s. XIII aedificatam esse opinatus est.

[42] Kościelec Kujawski, oppidulum in distr. Iunivladislaviensi, palat. Bidgostiensi situm, quod a. 1297–1298 Lapidea Ecclesia appellabatur. Z. Świechowski, op. cit., p. 101, eccl. collegiatam s. Margarethae dicatam, quae in eodem oppidulo fuit, s. XII–XIII aedificatam esse dixit.

[43] Coenobium canonicorum regularium, qui ex Arrovesia oppido Vratislaviam translati et ad eccl. SV Mariae in Arena dicatam collocati sunt, sine dubio a Petro fundatum est, quod mariti opus vidua Maria et eius filius Svantoslaus-Aegidius ad finem perduxerunt. De ipsis in tympano Vrat. legitur. Monasterium ca a. 1134 fundatum est. Cf. S. Bieniek, *Piotr*, p. 90 sq., Z. Świechowski, op. cit., p. 334–336 et M. Friedberg, op. cit., p. 89 sq. et caeterorum virorum doctorum opiniones.

[44] Eccl. s. Martino dicata Vratislaviae in insula Tumska appellata fuit. Quae eccl. in bullis Innocentii III papae a. 1193 et 1201 editis, capella, quae ad coenobium s. Vincentii in Ołbin situm pertinebat, nominatur. Ex quo conicimus eam eccl. a Petro fundatam esse. Cf. M. Friedberg, op. cit. p. 91.

[45] Monasterium s. Laurentio dicatum fuit in Kościelna Wieś, villa in distr. Calisiensi, palat. Posn. sita. Quod in monasterium ex Ołbin monasterio expulsi fratres ordinis s. Benedicti translati sunt. Quos famam de Petro eius monasterii fundatore divulgavisse veri simile est. Cf. M. Friedberg, op. cit., p. 87, cf. Z. Świechowski, op. cit., p. 105 sq., cf. T. Wąsowiczówna, *Kalisz na tle wczesnośredniowiecznej sieci drożnej* [in:] *Osiemnaście wieków Kalisza*, t. I, Poznań 1960, p. 94, 101, qui aedificium s. XII–XIII exstructum esse dicunt.

[46] Haec notissima eccl. SS. Salvatori dicata, quae in suburbio Crac. Zwierzyniec nominato invenitur, omnium Poloniae eccl. veterrima est. Cf. LB, t. III, p. 58–61 ubi Dl. de ea eccl. a Petro fundata iterum scripsit. De qua re W. Zin et W. Grabski in opere: *Wczesnośredniowieczne budowle*

*Krakowa w świetle ostatnich badań*, Rocznik Krak., t. XXXVIII (1966) p. 35 sq. recentissime scripserunt.

[47] Olawia urbs inter possessiones hereditarias Petri fuit, cf. M. Friedberg, op. cit., p. 17, S. Bieniek, *Piotr*, p. 95. Ante urbis muros aedicula sacra fuit, quae cum hospitali infirmorum domo ad s. Vincentium Vrat. in Ołbin pertinebat. Ea ss. Błasio et Sperato, postea s. Zoerardo dicata, inter a. 1193 et 1201 exstructa, a. 1429 deleta est. Cf. J. Jungnitz, *St. Zoerard u. das Hospital in Ohlau*, ZVGS, t. 50, 1916, p. 57–67, et *Deutsches Städtebuch*, ed. E. Keyser, t. I (1939), p. 810.

[48] Eccl. ss. Laurentio et Bartholomeo dicata in suburbio Crac. Casimiria nominato etiam a. 1647 fuit. A qua S. Laurentii platea nomen traxit. Cf. H. Pruszcz, *Klejnoty stołecznego miasta Krakowa*, Kraków 1861, p. 142. De Petro eccl. fundatore nihil traditum est.

[49] De eccl. s. Andreae dicata, quae ad plateam Castrensem Cracoviae invenitur, multi viri docti scripserunt. A. Grygorowicz, *Kościół św. Andrzeja w Krakowie we wczesnym średniowieczu*, Rocznik Krak. t. XXXIX, 1968, p. 5–33, hac mentione Dl. omissa, opinatus est primum Sethegium seniorem ecclesiam aedificare coepisse, postea (s. XIII) familiam Toporczycy dictam aedificationem ad finem perduxisse. Eccl. s. Iohanni dicata omnium Crac. eccl. veterrima fundamenta sunt, nam priore s. XII parte exstruebantur. Cf. W. Zin et W. Grabski, op. cit., p. 57–59, cuius eccl. Petrus fundator fuisse traditur.

[50] Casimiriae, oppido in distr. Konin, palat. Posn. sito, eccl. parochialis s. Martino dicata exstat. Quae s. XII aedificabatur, cf. Z. Świechowski, op. cit., p. 78–81. Ea regione possessiones familiae Cygnorum non fuerunt.

[51] Praepositura Mstoviensis in distr. Czanstochoviensi, palat. Katowice sita ad abbatiam Canonicorum regularium, qui Vratislaviae in Arena fuerunt, pertinebat. Ex quo conicimus Petrum fundatorem ab iis dictum esse.

[52] Nysae, quod est oppidum in distr. Nysa, palat. Opoliensi situm, fundamenta cuiusdam veterrimi templi inventa sunt. Cf. Z. Świechowski, *Architektura romańska na Śląsku*, Warszawa 1955, indices, cf. eiusdem auctoris, *Budownictwo*, p. 182 sq.

[53] Eccl. ss. Petro et Paulo Apostolis dicata, quae fuit in Konin, quod est oppidum antiquum ad Pokrzywnica amniculum prope oppidum nunc Konin appellatum situm, priore s. XII parte, ut videtur, aedificata est. Cf. Z. Świechowski, *Budownictwo*, p. 89–91.

[54] In Kotłów, quod est oppidum in distr. Ostroviensi, palat. Posn. situm, eccl. parochialis Nativitatis SV Mariae fuit, nostris temporibus fere iterum aedificata est. Z. Świechowski, op. cit., p. 108 sq., eam eccl. s. XIII ineunte fundatam esse dixit. Cf. M. Sokołowski, *Kościoły romańskie w Gieczu, Krobi, Lubiniu i Kotłowie w W. Ks. Poznańskim*, Spraw. Kom. Hist. Szt. w Polsce, t. III p. 100 sq.

[55] In diplomatibus *Newemburg*, *Numberg*, nunc Nowogród Bobrzański, oppidum in palat. Zielona Góra (Silesia) situm. Quod oppidum a. 1202 castellani sedes fuit. Neque de veterrima eccl., neque de sanctimonialibus Praedicatorum quidquam certi scimus.

[56] Nunc Rąbiń, villa in distr. Kościan, palat. Posn., sita. In eccl. parochiali ss. Petro et Paulo Apostolis dicata parvae solaeque reliquiae veterrimi muri priore s. XII parte exstructi asservantur. Cf. Z. Świechowski, op. cit.

[57] Nunc Czerwona Wieś, villa in distr. Koscian, palat. Posn., sita usque ad a. 1580 Ruffa Ecclesia appellabatur, ubi eccl. s. Aegidio dicata invenitur, quam Z. Świechowski, *Budownictwo*, p. 30 sq., priore s. XIII parte aedificatam esse ratus est. De Petro eccl. fundatore solus Dl. scripsit.

[58] I.e. Lubin, oppidum in distr. Koscian, palat. Posn., situm, ubi duae eccl. veterrimae inveniuntur: prima nomine SV Mariae, nunc Nativitatis SV Mariae appellata, olim ad fratres Benedictinos pertinebat. Quae eccl. a Michaele Skarbek de familia Awdańce fundata esse dicitur, altera eccl. parochialis s. Leonardo dicata iterum aedificata est. Cf. Z. Świechowski, op. cit., p. 159, 161, qui primam eccl. s. XI, alteram s. XIII ineunte fundatam esse dixit. Cf. M. Sokołowski, *Kościoły romańskie*, p. 96 sqq.

[59] Nunc Tulce, villa in distr. Środa, palat. Posn., sita. Ibi fuit eccl. parochialis Nativitatis SV Mariae, quae medio s. XIII fundata est. Cf. Z. Świechowski, op. cit., p. 297.

[60] Nunc Giecz, oppidum in distr. Środa, palat. Posn., situm, ubi eccl. parochialis s. Nicolao dicata fuit. Z. Świechowski, op. cit., p. 37–40 eam eccl. s. XII exeunte vel s. XIII ineunte aedificatam esse dixit. Cf. M. Sokołowski, *Kościoły*, p. 93 sq.

[61] Eccl. s. Aegidio dicata ad Krobia, quae est villa in distr. Gostinensi, palat. Posn., sita, inveniebatur. Z. Świechowski, op. cit., p. 144 sq. eam eccl. s. XI fundatam esse dixit.

[62] Jeżów, villa in distr. Brzeziny, palat. Lodensi sita, ubi eccl. s. Andreae dicata invenitur, quae posteriore s. XII parte fratrum Benedictinorum Lubinensium praepositura fuit. In libro mortuorum monasterii Lubinensis ad a. 1145 mentio s. XV inserta de Petro fundatore fit. Cf. Z. Perzanowski, *Honorarium autorskie Galla Anonima*, Nasza Przeszłość, t. IX, 1959, p. 23–33, qui Boleslaum eius monasterii fundatorem fuisse opinatur.

[63] Petrus Vlostovic terram Calisiensem et Crusviciensem tum administrare non potuit, cum columna in Konin oppido exstructa est, i.e. anno 1151, nam Petrus illo tempore occaecatus et dignitate palatini privatus est. Terram Crusviciensem tunc dux Boleslaus Crispus administravit, Calisiam autem urbem Mesco Senex habuit, Cf. T. Wąsowicz, *Inskrypcja konińska z r. 1151*, Kwart. Hist. Kult. Mater., R. XV nr 1, 1967, p. 91 sq. Fieri potuit, ut Petrus Wszeborowic Senex illam columnam exstrui iuberet, cf. *Annales*, t. II, n. 1 p. 300.

[64] Cf. T. Wąsowicz, op. cit., p. 86 sq., quae de columna in Konin oppido exstructa quaesivit et quo modo columna in oppido collocata esset, dixit. Ex quibus coniecit Dl. vera tradidisse.

[65] Haec inscriptio a Dl. paulo immutata in septem versibus incisa est. Qui sunt: ... *In Calis hic medium de Crusvici fere punctum, Indicat ista vie formula iustitie, Quam fieri Petrus iussit comes hic palatinus.*

[66] Cf. *Innocentius II... sedit annis 13, mensibus 7, diebus 8, sepultus est in Laterano in conca porfirica miro opere sculpta*, Martinus Op. 436. Idem in Hist. eccles., col. 1095, 1097, cf. *Annales*, t. II, p. 315. Innocentius II die 24 IX a. 1143 mortuus est.

[67] Cf.... *Coelestinus II natione Tuscus de Castro Felicitatis*... Hist. eccles., col. 1098. Qui Guido di Citta di Castello fuit, antea legatus Sedis Apostolicae nominatus erat. Electus die 26 IX a. 1143, nomine Celestini II papae appellabatur, die 3 III obiit. *Citta di Castello* Longobardorum lingua Castrum Felicitatis appellabatur.

Annus 1145

[1] Cf. ad a. 1144, ubi de Petri Vlostovic calamitate legitur.

[2] Neque apud Magistrum Vincentium, neque in Chr. MP de Polonorum exercitibus adversus princ. iuniores missis mentio fit. In Chr. MP de Russicis militibus auxiliariis legitur. Cf. autem *Lat. ławrent.-suzd.*, PSRL, t. I 2, col. 310, ubi princ. Russici hieme a. 1142 auxilio missi esse traduntur (!).

[3] De Wszewoldo princ. Kijoviensi cf. n. 34. a. 1140.

[4] Svantoslaus III Wszewłodowicz princ. Czyrneoviensis, m. dux Kijoviae, die 24 VII a. 1194 obiit.

[5] Isaslaus Dawidowicz, princ. Czyrneoviensis, m. dux Kijoviensis die 6 III a. 1161 mortuus est.

[6] Hic Władymirko fuit, cf. *Annales*, t. II, n. 2 p. 297. Nomen Wszewoldimir apud solum Dl. legitur; error nominibus Vladimiro et Wszewoldo confusis ortus est.

[7] Cf. Chr. MP, p. 50 ... *Henricum de Sandomiriensi terra* ... *Boleslaum de Mazouiensi... fugam inire compellit* ... *Henricus princeps nullam regni partem habuit.* Dl. saepe pro Masoviensi terra terram Plocensem scripsit.

[8] Cf. Chr. PP, MPH, t. III p. 447, ubi de tergemina pugna cum princ. iunioribus commissa legitur. Qua confecta in castrum Posn. se receperunt.

[9] Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 367 et Chr. MP, p. 50, ubi de castro Posn. obsesso breves mentiones fiunt.

[10] De legatis a princ. missis in chronicis nihil traditur, sed ex utraque discimus Wszebor palatinum iuniorum princ. fautorem fuisse. Quae res a Dl. omissa est. Chr. MP Dl. secutus rem porro tractat.

[11] Iacobus de Sneyn, cf. *Annales*, t. II, indices.

[12] *plus quam* ... *discordiam*, cf. Lucanum, I, 1a (supra adn. 12 p. 19).

[13] Cf. Chr. MP, p. 51, ubi legimus archiepum curru vectum ad Ladislaum princ. venisse eumque monuisse. Chr. MP Dl. fonte usus, ubi breves de hac re mentiones factae erant, orationem archiep. finxit. Magister Vincentius, MPH, t. II, p. 227 archiepum princ. iuniorum fautorem fuisse tradidit. Quo ex fonte Dl. hausit et longiorem narrationem composuit.

[14] Cf. ... *more Pharaonis corde indurato* ... Chr. MP, p. 51, alluditur ad *Vlg.* Exod. 14, 18.

[15] Cf. Chr. MP l.c., ubi de princ. anathematizato breviter legitur. Quod documentorum testimonio confirmatur, cf. G. Labuda, *Zabiegi o jedność państwa pol. w latach 1138–1145*, KH LXVI, 1959, nr 4, p. 1164. Ad Agnetem principissam quoque anathema pertinebat. Cf. M. Mendys, *Udzial Wladyslawa II w krucjacie r. 1147*, Roczn. Zakł. Ossol. 1–2, Lwów 1928, p. 16–18. Papa a. 1147 ineunte anathema approbavit.

[16] Cf. Chr. MP, l.c. Quod currus tentorium evertit, id pro pessimo omine putabatur.

[17] Hoc caput Dl. nullo fonte hist. usus composuit.

[18] Cf. Chr. MP, p. 51, ubi de Sandomiriensibus, Masovitis, Cuiaviensibus ac Polonis in Polonia Maiore habitantibus sermo est.

[19] De litteris et legatis ab archiepo missis nihil certi scimus.

[20] Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 367 et Chr. MP, p. 51, ubi hae res breviter tractantur.

[21] Cf. Chr. MP l. c. — ubi de uno Russiae princ. legitur. Dl. tamen nomina eorum tradidit.

[22] *mori ... persuasis*, cf. Iustinum 14, 101: *persuasis mori.*

[23] Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 367, et in Chr. MP finem c. 32, ubi haec pugna breviter descripta est. Cf. Chr. MP, p. 52, ubi a. 1142 indicatur et cf. Annales capit., Posn., ubi a. 1146 verus traditur.

[24] Cf. ... *duo rivi Czibina et Glowna* ... Chr. MP, p. 52. Apud Dl. Cybina fluvius non nominatur. Fluvius Główna a dextra in Wartham flumen influit.

[25] Magister Vincentius, quo Ladislaus dux fugisset, non tradidit. E Chr. MP, p. 52 cognoscimus princ. Cracoviam, postea in Hungariam se contulisse, in c. 33 autem de princ. Rathiboriae, quod est Silesiae oppidum, morante legimus. De princ. Ruthenorum fuga nihil memoriae traditum est.

[26] Cf. *Coelestinus II ... sedit mensibus 6 diebus 13 ... sepultus in Laterano*, Martinus Op., p. 436. Is die 3 III a. 1144 Romae in dell'Palladio, monasterio munito, in monte Palatino sito, obiit.

[27] Cf. *Lucius II natione Bononiensis ex patre Alberto* ... Hist. eccles., col. 1099. Idem apud Martinum Op., p. 436. Łucius II fuit Gerardus Caccianemici, Orsii filius, Boloniae natus, cardinalis tituli S. Crucis. Die 12 III a. 1144 papa electus est. A. 1145 seditio Romae concitata est; papa vulneratus est et die 15 II a. 1146 obiit.

[28] Ep. Olomucensis Henricus Zdik fuit. Nonnulli historicorum Bohemicorum eum Cosmae historici filium fuisse dicunt.

[29] Cf. Pulkawa, FRB, t. V p. 86 sq., ubi ad a. 1145 narratio in brevius redacta est.

[30] Polonorum lingua *Ląd* oppidum in distr. Słupca, palat. Posn. situm appellatur. W. Kętrzyński, *Studia nad dokumentami XII w.*, R. Hist., t. XXVI, 1891, p. 82 sqq, monasterium Landense alterius monasterii filiam in Łekno villa a. 1175 fundatum esse dixit, quod nobis verisimile videtur. Monasterium cum minus floreret, abbas coenobii Łeknensis monachos revocare constituit. Tunc Mesco Senex princ. alios monachos ex oppido Altenberg ad Coloniam Agrippinam sito arcessivit ibique collocavit; aedificium autem illud ca a. 1195 renovavit. Cf. Chr. MP, c. 35, ubi de aedificii fundatione tractatur. Cf. diploma falsum, quod ca a. 1261 confectum est, in quo tamen dies 23 IV a. 1145 legitur. Ex eo Dl. diem annumque hausit. Cf. *Repertorium*, nr 39 et 40. Dl. de monasterii bonis generaliter scripsit. Hodie nihil certi scimus de veterrimis possessionibus monasterii, nam omnia diplomata Landensia s. XII confecta falsa sunt. Cf. W. Kętrzyński, op. cit., op. 84–90 et *Repertorium*, nr 39, 40, 71, 73, 99, 111, 117.

[31] Wągrowiec, oppidum, distr. caput, in palat. Posn. situm. Hic autem de coenobio, quod in Łekno oppido situm et a Sbiluto Pałuka ca a. 1152–1153 fundatum est, agitur. Postea coenobium in Wągrowiec oppidum translatum est. Cf. KDW, t. I, nr 18 et *Repertorium*, nr 53, ubi de diplomatibus disertis legitur. In hoc coenobio Fratres Cistercienses a. 1140–1153 (fortasse a. 1142) collocati sunt. Cf. I. Błaszkiewiczówna, *Fundacja i pierwotne uposażenie klasztoru cystersów w Łeknie*, Spraw. Pozn. TPN, t. VIII, 1934, p. 89–93.

[32] I.e. Altenberg, oppidum ad septentrionem orientemque a Colonia Agrippina situm.

[33] De peregrinatione Mesconis Senis Coloniam Agrippinam facta nihil certi scimus. Reliquiae Trium Regum Coloniam a. 1163 deductae sunt. Cf. *Repertorium*, nr 41, p. 46.

Annus 1146

[1] Cf. p. 35 sq., ubi de bello cum Ladislao confecto legitur.

[2] Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 368 sq. et Chr. MP, MPH N.S., t. VIII, p. 52.

[3] Cf. S. Smolka, *Mieszko Stary i jego wiek*, (1881), Add. IV, p. 463, qui dixit Cracoviam obsessam et arcem a civibus Crac. deditam esse post mensem Martium et ante quam Conradus III rex expeditionem in Poloniam fecisset.

[4] *alienos ... amisit*, cf. Iustinum 39,1: *dum aliena adfectat ... propria ... amisit.*

[5] Cf. Chr. MP, finem c. 32, ubi de Agnete principissa cum filiis expulsa sermo est. De inimicis principissae nihil memoriae traditum est. Cf. Chr. Pol, MPH, t. III, p. 633, ubi de Agnetis filiis mentio facta est.

[6] Boleslaus Crispus Polonorum senioris princ. munus a. 1146 gerere coeperat.

[7] Cf. Magistrum Vincentium, L. III, c. 30, cf. Chr. MP, c. 33. Boleslaus partes regni et partem ducatus, qui senioris fuerat, Mesconi et Henrico, fratribus suis dedit. De hac re Dl. nihil memoriae tradidit. Chronicas supra laudatas Dl. secutus de Casimiro natu minimo, qui suae matris in tutela fuerat, scripsit.

[8] *Lucius II sedit mensibus 11, diebus 4 ... Sepultus est in eccl. Lateranensi*, Martinus Op. p. 436, idem in *Hist. eccles.*, col. 1099. Papa Romae, in coenobio s. Gregorio al Celio dicato obiit.

[9] Eccl. s. Caesario „in Palatio" dicta in monte Palatino sita iam s. IX nota erat.

[10] Cf. *Eugenius III nacione Pisanus ... Hic cum abbas S. Anastasii esset ... propter metum ... ad Farfense monasterium se transtulit — accepit*, Martinus Op., p. 436. Cf. *Hist. eccles.* col. 1101. Is fuit canonicus eccl. in Tivoli oppido, postea in Chiara valle, deinde Romae abbas coenobii ss. Vincentii et Anastasii, die 11 II a. 1145 papa electus est et nomine Eugenii III appellabatur.

[11] Villula in Rieti provincia sita, ubi fuit notissimum illud monasterium Farfense s. V medio aedificatum.

[12] Cf. Libros 5 de consideratione ad Eugenium III papam, ed. Migne, Patr. Lat., t. 186.

[13] Is Iordanus fuit, nobili familia Romana Pierleone natus, papae inimicus. Papa a. 1147 in Francogalliam profectus est.

[14] Lodovicus VII, Francorum rex, a. 1120 natus, inde ab a. 1137 usque ad a. 1180 regnavit.

[15] In illa synodo Remensi (a die 21 III a. 1148 habita) expeditio II in Terram Sanctam edicta est. Papa mense Decembri a. 1152 Romam revertit.

[16] Cf. Ottonis Fris. Chron., L. VII, c. 32. Papa legatos in Viterbio urbe, non Romae, quam relinquere coactus erat, recepit. Is Armenorum patriarcha nomine Gregorii IV Bahlawuni appellabatur.

[17] Ep. Vrat. nomine Magnum nescimus, cf. n. 8 ad a. 1141.

[18] Cf. huius vitae descriptionem in PSB, t. X. Iohannes II (diminut.) Ianik appellatus unus e fundatoribus monasterii Andreoviensis fuit. Notissimam illam eccl. Lanciciae sitam bonis

possessionibusque instruxit et — ut videtur — clarissimam illam „portam Gnesn." fundavit. Hic quoque ep. Vrat. munus post Robertum ep. usque ad a. 1150 gessit, postea archiep. Gnesn. fuit, inter dies 11 et 12 III et inter a. 1167 et 1177 obiit. Gentem autem e Swieboda-Grifonum nobili familia duxit.

[19] Cf. p. 12.

Annus 1147

[1] Cf. *Jahrbücher*, t. 32, p. 466 sq., 470 sq., 487, ubi tempus indicatum est, quo Ladislaus II dux in conventum in Kayna oppido die 31 III vel 14 IV a. 1146 habitum ad Conradum regem venit rogatum auxilium. Conventu dimisso Ladislaus cum fratribus contendebat. Cf. S. Smolka, *Mieszko Stary*, p. 449 sq. et Add. IV, ubi res gestae chronologice tractantur.

[2] Cf. Vincentium Pragensem, FRB, t. II, p. 419, qui ad a. 1149 Ladislaum II princ. ad Bohemorum princ. fugisse tradidit. Bohemorum princ. Ladislao persuasit, ut ad Conradum II regem se conferret rogatum auxilium. Cf. in Chr. MP initium c. 33, ubi de Bohemiae et Russiae civitatibus legitur, a quibus Ladislaus auxilium petebat. Cf. *Lat. lawrent.-suzd.*, ad a. 1142, col. 314. Cf. *Lat. hip.* ad a. 1143, col. 313, ubi Russiae princ., qui Ladislao princ. auxilio venerunt, nominantur.

[3] Hoc anno conventus Spirae et Wormatiae habitus est et res ad expeditionem in Terram Sanctam faciendam comparatae sunt.

[4] De rebus a. 1144 gestis, i.e. de inopinanti impetu in principatum Edessae a Zenko Teucrorum duce facto sermo est. Zenko urbes Mossul et Aleppo administravit. Cf. *Hist. eccles.*, col. 1098.

[5] Edessa urbs ca a. 303 a. Chr. n. Urhai vel Orhai (Arab. *ar – Ruha*) nominabatur. Edessa die 28 XI a. 1144 a Saracenis expugnata est.

[6] Hic — ut videtur — Alp – Arslan al Khafai, iuvenis Persiae soldanus fuit. Omnes cruce signati ex Europa venientes ab Orientis incolis Franci nominabantur.

[7] Fabularis Abgar V rex „litteras", quae multae transcriptae Orienti notissimae erant, accepisse fertur. Abgar IX ca a. 206 Edessae primus Christianus rex fuit.

[8] Cf. Chr. PP et Chr. Pol, MPH, t. III, p. 477, 632 sq., Semkowicz, *Rozbiór*, p. 175, haec loca munita Niemcza et Gródek (Grodziec?) castra fuisse dixit.

[9] Cf. Chr. MP, MPH N.S., t. VIII, p. 53, ubi de litteris et Conradi III regis monitis sermo est. Quod autem Boleslaus Crispus princ. regi responderat, fictum est.

[10] *mucronem ... impendentem*, cf. Cic. *Tusc.* 5, 21, 62: *ut gladius impenderet illius ... cervicibus.*

[11] Conradus III rex re vera expeditionem in Poloniam parabat, de hac re Dl. infra scripsit. Cf. n. 1 ad a. 1149.

[12] S. Bernardus Clarevallensis sermonibus collatis Spirae, Wormatiae, Regensburgae, Francofordiae expeditionem in Terram Sanctam edixit. Ibi quoque pars cruce signatorum expeditionem in Slavos Occidentales faciendam decrevit.

[13] Chr. MP, c. 34 Dl. secutus hoc caput composuit, quo longe lateque enarravit ea, quae breviter in Chr. MP relata sunt, i.e. de Conrado rege per Poloniam iter faciente et a princ. Boleslao

Crispo recepto. Cf. etiam caeteros Poloniae annales, ubi de expeditione Conradi regis ad a. 1147, 1150, 1160 sermo est: MPH, t. II, p. 796, 775, 833, 875, t. III, p. 69, 155. Nos tamen scimus Conradum per Poloniam nullum iter fecisse.

[14] Henricus, Ladislai II frater natu minor, miles Joannita fuit, post diem 1 VII a. 1169 obiit.

[15] Cf. Novotný, op. cit., p. 823–826, qui de Ladislao II Bohemorum princ. et Andrea et Spytygniewo princ., qui expeditioni interfuerant, scripsit.

[16] An cruce signati per Russiam et Valachiam iter fecerint, parum liquet. Qui tamen per Panoniam secundum Danubium flumen et per Bulgariam iter fecerunt.

[17] Nunc Konya oppidum, Iconium vetustissimum nomen maximae Saracenorum urbis fuit.

[18] Aschalon locus Philistinorum munitus fuit, postea autem s. XII et XIII in ora Palaestinae arx notissima facta est.

[19] Tempore expeditionis II in Terram Sanctam factae Manuel I Komnenos Constantinopoli regnabat (a. 1143–1180). Cuius familia temporibus commutationis status militaris extincta est.

[20] Cf. M. Mendys, *Udział Władysława II*, p. 27–35, qui de Ladislao II princ., Henrico Sandomiriensi princ. et Iaxa milite mentionem fecit. Ceteri ignoti sunt.

[21] Cf. *Annales*, t. II, p. 308.

[22] Cf. eius vitae descriptionem in PSB (Bogufał I). Hic ante a. 1143 ep. Posn. fuit, a. autem 1146 obiit. An e familia Różyce — Poraje gentem duxerit, non liquet. Cf. *Opera*, t. I, p. 487 sq., ubi Dl. dies et annos ad vitam eius pertinentes false tradidit.

[23] Cf. Pulkawa, FRB, t. V, p. 87.

[24] Sobeslaus II a. 1147 vel 1148 Bohemiam occupare conatus est. Cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 829 sq.

[25] Dypold I, cf. n. 14 ad a. 1142.

[26] Přimda, castrum prope finem ad occidentem Bohemiae spectantem situm. Fautores Sobeslaum II e carcere a. 1150 liberaverunt.

[27] Cf. *Annales*, t. II, indices. In Russiae chron. dies annusque mortis Wszewoldi II Kijoviensis princ. varii indicantur. Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 313 et *Lat. troicki* — dies 30 VII a. 1146; cf. *Lat. hip.* col. 321 (et Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 29) — dies 1 VIII a. 1146.

[28] Igor II, Oleg filius, princ. Kijoviensis, die 19 IX 1147 a. obiit. Hic Wszewoldi II frater fuit.

[29] Isaslaus Pantelejmon, cf. eius vitae descriptionem in SSS, t. 2, inde a die 13 VIII a. 1146 princ. Kijoviensis, antea princ. Perejaslaviensis, Wszewoldi Olegowicz gener fuit; die 13 XI a. 1154 obiit.

[30] Svantoslaus II Nicolaus, filius Oleg, frater Wszewoldi et Igor, princ. M. Novogradiae, Mozyr et Czyrnyeow oppidorum fuit, die autem 15 II a. 1164 obiit.

[31] Cf. *Lat. troicki*, p. 221, ubi de pugna ad Kijoviam urbem die 13 VIII a. 1146 commissa sermo est. E Russiae fontibus hist. princ. Igor in carcerem coniectum esse discimus.

[32] Dl. Vladimirkonem princ. Haliciensem, cf. *Annales*, t. II, p. 297, vitiose Vladimirum nominat. Vladimirko frater Rostislai, non Isaslai fuit. Is a. 1129 obiit. Igor in coenobio a. 1148 necatus est.

[33] Georgius I Dołgoruki, filius Vladimiri Monomach, princ. Rostoviensis, Kijoviensis et Suzdalensis, die 15 V a. 1157 mortuus est.

[34] Rostislaus, Georgii I Dołgoruki filius, princ. Pereaslaviensis, die 6 IV a. 1151 obiit.

[35] Oleg, Svantoslai filius, Georgii I Dołgoruki gener, princ. Sievieriensis, diebus 16–18 I a. 1180 obiit.

[36] Svantoslaus, quartus filius Georgii I Dołgoruki, die 11 I a. 1174 mortuus est.

[37] Hic Clemens Smolatycz fuit, cf. SSS, t. 2.

[38] De pugna ad Perejasław oppidum die 23 VIII a. 1149 commissa mentio fit.

[39] Czemyeryn, castrum in principatu Volhyniensi situm.

[40] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 322 sq., *Lat. troicki*, p. 225 sq., *Lat. Leopoliensis*, PSRL, t. 20, pars 1, p. 142, ubi ad a. 1149 multa ac per singula enarrata sunt, quae Dl. in hoc capite componendo secutus est, i.e. de Isaslao Luceoriam fugiente, de Polonorum auxiliaribus et Hungarorum auxilio. Cf. *Lat. hip.*, col. 384, ad a. 1149.

[41] Georgius I Dołgoruki et eius filii, cf. n. 33–36, ei frater Więceslaus fuit, cf. n. 33 ad a. 1140.

[42] Nobis ignotus.

[43] Andreas I Bogolubski, princ. oppidorum Wyżgorod, Turovia, Pinsk, die 29 VI a. 1174 obiit.

[44] Cf. Gesta Friderici, L. I, c. 57 ... *de tribus fratribus Poloniae qui eiecto quarto et seniore ducatum inter se diviserunt , ac de episcopis... querimoniam facientes.* Ibidem de synodo Remensi habita narratur. Narrationem Dl. nominibus ep. Polonorum auxit complevitque. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 175.

Annus 1148

[1] Cf. n. 13 ad a. 1147, ubi de Conrado III et Lodovico VII regibus, qui per Poloniam cum militibus iter fecerunt, legitur. De clade a cruce signatis accepta Dl. nihil memoriae tradidit. Conradus III rex menseMaio a. 1149 in Germaniam revertit, ex quo conici potest expeditioni 2 annos interfuisse. Cf. *Jahrbücher*, [t. 32] p. 536, 753, 758.

[2] De legatis nihil certi scimus. Dl. rem a se fictam porro tractat.

[3] Iacobus de Sneyna, cf. *Annales*, t. II, indices. Cf. *Opera*, t. I, p. 348, ubi eum a. 1148 mortuum esse legimus. Virorum doctorum alius fere alium mortis annum fuisse dicit; cf. PSB, t. X, p. 371 sq., ubi ca a. 1148, cf. SSS, t. 2, p. 310, ubi ante diem 3 V a. 1149, cf. Z. Sułowski, *Kościół w Polsce*, t. I, 1966, p. 100 sq., ubi a. 1149 indicatur.

[4] Hic Petri Vlostovic consanguineus archiepi munere fungi a. 1148 vel a. 1149 coeperat, iunioribus princ. auctoribus, quorum fautor factus erat.

[5] Ep. Waltherus (Walter) e Malonne oppido in Francogallia sito originem duxit. Is cum Alexandro fratre (postea epo Plocensi a. 1129–1156) in Poloniam venit, a. 1149 episcopatum Vrat. accepit, a. autem 1169 mortuus est. Cf. T. Silnicki, *Dzieje i ustrój*, p. 33–39, ibidem de eccl. cathedrali Vratislaviae aedificata et de liturgia Laudunensi in eccl. Vrat. translata legitur.

Annus 1149

[1] Cf. Chr. MP, c. 33, cf. *Annales*, ad a. 1146, 1147, MPH, t. II, p. 798, 833, ubi de expeditione Conradi III regis in Poloniam facta narratur. Cf. Pulkawa, FRB, t. V, p. 87, qui Ladislaum Bohemorum princ. ipsae expeditioni interfuisse tradidit. Cf. *Jahrbücher*, [t. 32], p. 491 sq., ubi auctor Germanorum fontibus hist. usus expeditionem enarravit. Conradus III rex mense Septembri exeunte aut mense Octobri ineunte in Germaniam revertit.

Annus 1150

[1] Dl. hunc Ladislaum princ. fuisse vitiose scripsit.

[2] Conradus III rex inde a mense Augusto exeunte a. 1149 usque ad diem 15 IV 1150 a. aegrotabat, cf. *Jahrbücher*, [t. 32], p. 774. Fortasse Dl. opinatur hanc aegrotationem causam fuisse, cur Ladislao II princ. nullum auxilium latum esset.

[3] Cf. Annales Palidenses, MGH SS, t. XVI, p. 82, ubi de Altenburg urbe, quae Ladislao II princ. administranda legitur. Cf. W. Mendys, op. cit., p. 5.

[4] Conradus I, cf. *Annales*, t. II, n. 7 p. 70. Cf. ... *Abbati Waldensi commiserat nutriendum*. Chr. MP, MPH N.S., t. VIII, p. 53.

[5] Cf. p. 42.

[6] E Polonorum fontibus hist. Peanum (Pianum) Mesconis Senis princ. cancellarium fuisse cognoscimus. Is ex Irlandia originem duxit. Cf. *Opera*, t. I, p. 488. Cf. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 49, qui episcopos a. 1146 regnare coepisse dixit. Cf. Necr. fratrum Lubinensium, Necr. Coenobii s. Vincentio dicati Vrat., et Ann. Lubinenses, MPH, t. V, p. 642, 687, 869, t. II, p. 775. Ep die 16 X a. 1152 obiit.

Annus 1151

[1] Boleslaus Crispus princ. Wierzchosławam, filiam Wszewoldi Mścisławicz princ. Novogradiensis, uxorem duxit. Cf. *Lat. hip.*, p. 299 ad a. 1137. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 169 sq., qui matrimonium a. 1141 initum esse dixit. Wierzchosława uxor Boleslai Crispi ante a. 1168 obiit.

[2] Eudoxia secunda Mesconis Senis uxor Isaslai princ. Kijoviensis filia fuit. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 165, qui nuptias a. 1158 vel 1159 factas esse dicit. Cf. PSB, t. II, Eudoxia non fuit soror Wierzchosławae principissae.

[3] Cf. n. 6. ad a. 1150. Pianus ep. annos 5 vel 6, non unum annum regnare potuit.

[4] Stephanus epi munus inde ab anno 1151 usque ad a. 1156 gessit, cf. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 49. Cf. MPH, t. II, p. 775, t. V, p. 870, ubi annus eius mortis indicatur. Cf. autem a. 1156, MPH, t. II, p. 798. De eius armis nihil certi scimus.

[5] Cf. ... *Joannem de Temporibus dictum ... qui fuit armiger Caroli Magni ... vixit CCCLXII annorum et hoc tempore moritur. Hist. eccles.*, col. 1103. Hoc in caeteris chronicis repetitur.

Annus 1152

[1] Cf. ad a. 1147, p. 39 et 40 sq., quae ibi legimus, hoc capite amplificata sunt. Quod de Conrado rege aegro traditum est, id solum verum est. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 177.

[2] Cf. *Huic redeunti in Urbem — Domini. Hist. eccles.*, col. 1101. Papa e Francogallia variis urbibus visitatis Romam die 9 XII 1152 a. revertit. De Romanorum promissis cf. M. Mendys, op. cit., p. 21.

[3] Cf. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, J. 12, 13, Mar. 10, 11.

[4] Geyza II, Hungariae rex, die 3 V a. 1162 obiit annos ergo 21 regnavit. Dl. diem eius mortis false tradidit, in omnibus enim chr. Hung. dies 31 V indicatur.

[5] Stephanus III a. 1147 natus, inde ab a. 1161 rex, die 4 III a. 1172 obiit.

[6] Bela III Hungariae rex inter a. 1148 atque 1150 natus, inde ab a. 1172 rex, die 23 IV a. 1196 obiit.

[7] Quid Arpad fecerit, non novimus. Cf. *Et genuit quattuor filios*: *Arpad et Geysam*, *Stephanum et Belam*. Chr. Hung. s. XIV compositio, SRH, t. I, p. 460.

Annus 1153

[1] Haec prima Mesconis Senis uxor, nominis Elisabeth, Almi Hungariae princ. filia, Belae II Caeci regis soror, ca a. 1128 nata, ante a. 1154 obiit. Cuius nuptiae a. 1140 vel 1141 factae sunt. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 163–165.

[2] Conradus III rex die Veneris 15 II a. 1152 in urbe Bamberga obiit ibique in eccl. s. Georgio dicata conditus est. In nullo fonte hist. de Hainburg oppido legimus. Conradus III annos 13, menses 11, dies 2 regnavit, cf. *Jahrbücher*, [t. 32], p. 925, 927 et notas.

[3] *nichil ... deerat*, cf. Iustinum 23,4: *nihil ei regium deesse praeter regnum videretur*.

[4] Haec arx in Bawaria provincia sita nomine *Stophe (Stoyphe)* s. XII *Stufe*, s. XIII *Stauf*, *Staufe* appellabatur. Cf. ... *natus in castro nobilissimo*, *quod Scopha vocatur* ... *Hist. eccles.*, col. 1104, quae indicat, ubi Fridericus I imperator natus est. Cf. ... *comes* ... *Fridericus* ... *ex nobilissimis Sueviae comitibus* ... *in castro Stophe dicto coloniam posuerat*. Gesta Friderici L. I, c. 8. Quae arx ad Stauforum familiae possessiones pertinebat.

[5] Fridericus I Barbarossa (i.e. Ahenobarbus) maximus natu Friderici II Suevorum ducis filius, Conradi III filius fratris fuit. Is Francofordiae oppido die 4 III a. 1152 rex electus est. Cf. ... *in oppido Francoforde* ... *Fridericus Suevorum dux*, *Friderici ducis filius* ... *in regem sublimatur*. Gesta Friderici, L. II, c. 1. Is quoque secundae expeditioni in Terram Sanctam factae interfuit. Cf. *Jahrbücher*, [t. 33] (Friedrich I), p. 12 sqq.

[6] Cf. ... *Aquisgrani* ... *dominica laetare* ... *ab Arnoldo Coloniensi archiep* ... *coronatus* ..., Gesta Friderici, L. I. c. 3, cf. *Jahrbücher*, ut. s., p. 41 sq., die 9 III a. 1152 insigne regium regis Romanorum capiti eius impositum est.

Annus 1154

[1] Cf. *Annales*, t. II, n. 5 p. 217, ubi legimus Henricum ducem Ladislao II princ. in exsilium misso terram possidere potuisse.

[2] In fontibus hist. legimus Henricum Sandomiriensem ducem caelebem sine prole de vita decessisse.

[3] Cf. *Henricus dux Sandomiriensis ivit Ierusalem. Iste fundavit eccl. in Sagosce* ... Annales

Traska, Annales Crac.; cf. *1154 Henricus dux Sandomiriensis ivit Jerusalem. Iste fundavit eccl. in Zagosth.* Annales Sandivogii, MPH, t. II, p. 833, 875. Dl. has breves mentiones secutus narrationem composuit. In nullo fonte legimus Henricum ducem suas possessiones ulli in tutelam tradidisse.

[4] De fundatione illa hospitalis fratrum Joannitarum et eccl. quae in Zagost (villa in distr. Busko-Zdrój, palat. Kelcensis, sita) inveniebatur, Dl. ad a. 1154 annales secutus narravit, cf. n. ut infra, ipsum autem diploma, ubi nihil de tempore scriptum erat, non noverat, cf. *Repertorium*, nr 62. Editores hoc diploma ante diem 18 X a. 1166 confectum esse dixerunt. De ipsa autem fundatione multi viri docti scripserunt. Quorum Semkowicz, *Rozbiór*, p. 177, recte animadvertit Dl. pro fratribus Templarios fratres Joannitae nominavisse.

[5] Cf. *Quo tempore Balduinus V rex Hierusalem successit patri*... *Hist. eccles.*, col. 1103. Hic probabiliter Balduinus III (a. 1143–1162) fuit. De quo in Polonorum fontibus hist. nulla mentio fit.

[6] Cf. p. 12–13, ubi Dl. iam de fundatione monasterii Andreoviensis vitiose ad a. 1140 scripsit.

[7] Sententia vix intelligi potest.

[8] Cf. *Annales*, t. II, p. 440 sq.

[9] De villarum nominibus cf. p. 12 et notas. Dl. noverat diploma Johannis archiep. Gnesn., cuius textus partem in p. 12 et hic laudavit. Cf. *Repertorium*, nr 55, ubi hoc diploma inter diem 25 III atque mensem Augustum medium a. 1153 confectum esse legimus. Annus 1154 e diplomate Magistri Vincentii a. 1210 confecto haustus est, cf. KDM, t. II nr 380.

[10] Cf. *Annales*, t. II, p. 283 et notae, ubi hae villae nominatae sunt. Quod de decimis manipularibus a epo Mauro constitutis scriptum est, id interpolatum esse putamus. Nomen villae Przęsław mutatum est.

[11] Quae de coenobio Andreoviensi ab epo Radost donato leguntur, interpolata sunt.

[12] Nunc vel Borowiec villa, vel Borów villa (propre Potok Wielki villam sita), utraeque in distr. Andreoviensi sita.

[13] Utrum de Przykop villa ad meridiem orientemque a Baranów Sandomierski oppidulo, in distr. Mielec sita, an de Przekopa villa, quae coenobio fuit, sermo sit, parum liquet.

[14] Nunc Łoniów, villa ad meridiem a Baranów Sandomierski oppidulo, in distr. Sandomiriensi sita.

[15] Chołoszyce vel Chołoszyn, villa (in diplomatis *Holoszicze* a. 1153, *Cholaszino* a. 1210, *Cholosyn* a. 1270 nominata) nunc non exstat. Haec villa prope Andreoviam oppidum sita erat.

[16] Złotniki villa ad septentrionem ab Andreovia oppido sita.

[17] De qua villa agatur, dubium est, nam in his regionibus multae villae eius nominis inveniuntur.

[18] Nunc Rembieszyce villa ad septentrionem ab Andreovia oppido sita (cf. LB, t. III, p. 373).

[19] In diplomatis Andreoviensibus de hac villa non legitur. Quae nunc exstare non videtur.

[20] Nunc Żarczyce Duże et Żarczyce Małe, villae ad septentrionem ab Andreovia oppido sitae.

[21] Zdanowice, villa ad occidentem ab Andreovia oppido sita.

[22] Czaczów, villa ad septentrionem occidentemque ab Andreovia oppido sita.

[23] Nunc Brzeźno, villa ad septentrionem orientemque ab Andreovia oppido sita.

[24] Fortasse Brzegi, villa (in diplomatis *Brech*, *Breghe* nominata) ad septentrionem orientemque ab Andreovia oppido sita.

[25] De decima e 9 villis i. e. e 50 aratris accipienda et de bonis hereditariis consanguinei Smil, quorum 7 villae coenobio datae sunt, cf. diploma: *Repertorium* nr 65 A et 66. Haec diplomata inter a. 1166 atque diem 2 III a. 1167 facta falsa sunt. Dl. non in omnibus rebus describendis haec diplomata secutus est.

[26] Ujazd villa, ubi sita sit, non novimus.

[27] Blonie, villa ad orientem a Koprzywnica oppidulo in distr. Sandomiriensi, palat. Kelcensis, sita.

[28] Inter antiquissimas villas coenobio donatas haec villa *Zdeccze* nominata est, ubi autem sita sit, non novimus. Fortasse de Zarzecze villa vel Żarczyce villa sermo est. Multas villas eius nominis invenire possumus.

[29] Blonicza villa nunc non exstat. Cf. LB, t. III, p. 362, 366.

[30] Nunc Skowronno Duże et Skowronno Małe, villae ad septentrionem orientemque a Pinczów oppido in distr. Pinczów sitae.

[31] Hoc nomine tres villae appellantur: prima prope Miechoviam oppidum, secunda prope Kościelec villam in distr. Proszoviensi sitam, tertia in distr. Casimiria sitae. De qua villa agatur, diiudicari non potest.

[32] Smil, Bodzanthae filius, archiepi consanguineus, ante a. 1166 obiit.

[33] Nunc Dzierążnia villa, cf. *Annales*, t. II, n. 12 p. 106.

[34] Buszków, villa ad orientem a Miechovia oppido, in distr. Miechoviensi, palat. Crac. sita.

[35] Tropiszów, villa prope Igołomia oppidum, in distr. Crac. sita, ad beneficia coenobii in Staniątki villa siti s. XIII pertinebat.

[36] Qua regione haec villa sita sit, parum liquet.

[37] Haec villa nunc non exstat. Est tamen villa Bezdeń s. XII et s. XIII nota prope Giebułtów villam, in distr. Crac. sita.

[38] Nunc Mierzawa villa ad meridiem occidentemque ab Andreovia oppido sita.

[39] Cf. *Lat. lawrent-suzd.*, col. 336 sq., *Lat. hip.* col. 446 sqq., *Lat. Leopoliensis*, p. 115 ad a. 1152, ubi de pugnis in Russia commissis legitur. Plura autem in *Lat. hip.* afferuntur, sed nullo loco Hungarorum rex nominatus est. Quae a Dl. narrantur, Russiae fontium fide comprobantur.

[40] Svantopelcus, filius Mstislai, princ. Polocensis et Minsk oppidi, m. dux Novogradiensis, a. 1147 Volhyniensis, obiit a. 1154. Qui a Dl. nominati sunt, fuerant: Isaslaus, filius Mstislai, cognomine Pantelejmon appelatus cf. *Annales*, t. II. p. 317, 455. Wladimirko dux Haliciensis Mstislaus II Audax, filius Isaslai, dux Perejaslaviensis, Vladimiriensis, Volhyniensis, Kijoviensis, qui die 13 VIII a. 1172 obiit.

[41] Cf. *Lat. lawrent.-suzd.*, ubi nomen Sanok fluminis et cf. *Lat. hip.* et *Lat. Leopoliensis*, ubi nomen San fluminis traditum legitur, ibi quoque de Hungarorum militum numero, id est de 73 legionibus, legitur.

[42] Georgius I Dołgoruki, cf. n. 33 ad a. 1147.

[43] Hae res a. 1152 agebantur. Cf. *Lat. lawrent.-suzd.*, col. 338 sqq., *Lat. troicki*, p. 235 sq.,

*Lat. hip.*, col. 455 sq. In *Lat. hip.* plura de his pugnis sed nihil de princ. Wladimirkonis morte traditur.

[44] Castrum Głuchów in principatu Czyrneoviensi situm.

[45] Svantoslaus II Nicolai Oleg filius fuit, cf. n. 31 ad a. 1147.

[46] Rostislaus I Michael Mścislawicz, princ. Smolescensis, m. dux Kijoviensis, die 14 III a. 1167 obiit.

[47] Isaslaus Dawidowicz, dux Czyrneoviensis, m. dux Kijoviensis fuit, cf. n. 5 ad a. 1145.

[48] Wasylko, octavus filius Georgii I Dołgoruki princ., dux in Suzdal urbe usque ad a. 1161 fuit.

[49] Hic sine dubio fuit Mstislaus, princ. Novogradiensis a. 1155–1161, frater Wasilkonis, qui nullum filium habuit.

[50] De Vladimirkonis princ. morte sub eodem anno in pluribus Russiae annalibus mentiones fiunt.

[51] Cf. n. 10 ad. a. 1146 Eugenius III papa in urbe Tivoli (vetus nomen Tibur) die 8 VII a. 1153 mortuus est. Cf. *Eugenius III nacione Pisanus sedit annis 8, mensibus 4, diebus 20 ... obiit Tybure et per mediam Urbem ... deductus, circa altare sepelitur*. Martinus Op., p. 436, cf. *Hist. eccles.*, col. 1101.

[52] Conradus di Saburra, ep. Sabinensis die 12 VII a. 1153 papa electus et nomine Anastasius IV ornatus est. Cf. Martinus Op., l. c., ubi nomen eius patris Benedicti traditur.

Annus 1155

[1] Cf. *Annales*, t. II, p. 50 et notae ad a. 1044, ubi Dl. iam de fundatione monasterii scripsit et Casimirum Instauratorem princ. fundatorem nominavit. Cf. *Annales*, t. II, l. c., ubi de O. Górka scriptore legitur, qui monasterium a. 1150 a Mescone Sene princ. et epo Walthero Vrat. primum fundatum esse dixit. Hoc loco Dl. ad a. 1155 de fratribus Cisterciensibus in Lubens villa collocatis quasi de re nova scripsit, de eius autem monasterii bonis non ita copiose enarravit. Villae, quae a Dl. ad a. 1044 enumeratae sunt, fratribus Cisterciensibus a Boleslao Alto, duce Silesiae, secundo in ordine fundatore huius monasterii datae erant. (Cf. *Annales*, t. II, p. 50 et 357). Ad a. 1175 Dl. de hac fundatione tertiam mentionem fecit.

[2] Cf. Chr. MP, c. 35 et 51, ubi de Mescone Sene duce, scil. quo loco sepultus sit, et de fundatione eccl. collegiatae Calisiensis legitur. Quae fundationis mentio veterrima est. In Chr. MP nihil de tempore, quo collegiata fundata sit, legimus. De eccl. arte Romanica aedificata, quae s. XIX destruebatur, cf. I. Dąbrowska, *Grodzisko na Zawodziu w Kaliszu* (*Osiemnaście wieków Kalisza*, t. I, 1960, p. 37–44). Dl. primus eccl. collegiatam s. Paulo dicatam esse tradidit.

[3] Cf. *A. D. MCLV Odalricus dux ... in Poloniam cum suis aufugit ...*, Pulkawa, FRB, t. V, p. 88. Cf. Novotný, op. cit., p. 850, 852 ad a. 1153. Hunc a Polonis comiter exceptum esse nescimus.

[4] Cf. *Anastasius IV ... sedit anno 1, mensibus 4, diebus 24 ... in tumba porphirica tumulatus est.* Martinus Op., p. 436. Anastasius IV papa die 3 XII a. 1154 mortuus in Basilica Lateranensi sepultus est.

[5] Nicolaus Breakspear, cardinalis — ep. Albanensis, legatus Sedis Apostolicae in Norvegia,

a. 1154 Romam revertit et unus Britanorum cardinalis papa die 4 XII a. 1154 electus et nomine Adriani IV ornatus est. (Adrianus III autem s. IX vixit).

Annus 1156

[1] Otto i.e. Odon primus filius Mesconis Senis ducis ex Elisabeth Hungara natus. Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 379. Cf. K. Jasiński, *Uzupełnienia do Genealogii Piastów*, Stud. Źródł. V, 1960. qui princ. inter a. 1141 atque 1145 natum esse dixit. Cf. Balzer, *Genealogia*, qui Ottonem ducem die 15 V a. 1194 mortuum esse putat. Otto Wyszeslawam in Russia natam principissam uxorem duxit.

[2] De Stephano, cf. n. 4 ad a. 1151, ubi de eius mortis (anno 1156 vel a. 1159) disserebatur, cf. MPH, t. II, p. 798, t. V, p. 638, 869 sq.

[3] Radwanus a. 1153 cancellarius princ. fuit. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 179 et Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 49. In Annalibus Lubinensibus legimus de epis, qui in ordine succedebant hoc: Stephanus, Bernardus, Cherubinus, Radwanus. Cf. Nowacki, op. cit., l. c., qui de Radwani nomine et familia scribit.

[4] De huius capitis fonte nihil certi scimus. Cf. *A. D. MCLVI Fridericus rex Romanorum collecta principum et militum multitudine* ..., Pulkawa, p. 88 ad a. 1156. Dl. in ceteris rebus tradendis veritatem egressus est.

[5] Fridericum Barbarossam Romam venisse et in patriam revertisse in multis fontibus legimus cf. *Jahrbücher*, [t. 33], p. 334, sq., 376–380. Cum imperator Roma egressus ad Veronam urbem esset, cives Veronenses in exercitus eius mense Augusto exeunte a. 1155 impetum fecerunt. Duodecim viri, qui patibulo affixi sunt, non Veronae civium legati sed imperatoris captivi fuerunt. Tortona oppidum duos menses et septem dies obsessum die 18 IV a. 1155 captum est. Spoleto oppidum postquam imperator Roma egressus est, mense Iulio exeunte expugnatum est. Fridericus Romam die 17 vel 18 mensis Iunii a. 1155 clam venit, cf. *Jahrbücher*, [t. 33], p. 302, 361.

[6] Diadema ac regnum Friderico die 18 VI a. 1155 delatum esse e Germanorum et Italorum fontibus cognoscimus.

[7] Germani cum armatis Romanis in foro Trastevere congregatis ad Moles Hadriani contenderunt. Captivi non liberi dimissi, sed praefecto Urbis traditi sunt. Eodem tempore ille Arnoldus de Brescia captus et morte multatus est.

[8] De Swidgero ep. cf. *Annales*, t. II, p. 310, 452. Quo tempore mortuus sit, diiudicari non potest. Cf. J. Tazbirowa, *Początki biskupstwa na Kujawach*, PH, R. LIII, 1962, p. 238 sq., quae Swidgerum ep. post a. 1133 et ante a. 1148 mortuum esse opinionem protulit, K. Maleczyński autem (*W sprawie biskupa wloclawskiego Swidgera — Flogera — Dangera z XII w.*, Spraw. Tow. Nauk. we Lwowie, R. XVIII, 1939 z. 3) die 10 III a. 1134 vel 1135 id factum esse contendit, G. Labuda (*Początki diecezjalnej organizacji kościelnej na Pomorzu i na Kujawach w XI–XII w.*, Zap. Hist., t. XXXIII, 1968, z. 3, p. 55 sq.) a. 1156 vel 1157 indicavit, quem e Catalogo Volboriensi hausit, MPH, t. IV, p. 25.

[9] Quis Swidgero epo successerit, statui non potest, Cf. J. Fijałek, *Ustalenie chronologii biskupów włocławskich*, seorsum expressum, p. 9–12, qui inde ab a. 1160 Vernerum epum post Swidgerum

inde autem ab. a. 1180 Onoldum epum fuisse dixit. J. Tazbirowa, op. cit., p. 241 Onoldum epum a. 1157 successisse opinata est. Dioecesis Plocensis et dioecesis Crusviciensis ab Onoldo epo coniunctae sunt. Cf. G. Labuda, l.c., qui duos eporum catalogos secutus Onoldum et Unelphum epos unum hominem fuisse, Swidgeri successorem a. 1157–1190 regnavisse demonstrare conatus est. Dioeceses autem Crusviciensis et Vlad. Onoldo epo regnante a. 1156 vel 1157 coniunctas esse dixit.

[10] Unus Dl. quo tempore maximus natu filius Boleslai Crispi ducis natus esset, tradidit. Cuius filii matrem Wierzchosława fuisse verisimile est. Cf. Magistrum Vincentium, Chr. PP, Chr. Pol, MPH, t. II, p. 375, t. III, 479, 634. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 187, qui hunc princ. a. 1172 exeunte vel a. 1173 ineunte mortuum esse contendit.

[11] De his cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 340 sq. (ad a. 1153), *Lat. hip.*, col. 466 sq., *Lat. troicki*, p. 236 sq. Dl. autem de his rebus ad a. 1156 enarravit, propterea mortuos princ. nominavit. E *Lat. troicki* cognoscimus neminem scivisse, quis pugnae victor esset. De Isaslao II Mścislawicz cf. *Annales*, t. II, p. 347, 455.

[12] Hic Jaroslaus Ośmiomysł dux Haliciensis, unicus Wladimirkonis ducis filius fuit, cf. *Annales*, t. II, indices.

[13] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, l.c., ubi nomen *Srt'* et cf. *Lat. hip.*, ubi nomen *Seret* traditur.

[14] Svantopelcus Mścislawicz a. 1154 obiit, cf. n. 40 sub eodem anno.

[15] Vladimirus Mscislawicz Dorohobuż ducatus princ. die 30 V a. 1172 obiit. Svantopelcus u.s. et Vladimirus Isaslai ducis fratres fuerunt.

[16] Mstislaus II Chrobry (qui die 13 VIII a. 1172 (1170?) obiit), cf. p. 54.

[17] Alexander ep. a. 1156 obiit, cf. *Annales*, t. II, p. 312, Cf. Necrologium s. Vincenti Vrat., ubi legimus eum die 9 III mortuum esse, ZVGS, t. X, p. 427.

[18] Cf. Dlugossii Vitae eporum Plocensium abbrev., MPH, t. VI, p. 602 sq., ubi de Vernero ep., qui in urbe Lowycz consecratus post Alexandrum epum fuit, et de eius martyrio a. 1170 facto agitur. Cf. Mortem et miracula b. Verneri, MPH, t. V, p. 748 sqq. E Catalogo autem Volboriensi (ib. t. IV, p. 25) cognoscimus Vernerum epum Vlad. post Rudgerum epum fuisse, cf. J. Tazbirowa, *Początki biskupstwa*, p. 241, quae Vernerum epum Vlad. a. 1148 electum, anno autem 1172 vita privatum esse demonstrare conata est. G. Labuda, *Początki diecezjalnej organizacji*, p. 59, qui Vernerum epum Vlad. a. 1156 in episcopatum Plocensem translatum partem dioecesis Vlad. dioecesi Plocensi adiunxisse opinatus est. De Verneri ep. morte cf. ad a. 1170.

Annus 1157

[1] Cf. Pulkawa, FRB, t. V, p. 90 et Vincentium Pragensem, ibid., t. II, p. 274, 275 ad a. 1156, 1157, quibus chronicis Dl. fontibus usus narrationem composuit et ad a. 1157 etiam de Ladislao II Exule Polonorum princ. enarravit. Herbipoli conventus a. 1157 non die festo Penthecostes nominato, sed mense Martio medio et a. 1156 habitus est. Cf. *Jahrbücher*, [t. 33], p. 514–520, 525–529. Ex chronicis supra nominatis discimus princ. Bohemorum, non Polonorum in Herbipoli eo tempore fuisse.

[2] Herbipoli vere a. 1156 nuptiae Friderici Barbarossae imperatoris cum Beatrice Burgundorum principissa celebratae sunt. Beatrix, secunda uxor Friderici, filia Raynaldi III, comitis

Superioris Lotharingiae, et Agathae, cuius pater Simon comes Lotharingiae fuisse traditur, die 9 VI a. 1156 regina facta est. Cf. *Jahrbücher*, u. s., p. 431–435.

[3] Expeditio in Mediolanenses re vera a. 1157 constituta est, sed expeditionis in Poloniam faciendae causa in posterum prolata est. In conventu in Bamberg urbe die 1 VI a. 1157 habito omnia ad expeditionem comparare in animum induxerunt et mensem Augustum ineuntem, constituerunt, quo milites ad Halee oppidum convenirent.

[4] Oratio Ladislai princ. a Dl. ficta est. Magister Vincentius, L. III, c. 30, Bohemorum principem Ladislao persuasisse, ut omnibus precibus auxilium ab imperatore peteret, memoriae tradidit.

[5] Cf. *Jahrbücher* [t. 33], p. 544 sq. Re vera legati Polonorum principum ad imperatorem in Halee oppidum venerunt. Cf. epistolam imperatoris ad Wibaldum abbatem Stabulensem et Corveiensem missam, KDW, t. I nr 19, ubi de hac legatione agitur. Dl. orationem legatorum et responsum Boleslai ducis finxit.

[6] Cf. *Annales*, t. II, p. 328, n. 3 (sub a. 1136), ubi de Boleslao Krzywousty Polonorum duce, qui in conventu in Merseburgo oppido a. 1135 habito se tributum 500 marcarum, quod e Pomoranorum et Rugiorum censibus conferebatur, singulis annis soluturum esse pollicitus est. Cf. K. Maleczyński, *Bolesław Krzywousty*, Kraków (1946), p. 175 sqq.

[7] Dl. nomen Gertrudis pro Elisabeth Hungara perperam scripsit. Gesta Friderici, L. III, c. 2, ubi idem nomen vitiose allatum legi potest.

[8] Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 378 et Chr. MP, c. 35, ubi de Stephano, secundo Mesconis Senis ducis filio legitur. Stephanus ca 1150 a. natus, caelebs inter diem 18 X a. 1166 et a. 1177 obiit, cf. K. Jasiński, *Uzupełnienia*, p. 93.

Annus 1158

[1] De expeditione Friderici Barbarossae in Poloniam facta, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 180 sq., cf. B. Miśkiewicz, *Najazd Fryderyka Barbarossy na Polskę w 1157 r.*, Zesz. Nauk. Uniw. Pozn., 1968, nr 67, Hist. z. 8, p. 38–50, ubi fontes colliguntur, qui sunt: Gesta Friderici (ubi ex epistola imperatoris ad Wibaldum abbatem quaedam hausta sunt, cf. KDW, t. I, nr 19); Vincentius Pragensis et Pulkawa, cf. FRB, t. II, p. 424, t. V, p. 90. Dl. Pulkawa fontem secutus expeditionem a. 1158 factam esse vitiose tradidit. Cf. Annales cap. Crac. et Annales Lubinenses, ubi a. 1157 indicatur, MPH, t. II, p. 775, 798. Cf. Magistrum Vincentium, L. III, c. 30, qui de his nihil certi scripsit, cf. Chr. MP, c. 33. Dl. vero tradidit expeditionem mense Augusto factam esse et milites ex omnibus Germaniae regionibus convocatos huic expeditioni interfuisse.

[2] Cf. *Imperator ... cum magnis copiis ... ad fluvium Odderam ... penetravit et XI Kal. Septembris ... preter opinionem ... transvadavit.* Gesta Friderici, L. III, c. 3.

[3] Cf. *Inter quas munitissima castra Glogowa videlicet et Bitum ... cremaverunt*, ib. Quae Dl. de bello a. 1109 Germanis illato scripserat, in hoc bello describendo repetivisse videtur.

[4] De Bohemorum princ., quo deprecatore pax facta est, cf. Vincentium Pragensem, FRB, t. II, 425. De Polonorum homagio Dl. nihil tradere voluisse videtur, quia aliter rem narravit.

[5] Crisgove (Polonorum lingua *Krzyszkowo* appellatum), oppidulum in distr. et palat. Posn. situm. Cf. *circa partes Crisgowe ...*, Gesta Friderici, L. III, c. 5.

[6] Haec orationes a Dl. fictae sunt.

[7] Dl. de solis duobus pacis condicionibus scripsit, caeteras silentio praeteriit, quae fuerunt: Boleslaus tributum 3220 marcarum imperatori eiusque uxori, princ., sociis amicisque imperatoris solvere (cf. epistolam imperatoris et Gesta Friderici), Casimirum fratrem obsidem imperatori dare et homagium praestare pollicitus est. De quo in Crisgove oppidulo facto in pluribus Germanorum fontibus hist. legitur. Praeterea solus Vincentius Pragensis de nova pacis condicione, i.e. de ducatibus Ladislao princ. restituendis scripsit.

[8] An Adleidis ducissa re vera vixerit, nescimus, cf. Balzer, *Genealogia*, p. 167 sqq. De ea Magister Vincentius nihil quoque tradidit, cf. Chr. MP, c. 35 ... *consanguinea Frederici imperatoris* ... (sine nomine). Similiter Vincentius Pragensis, p. 421, scripsit.

[9] Cf. ... *quod frater suus exul ad ignominiam imperii non fuit expulsus* ... *Iuravit, ut in proxima Nativitate* ... *ad curiam Magdeburg venire* ..., Gesta Friderici, L. III, c. 5.

[10] Cf. Gesta Friderici, l. c. ... *nec ad curiam venit, nec sufficientes* ... *procuratores misit, Italicam* ... *expeditionem violato sacramento mentitus est.*

[11] De Anastasia ducissa, cf. n. 2 ad a. 1151 (Eudoxia).

[12] Cf. Chr. MP, c. 33, Chr. Mierzwae, cf. Annales Minoris Poloniae, MPH, t. II, p. 388, t. III, p. 156. Lestko a. 1186 obiit.

[13] Cf. ... *Sol dicitur obscuratus ante horam nonam* ... *eodem anno fames valida invasit Urbem* ... *Hist. eccles.*, col. 1105. Quod ad Poloniam spectat, id a Dl. fictum additumque est.

[14] Cf. 13 XI *Lat. troicki*, p. 237. Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 341, ubi Isaslaum II, Mstislai filium, mense Novembri mortuum esse ad a. 1154 traditum est. Chronicis supra nominatis fontibus Dl. usus hanc narrationem composuit. Cf. idem in *Lat. hip.* ad a. 1155, col. 479.

[15] Hoc loco Dl. ducem Isaslaum, filium David, pro Mstislao II Isaslai filio, vitiose nominavit, cf. n. 47 ad a. 1154. De Mstislao in *Lat. ławrent.-suzd.* et *Lat. troicki*, l.c. legitur.

[16] Isaslaus II, Mstislai filius, filios horum nominum non habuit, qui ne in Russiae quidem chronicis nominati sunt. Rostislaus I Michael, Mstislai ducis filius (cf. p. 55), Isaslai frater, a. 1154 ad breve tempus sedem Kijoviensem occupavit.

[17] E Russiae chronicis cognoscimus Gleb, filium Georgii Dołgoruki ducis Perejaslaviensis, m. ducis Kijoviensis, qui die 20 I a. 1171 obiit, expeditionem fecisse in Mstislaum, Isaslai filium, et Kijoviam urbem discedere coegisse. Cf. *Lat. troicki* ad a. 1155, p. 239.

[18] Rostislaus I Michael dux Svantoslaum III filium Wszewoldi et Mstislaum II Audacem duces cepit et ad Czyrnieyow urbem venit, ut cum Isaslao filio David contenderet, cf. p. 43.

[19] Hoc loco de Więceslao, filio Vladimirii, n. 33 ad a. 1140, qui a. 1154 obiit, legitur. Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 343, ubi de huius princ. morte et funere traditur.

[20] De pugna ad Biełowieża castrum commissa cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 343. Dl. duces vitiose nominavit. Mstislaus enim Isaslai filius et Gleb, filius ducis Georgii I Dołgoruki, cum Rostislao I Michaele duce ad *Bołowes* castrum prope Czyrnyeow oppidum situm contenderunt. Cf. A. N. Nasonow, *Russkaja zemlja i obrazowanije*, Moskwa 1951, p. 222.

[21] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 344, ubi de his et Mstislai, filii Isaslai ducis, sententia legitur. Cf. autem *Lat. troicki*, p. 239 et *Lat. hip.*, col. 479, ubi de Mstislao, Isaslai ducis filio e Peresop-

nica oppido in Luceoriam oppidum expulso legitur. Cf. *Lat. troicki*, l. c., ubi legimus Mstisławm ducem e Luceoria oppido *do Lachów* i.e. ad Polonos fugisse.

[22] Quae Dl. infra de Mstislao II, Isaslai ducis filio, Kijoviam deducto tradidit, dissimilia sunt iis, quae in chronicis Russiae leguntur. Gleb tamen, filius Georgii ducis, Kijoviae denique regnavit et ducatum divisit. Princ., fratres Gleb ducis, nominati sunt hi: Andreas I Bogolubski dux, Borys Bieługorodiensis et Turoviensis dux, qui die 2 V a. 1159 obiit, Wasylko dux, qui ducatus partem Poros'je dictam accepit. Cuius partis nomen Nasonow non est commentatus.

Annus 1159

[1] Cf. p. 75. E Chr. MP, c. 33 cognoscimus Ladislaum II ducem tertio exsilii anno mortuum esse.

[2] Ladislaus Exsul dux in Altenburgo, castro in prov. Saxonia sito bona habuit, quo loco obiit et sepultus est. Cf. ... *in Ploczsk* ... *moritur et in eccl. Kathedrali* ... *sepelitur*. Chr. MP, c. 33, MPH N.S., t. VIII, p. 53 et n. 290. Cf. Balzer *Genealogia*, p. 127–128, qui Ladislaum die 2 VI vel 30 V a. 1159 mortuum esse dixit, R. Grodecki autem [in] *Historia Śląska*, t. I, 1933, 171, a. 1162 indicavit.

[3] Balzer, *Genealogia*, p. 131 Agnetem ducissam inter dies 23 atque 25 I post a. 1157 obiisse opinionem tulit.

[4] *propria* ... *aliena*, cf. Iustinum 39,1 (supra p. 35).

[5] De Conrado I, tertio Ladislai II princ. filio cf. n. 4 ad a. 1150.

[6] Castrum et castellania Wleń ad superiorem Bóbr fluminis cursum prope Silesiae finibus situm in fontibus hist. ad a. 1155 nominatum est. Wleń primum castrum, postea castellaniam fuisse certum ducimus. De Grothecz et Nyempcze castris Dl. iam ad a. 1147 mentionem fecit. Haec tria castra longe a se distabant. Cf. Chr. PP, MPH, t. III, p. 447, ubi de castris aedificandis narratur.

[7] Cf. ... *in Ploczsk* ... Chr. MP, c. 33.

[8] Cf. Chr. MP, c. 33, ubi tamen legimus Ladislaum II princ. gravi morbo correptum obiisse, non veneno necatum esse.

[9] Fridericus imperator expeditionem in Italiam inde ab mense Augusto usque ad autumnum exeuntem a. 1159 habuit. Tunc Mediolanum urbs duris condicionibus dedita est. De Polonorum auxiliis in Chr. PP, MPH, t. III, p. 481 incerta afferuntur. Certum autem est Ladislaum II Bohemiae princ. cum militibus auxilio venisse. Dl. III libro Gestorum Friderici fonte usum esse dubium est, quamquam in eo de expeditione imperatoris plura leguntur.

[10] Mense Iulio Fridericus imperator ad Bresciam urbem fuit, mense autem Augusto Mediolanum urbem obsedit, et eam die 8 IX a. 1158 in deditionem accepit, postea ab Italia una cum exercitibus in Germaniam se recepit.

[11] Mediolanenses autumno a. 1157 paucas parvasque arces et castra expugnaverunt, inter quae Lodi castrum quoque fuit. Cf. *Jahrbücher*, [t. 33], p. 592 sqq. Qua de causa posteriore anno expeditio in Italiam facta est. Has res Dl. commutavit.

[12] Ladislaus II Bohemiae dux, a. 1158 ineunte Ratisbonae coronatus est. E Gestis Friderici, l.c. coronationem honorem praemiumque Bohemiae princ. bene de expeditione in Poloniam facta meriti fuisse discimus. Hoc fide multorum Germanorum et omnium fontium Bohemorum comprobatur.

[13] De insignibus abrogatis nihil certi scimus, cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 902.

[14] Hic fuit Adrianus IV, cf. n. 5 ad a. 1155, qui die 1 IX a. 1159 in Anagni oppido obiit, sepultus est autem Romae in Basilica Vaticana.

[15] Rolando Bandinelli Sienensis, cardinalis tituli S. Marci, papa die 7 IX a. 1159 electus est et nomen Alexandri III sibi ascivit. Die 30 VIII a. 1181 obiit.

[16] Octavianus di Monticelli, cardinalis – presbyter, tituli S. Caeciliae, antipapa die 18 IX a. 1159 electus post diem 20 IV a. 1164 obiit.

[17] Cf. ... *Octavianus, in prima dominica mensis Octobris, alter ... Rolandus, in XVIII die mensis Septembris ... consecratus ...* Gesta Friderici, L. IV, c. 60.

[18] Hoc caput Dl. repetens paulo commutavit, cf. p. 65 sq. ad a. 1158. Cf. *Lat. troicki*, p. 239 ad a. 1155, ubi de expeditione Georgii, filii Iaroslai ducis facta in Mstislaum, Isaslai filium, quem Georgius e Peresopnica castro (in Volhynia sito) expulit, legitur. Dl. nomina princ. vitiose tradidisse videtur. Kijoviae enim tunc Gleb, filius Georgii ducis, regnavit, cf. p. 66. Qui fuerint a Dl. nominati, Georgius, filius Iaroslai et Iaroslaus duces, parum liquet.

[19] Iaroslaus, filius Isaslai ducis, princ. Luceoriensis, m. dux Kijoviensis inter a. 1174 et 1180 obiit. Cf. *Lat. troicki*, l.c.

[20] De huius fuga, ex qua in Poloniam se coniecit, cf. p. 65.

[21] Ignotus.

[22] Fratres Mstislai, Isaslai ducis filii, fuerunt: Iaroslaus et Jaropolcus duces; Jaropolcus in Bużsk castro die 7 III a. 1170 obiit. Vladimirus ignotus est.

Annus 1160

[1] Cf. Chr. MP, MPH N. S., t. VIII, p. 56, n. 307. Boleslaus, tertius filius Mesconis Senis et Eudoxiae principissae, a. 1159 natus est, a. autem 1195 in pugna ad Mozgawam oppidulum commissa cecidit. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 200, cf. PSB, t. II.

[2] Secunda uxor Boleslai Crispi ducis Maria fuit, de qua Dl. ad a. 1173 scripsit. Rostislaus, dux Premisliensis ignotus est. Alter Rostislaus, dux Kijoviensis, filius Mstislai, pater Mariae non fuit. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 160 sq.

[3] Cf. n. 9 ad a. 1156, cf. ... *Honoldus ... anno 1160 mortuus ...* Catalogus Volboriensis MPH, t. IV, p. 25. G. Labuda, *Początki diecezjalnej organizacji*, p. 55 sq. hunc inde ab a. 1157 usque ad a. 1190 epum Crusviciensem fuisse opinatus est. Ex quo conici potest annos in Catalogo et in Dl. opere vitiose traditos esse.

[4] Cf. ... *Rudgerus pontificatum nactus 1161 ... obiit 1170 ...* in eodem Catalogo, MPH, t. IV, p. 26, Cf. *Opera*, t. I, p. 524. G. Labuda autem, *Początki diecezjalnej organizacji*, p. 55 sq. Rudgerum ante a. 1148 mortuum esse coniecit.

Annus 1161

[1] In Gestis Friderici ultimus annus 1160 legitur, Mediolanum autem urbs a. 1161 obsessa est, propterea, non novimus e quo Dl. fonte hunc nuntium hauserit. De legatione quoque nihil certi scimus. Mediolanenses in imperatoris agros et regiones a Germanis occupatas impetum vere a. 1161 fecerunt.

[2] Cf. ... *Boleslaus filiis et uxore relictis ... cum imperatore ad partes illas processit.* Chr. PP, MPH, t. III, p. 481. In solis Chr. PP et in Chr. Pol, MPH, t. III, p. 481, p. 481, 637 de Boleslao Alto duce fortiter pugnante legimus. Quos fontes secutus Dl. rem copiosius enarravit. Cf. S. Smolka, *Henryk Brodaty*, Lwów 1872, p. 18 et notas, qui hanc Dl. narrationem fabulosam esse opinatus est.

[3] Cf. ... *quidam vir giganteus, eques de civitate ... singulare certamen quesivit* ..., Chr. PP, l.c.

[4] Cf. in eadem chronica l.c. de Davide Goliath vincente. Cf. 1. *Reg.* 17,4–58; 21,9. Philistini bellum cum Israelitis s. XI a. Chr. n. continenter gerebant, quod in *Lib. Iudic.* et *Lib. Regum* traditur.

[5] De Geyza II rege Hungariae cf. *Annales*, t. II, indices, Cf. ... *Regnauit autem annis XX mensibus tribus et diebus undecim ... Cuius corpus Albe quiescit.* Chr. Bud., ad a. 1161. In aliis chr. alius dies mortis Geyzae indicatur.

[6] Cf. *Annales*, t. II, p. 315, de eo quoque mentiones in Chr. Bud. occurrunt.

Annus 1162

[1] De Iaxa Miechoviensi cf. PSB, t. X, qui comes e familia et armis Grifonum vel Swiebodarum-Grifonum ortus, a. 1176 obiit. Illud *Dominicellus et armiger dioecesis Crac.* testimonio nobis est eum in epi Crac. saeculari clientela fuisse, sed de saeculari clientela epi Crac. nihil certi scimus. Cf. *A. D. 1162 Iaxa ivit Ierosolimam* et: *1163 fratres dominici sepulchri venerunt Miechoviam cum uno canonico misso a Monacho patriarcha*, MPH, t. II, p. 882, cf. etiam Annales cap. Crac., ib., p. 798.

[2] De Monacho patriarcha (a. 1194–1203) cf. *Repertorium*, nr 144, cf. Annales Miechovienses (u.s.) et diploma [in] KDM, t. II, nr 375, a. 1198 confectum. De uno canonico cf. fontes hist. u.s.

[3] Miechovia, oppidum in palat. Kelcensi situm.

[4] Nunc Zagórzyce Dworskie, villa in distr. et palat. Crac. ad septentrionem a Nowa Huta, quae pars Cracoviae est, sita.

[5] Komorów villa, parochia Miechoviensis ad Miechoviam oppidum sita, cf. LB, t. III, p. 3,5.

[6] Viri historiae periti coenobium Miechoviense a. 1163 fundatum esse opinati sunt. Cf. vitam Iaxae comitis, PSB t. X. Cf. M. Tobiasz, *Bożogrobcy w Miechowie*, Nasza Przeszłość, t. XVII, 1963, p. 9. Cf. diploma a. 1198 confectum KDM, t. II, nr 375, quod diploma Dl. noverat, mentionem autem de ep. Matthaeo adiecit.

[7] Diploma fundationis coenobii Swierziniecensis (in suburbio Cracoviae siti) ad nos non pervenit. Huius fundationis mentiones apud Dl. et in LB, t. II, p. 58 factae solae sunt. In veterrimis documentis a. 1254 et a. 1255 confectis, cf. KDKr. t. I, nr 41 et Kod. Pol., t. III, nr 33, non Iaxa

comes sed duces Crac. coenobii fundatores nominantur. Villae Zabierzów et Bibice ad bona monasterii monialium Premonstratensium pertinebant, cf. LB, t. II, l.c.

[8] Cf. *Repertorium*, nr 70. Boleslaus Crispus dux soli monasterio Miechoviensi donationes confirmavit, qua de re in alio documento a. 1232 confecto mentio fit. Fieri potuit, ut in diplomate quodam a. 1163–1173 falso confecto moniales in Swierzynca suburbio Cracoviae collocati nominarentur. Dl. nuntium de coenobii privilegiis e Monachi patriarchae diplomate a. 1198 confecto hausisse videtur et cum de altero coenobio scriberet, eum tradidit.

[9] Dl. de Iaxae comitis origine, i.e. de eo e Grifonum gente nato dubitavit.

[10] De Radwano epo cf. n. 3 ad a. 1156, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 186. Utrum Radvanus ep. a. 1162, an post a. 1170 mortuus sit, incertum est.

[11] De Bernardo epo cf. PSB, t. I, ubi is inter comites Salomeae principissae, uxoris Boleslai Krzywousty princ., fuisse et ep. a. 1159–1164 regnavisse dicitur. Nowacki tamen, *Archidiecezja*, t. II, p. 50, Bernardum epum a. 1162 (1164)–1172 regnavisse et e Germania nullam originem duxisse opinatus est. Hae opiniones non essent tam variae nisi Dl., cf. *Opera*, t. I, p. 489–490, Bernardum 13 annos usque ad diem 30 IX a. 1175 regnavisse et e gente Syrokomla natum esse et abbatem Trzemesznensem fuisse scripsisset.

[12] Quae Dl. de utroque papa ad a. 1159 scripserat, hoc loco latius narravit, cf. p. 68. Alexander III papa aestate a. 1162 ex fuga in Francogalliam se recepit. In urbibus quoque Italianis longissime autem in civitate Genuensi moratus est.

[13] Cf. p. 68, ad a. 1159, ubi de his viris tractatur. De Georgii I Vladimirowicz Dołgoruki princ. expeditione in Mstislaum II Chrobry dictum, filium Isaslai, facta et de Wladimiria oppido obsesso cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 347 ad a. 1156, cf. *Lat. troicki*. De Polonorum auxilio in utroque fonte hist. nihil legimus.

Annus 1163

[1] Mediolanum urbs 2 annos obsessa est, a. autem 1162 summa contentione pugnabatur, denique die 1 III a. 1162 dedita est.

[2] Cf. Annales Minoris Poloniae ad a. 1178, MPH, t. III, p. 158–161, Pulkawa (in uno tantum mss) FRB, t. V, p. 103 et sq., e quo Dl. mentiones de reliquiis Trium Regum translatis hausit. Reliquiae regum e sepulcro lapideo, quod fuit in eccl. s. Asterio dicata Mediolani urbe sitae, in Coloniam Agrippinam oppidum die 7 VI a. 1162 translatae, a. autem 1909 Mediolanum relatae sunt, cf. *Storia di Milano*, t. IV, 1954, p. 77 sq. Felix et Naborius a. 303 vel 304 martyres facti et Mediolano tumulati sunt. Quorum cultus veterrimus erat.

Archiep. Coloniae Agrippinae temporibus Friderici I imperatoris Raynaldus v. Dassel (non Roudolphus) a. 1156–1167 fuit.

[3] Mediolano urbe deleta, scil. inter diem 9 IV et mensem Iunium a. 1162, imperator multas urbes et arces, etiam Lombardiae et Toscaniae epos in deditionem accepit. Autumno imperator cum exercitibus in patriam revertit.

[4] Brevibus mentionibus, quae in Chr. Magistri Vincentii, in Chr. PP, in Chr. Pol, in Chr. MP, c. 33 factae sunt, Dl. fontibus usus longam narrationem composuit. In chr. autem neque de litte-

ris, neque de legatis, sed de orbis in Poloniam a solo Boleslao Crispo princ. receptis legimus, cf. MPH, t. II, p. 372, t. III, p. 481, 633.

[5] In omnibus chr. hic enumeratis de Silesia dividenda legitur, sed et alia quoque diversa sunt, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 183, qui Silesiam inter 3 filios Ladislai II Exsulis divisam esse dixit. Quod Dl. de agris scripsit, scil. illud: *eos donatos potius quam redditos esse*, id non est verum. Cf. R. Grodecki, [in] *Historia Śląska*, t. I, p. 175, qui Silesiam illo tempore non divisam esse opinatus est, nam Boleslaus Altus Silesiae administrandae praepositus dux fuit, Mesco autem Rathiboriensis ei adiutor fuisse videtur, Conradus vero dux in Germania moratus est.

[6] Fueritne hoc legatum Mesconis ducis, nescimus.

[7] Conradus dux ca a. 1178 obiit; eius ducatum Boleslaus Altus princ. iterum regere coeperat.

Annus 1164

[1] De expeditione Prussica cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 373 et Chr. MP, c. 33, ubi haec expeditio breviter narratur. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 183, et J. Powierski, *Stosunki polsko-pruskie do 1230 r.*, Roczniki TNT 1968, nr 74, z. 1, p. 113, qui expeditionem probabilem putat; quae de hac expeditione Dl. tradidit, aliunde nobis ignota sunt, neque etiam scimus, quo anno expeditio facta sit.

[2] Primum fuisse unam Prussiae dioecesim ab epo Christiano administratam, a. autem 1235 in quattuor dioeceseos divisam esse constat. Quarum una dioecesis Culmensis (apud Dl. Chelmensis) fuit.

[3] Cf. Chr. MP, MPH N.S., t. VIII, p. 54, ubi tamen de poena mortis legitur.

[4] Cf. K. Jasiński, *Uzupełnienia* p. 202, qui Mesconem quartum filium Mesconis Senis a. 1165 vel a. 1166 natum esse opinatus est. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 162.

[5] Hoc nulla fide fontium hist. Hungariae comprobatur. Dl. enim Pulkawa fonte usus est, p. 103 (qua de re iam Semkowicz, *Rozbiór*, p. 183 scripsit). Ladislaus II princ. qui a. 1163 obiit, et Stephanus III filius Geyzae regis neque fratres fuerunt neque inter se pugnabant.

[6] Kalojohannes a. 1197–1207 Bulgarorum imperator fuit. Constantinopoli autem in urbe a. 1164 Manuel I Komnenos imperator regnavit (a. 1143–1180). Apud Pulkawam, l.c. de solo impetu imperatoris Graecorum, cuius nomen non est traditum, in Hungariam facto legimus.

[7] Hoc nullo fonte hist. comprobatur.

[8] Friderici ducis filia Petro Comneno nepoti Manueli imperatoris Graecorum nupsit, cf. Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 82.

[9] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 348 et *Lat. troicki*, p. 241 ad a. 1157, ubi de Georgii I Dołgoruki filii Vladimiri morte et funere legitur. In utraque chr. nihil de Isaslao Davidowicz eius successore traditur.

Annus 1165

[1] Hoc cum antecedente capite coniunctum est, cf. p. 76 sqq. Cf. Magistrum Vincentium, cf. Chr. MP, c. 33, sed quo anno res hoc capite enarratae gestae sint, parum liquet. De Pruthenorum legatione nihil scimus. Cf. Chr. MP, l.c., ubi de rebus a Boleslao Crispo duce neglectis dicitur.

[2] Cf. n. 18 ad a. 1146, ubi de anno, quo archiep. Ianik mortuus sit, agitur; quod factum est inter a. 1167 et 1177.

[3] Quibus annis Petrus II archiep. regnaverit, vix diiudicari potest. Nam in Catalogo archiep. Gnesn. a. 1149–1171 afferuntur, cf. MPH, t. III, p. 406, apud Dl. autem in *Operibus*, t. I, p. 349 a. 1166–1182 traduntur, cf. *Repertorium*, p. 139, ubi Petrum archiepi Sdislai successorem a. 1181–1199 regnavisse legimus. Cf. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 52, qui Petrum fuisse epum Posn. nominis Bogumil e gente Leszczyc natum et a. 1186–1187 regnavisse opinatus est. Annus mortis 1199 est.

Annus 1166

[1] Cf. Magistrum Vincentium, L. III, c. 30 et Chr. MP, c. 33; Dl. multa in his rebus enarrandis addidit. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 184. Quo tempore hic impetus Pruthenorum factus sit, non novimus. Narrationem de Polonorum praefectis partim necatis, partim expulsis Dl. ex eo, quod de pugnis in Pomerania a Boleslao Krzywousty confectis scripserat, hauriens repetivit, ut nobis videtur. De Ossa fluminis oris a militibus occupatis nihil certi scimus.

[2] Dl. nomen terrae Chelmensis, ut suis temporibus noverat, ita saepe tradidit, sed rectum est Culmensis. Cf. tamen: *Dzieje Chełmna i jego regionu*. Toruń 1968, p. 109 sq. De veterrimis temporibus huius regionis nihil scimus; primus castellanus Culmensis Stephanus a. 1228 fuit.

[3] Cf. n. 3 ad a. 1143, ubi Matthaeus ep. die 18 X a. 1166 mortuus esse traditur. De Matthaeo epo eiusque responso legatis Boleslai ducis dato Dl. solus narravit, cf. ad a. 1143, ubi Dl. de pecunia Ladislao II a Matthaeo epo oblata enarravit.

[4] Cf. de eius vita in PSB, t. VII, in SSS, t. 2. Gedka, quem alii viri docti e gente Grifonum, alii e gente Powała natum esse dicunt, a. 1185 obiit. Is adversae Mesconi Seni duci factionis fautor fuit et conventui Lanciciensi a. 1180 habito interfuit. Eccl. collegiatam Kelcensem fundavit et multa monasteria bonis instruxit. In Polonorum annalibus annus, quo epi munus gerere coeperit, et 1161 et 1165 et 1166 indicatur. Cf. de eius nomine Gedka vel Gedko vel Gedeon in MPH, t. II, p. 775, 798, 834, 875, t. III p. 52, 69, 131, 156 sq., 350 sqq., 480, 636, t. V, p. 870, 891.

Annus 1167

[1] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 184, et J. Powierski, *Stosunki*, p. 113; qui annales Polonorum secutus expeditionem hieme a. 1166–1167 factam esse dixit. Cf. Magistrum Vincentium, L. III, c. 30 et Chr. MP c. 33 (in Chr. MP nihil de Henrico Sandomiriensi duce in hac expeditione occiso legimus). J. Powierski viro docto verisimillimum videtur Pruthenos per fidem fefellisse Polonos. Dl. hanc expeditionem fusius suis enarravit verbis.

[2] Cf. *Est autem locus ... de vestibulo densatis diluviorum indique confertus paludine in quo limosi bituminis abyssus sub quadam graminum virencia delitescit.* Chr. MP, MPH, N.S., t. VIII, p. 54.

[3] Henricum ducem Sandomiriensem a. 1167 mortuum esse legimus in annalibus his: cap. Crac., Sandivogii et Catalogo eporum Crac., MPH, t. II, p. 837, 875, t. III, p. 352. Balzer autem, *Genealogia*, Henricum die 18 X a. 1166 mortuum esse opinatus est. Multi milites Poloni hac pugna ceciderunt.

[4] Cf. ad. a. 1158 (n. 14 sqq.), ubi de his hominibus disseritur. Hae res ad a. 1158 spectant, cf.

*Lat. troicki*, p. 241 (de Isaslao duce expulso) cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 348. E *Lat. troicki* cognoscimus Isaslaum Davidowicz ducem in Wiaticze regionem fugisse. Isasłaus a. 1161 obiit. E *Lat. hip.*, l.c. discimus Mstislaum ducem Rostislao I Kijoviam urbem dedidisse et in castrum Vladimiriense fugisse.

Annus 1168

[1] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 168, qui Dl. Chr. Magistri Vincentii, L. III, c. 30 et diploma ex Archivo Capit. Crac. ad diem 31 XII a. 1167 fontes in hac re narranda secutum esse opinatus est. Cf. *Repertorium*, nr 68. Qui fontes nonnullis rebus singulis inter se differunt. R. Grodecki [in] *Dzieje Polski średniowiecznej*, t. I, 1926, p. 157 diiudicavit dixitque partem ducatus Henrico Sandomiriensi duci Masoviae tributam esse, Casimirum Iustum Visliciam urbem una cum Małogoszcz, Żarnów, Skrzynno castris a. 1166 accepisse, Mesconem Senem ducem Sandomiriensem urbem sibi retinuisse.

[2] Cf. S. Kętrzyński, *Na marginesie „Genealogii Piastów"*, PH, t. 29, 1931, p. 201. Prima uxor Casimiri Iusti quaedam Russiae ducissa ignoti nominis, secunda Helena fuit. Helena neque Wszewoldi Kijoviensis ducis neque Rostislai, ut Balzer vult, filia fuit. Cuius nuptiae a. 1185–1186 celebratae sunt.

[3] Ladislaus Loripes dux, minimus natu filius Mesconis Senis ducis eiusque secundae uxoris Eudoxiae Ruthenae ca a. 1161–1166 natus est. Die 3 XI a. 1231 obiit. Ladislaus princ. Posn., Gnesn., brevi tempore Crac., factus est. Hoc loco Dl. recte tradidit secundam uxorem Mesconis Senis fuisse Eudoxiam Ruthenam, sed alio loco ad a. 1160 Adelaidem putavit. Cf. K. Jasiński, *Uzupełnienia*, Stud. Źródł. III, p. 202, V, p. 96 sq.

Annus 1169

[1] Cf. Magistrum Vincentium, cf. Chr. PP, Chr. Pol, MPH, t. II, p. 372, t. III, p. 479, 634, Semkowicz, *Rozbiór*, p. 185, qui de hoc bello breviter disseruit. Cf. R. Grodecki [in] *Historia Śląska*, t. I, p. 173 sqq., qui Dl. hoc bellum vere enarravisse dixit. Annalibus Coloniensibus fonte usus Grodecki suspicatus est fieri potuisse, ut hoc in bellum Germani se interposuerint, filii autem Ladislai ducis tributum Silesiae impositum imperatori praestiterint. Dl. multis rebus singulis omissis obscurius rem totam enarravit.

[2] Cf. Werneri Rolewinci, *Fasciculus temporum*, ed. B. Struvii (1726), p. 550.

Annus 1170

[1] Semkowicz, *Rozbiór*, p. 185 sq. recte animadvertit hoc caput paulo commutatum e Magistro Vincentio, L. IV, c. 6, et e Chr. MP haustum esse. E Chr. MP Dl. orationes ducis Casimiri Iusti cognovit et alio modo composuit.

[2] De utroque comite cf. in Chr. MP, c. 35, p. 57. Iaxa Miechoviensis a. 1176 obiit, Svantoslaus, filius Petri Vlostovic comitis fuisse videtur. De quorum seditione adversus Boleslaum Crispum ducem concitata nihil scimus.

[3] De Rudgero epo, cf. n. 4 ad a. 1160. G. Labuda eum ante a. 1148 mortuum esse opinatus est.

[4] Cf. *Opera*, t. I, p. 524 sq., ubi Dl. Catalogum eporum Vlad. secutus Vernerum epum a. 1171–

1178 regnavisse tradidit. Hoc capite de Vernero Germano scribit, in *Operibus* autem, t. I, l.c. de Vernero Polono e familia Różyce-Poraje nato narrat. J. Tazbirowa, *Początki biskupstwa na Kujawach*, p. 241 et G. Labuda, *Początki diecezjalnej organizacji*, p. 56 et 58 Vernerum epum Vlad. a. 1148–1156 fuisse, a. autem 1156 aut 1157 in episcopatum Plocensem migravisse ibique a. 1170 occisum esse opinati sunt.

[5] Waltherus, cf. n. 5 ad a. 1148, e Francogallia originem duxit. Diem annumque eius mortis Dl. e Chr. et numero eporum Vrat., MPH, t. VI, p. 577 sq., hausisse videtur. (In ceteris Catalogis a. 1169 legitur). Cf. T. Silnicki, *Dzieje i ustrój*, p. 38 sq., qui de cathedra Vrat. temporibus Waltheri epi saxis exstructa et de cantibus in eam e cathedra Laonensi, non Lugdunensi, translatis disseruit.

[6] De Siroslao II epo Vrat. Dl. tot fere verbis quot de Walthero usus in suis narravit *Operibus*, t. I, p. 457. In omnibus eporum Vrat. Catalogis Siroslaus II a. 1170–1180 regnavisse traditur. Cf. MPH, t. VI, p. 559, 562, 567, 578, T. Silnicki autem, *Dzieje i ustrój*, p. 46 eum a. 1170–1198 epum fuisse opinatus est.

[7] Svantopelcus dux, minoris natu filius Ladislai II Bohemiae regis, post diem 15 X a. 1169 obiit. Cf. Pulkawa, p. 106. Quibus rebus Svantopelcus adductus seditionem commovere conatus sit, non liquet. Eo tempore rex afuit, quia colloquiis Bambergensibus interfuit. Cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 983.

[8] Woyslaus a. 1159–1165 marsalcus curiae regis, postea camerarius reginae fuit, a. autem 1170 occisus est, cf. Novotný, l.c.

[9] Iudith, quae e Thuringia originem traxit, secunda ab a. 1153 uxor Ladislai II regis fuit, post diem autem 9 IX a. 1174 obiit.

[10] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 353 sq., idem in *Lat. troicki*, p. 244 sq. ad a. 1168. Cf. ad a. 1154, 1155, ubi de ducibus dictum est his: Mstislao II filio Isaslai, Rostislao I Michaële, Vladimiro filio Mstislai ducis.

[11] Cf. Chr. Russicas supra nominatas, in quibus de expeditione Mstislai, filii Andreae I Bogolubski ducis, legitur. Mstislaus II Chrobry dux die 28 III a. 1172 vel 1173 obiit. In nonnullis chr. Russicis de 9 Russiae princ. traditur. Quorum nomina quibus e fontibus a Dl. hausta sint, ignoramus.

[12] De Gleb filio Georgii I Dołgoruki cf. n. 17 ad a. 1158.

[13] Filii Rostislai I Michaelis fuerunt hi: Romanus dux Smolescensis, m. dux Kijoviensis, qui die 14 VI a. 1180 obiit, David Vitebscensis, Smolescensis, Wyżgorod oppidi dux, qui die 23 IV a. 1197 mortuus est.

[14] Vladimirus, dux Brzestensis, filius Andreae Boni ducis die 28 I a. 1170 obiit. De quo in chr. Russicis nihil traditum est. Interfueritne huic expeditioni, dubium est.

[15] Ignotus, in chr. Russicis nihil de eo traditur.

[16] Uterque ignotus.

[17] De Oleg duce cf. n. 35 ad a. 1147. Famosus Igor Georgius Novogradiae Sieveriae et Czyrniejoviae dux a. 1202 obiit. Uterque Svantoslai II Nicolai ducis filius fuit.

[18] Vladimirus dux, cuius nomen non est a Dl. allatum, princ. Gleb maior natu filius fuit.

Is die 18 IV a. 1187 obiit. Cf. *Lat. lawrent.-suzd.*, et *Lat. troicki*, p. 245, ubi ad a. 1169 de Gleb duce Kijoviae urbis administratore facto mentio fit.

[19] De Vernero epo cf. n. 9 ad a. 1156, qui re vera episcopatum Plocensem regnavit. Hoc caput ex opere, quod inscribitur: Mors et miracula Beati Verneri ep. Plocensis, auctore Iohanne, decano Plocensi, MPH, t. IV, p. 750 sqq,. pendet, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 186. Auctor, qui olim Conradi ducis Masoviae cancellarius fuit, post a. 1253 vitae epi imaginem expressit. Cultus Verneri epi diligens factus est, in ceteris fontibus hist. de eo nihil affertur. Dl. vitam Verneri multis augebit ornavitque.

[20] Cf. Mors et miracula, p. 750, — *Szarsko*, nunc Karsy villa in distr. Plocensi sita. In documentis nomen eius *Carsco* (ca a. 1240) vel *Carssi* (ca a. 1458) traditum est.

[21] Cf. ... *satrapam Mazovie nomine Bolestam* ..., MPH, t. IV, l.c. Cf. PSB, t. II. Bolesta castellanus e gente Accipitrum, ut videtur, originem traxit. Dl. eum castellanum Visnensem nominat; sed castellania Visnensis s. XIII facta est, s. autem XI castrum Visna (Wizna) fuit, cuius milites iter, quo homines e Masovia per paludes terram Iatvingorum petebant, tueri defendereque soliti sunt.

[22] Quae de Vernero, qui in ius terrestre Bolestam vocavit, leguntur, a Dl. addita sunt. Dl. non recte scripsit: *in ius ... municipale, quod vocitamus terrestre*, nam ius municipale urbibus oppidisque dabatur, iure autem terrestri nobiles utebantur.

[23] Ignotus. In Morte et miraculis ... Benessius nominatus.

[24] Nomen hoc nulla fide hist. fontium comprobatur. Verisimile est de Biskupiec, villa in distr. Reszel sita, vel de Biskupiec villa in distr. Susz sita, agi.

[25] Ignotus. Cf. ... *in ... dormitorio cum religioso ... fratre Benedicto ordinis ... S. Benedicti* ... MPH, t. IV, p. 751.

[26] Cf. ... *in cubile irruit et utrumque interemit ... a. domini MCLXXII die tertio post diem purificationis s. Marie* [i.e. 5 II 1172 a.] ... *proiectis ... tapetibus ... et straminibus abscesserunt*. Ib.

[27] Cf. ... *Benessius ... a nemine visus est ... eum terra absorbuit vivum*. Ib.

[28] De Bolesta iudicato et capitis damnato, de Verneri epi miraculis etc. legimus in Morte et miraculis, MPH, t. IV, p. 752. Cf. ... *circumvolutus tela uncta cera et crematus est in Gneszdna civitate*, ib. Cf. S. Trawkowski, *Kaźń kasztelana Bolesty (1170 r.) w tradycji płockiej*, Stud. Źródł. XIV, 1969, p. 53–63.

[29] Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 399 sq. et *Opera*, t. I, p. 548 et MPH, t. VI, p. 603, ubi ep. Lupus nominatur. Dl. eum a. 1179 mortuum esse tradidit.

[30] Cf. n. 3 ad a. 1156, ubi de Radwano epo disseritur.

[31] Cf. *Repertorium*, nr 115, cf. A. Gąsiorowski, *Najstarsze dokumenty poznańskiego domu joannitów*, Stud. Źródł. VIII, 1963, p. 94 sq. E *Repertorio* cognoscimus fratrum S. Iohannis domum die 6 V a. 1170 fundatam esse, sed ipsi paulo post venisse habitatum videntur. Dl. diploma die 30 XI a. 1218 confectum (*Repertorium*, p. 113) noverat, quo Mesco Senex dux et Radwanus ep. fundationem bonaque fratribus S. Iohannis donata confirmaverunt.

[32] Quo modo villae cum coenobio coniunctae essent, Dl. vitiose tradidit, nam *Nithcovi* villa etc. coenobio solas decimas praestabant, Miłostowo autem villa etc. una cum decimis imperatis in omne tempus fratribus S. Iohannis donatae sunt. Cf. diploma die 30 XI a. 1218 confectum, quo

ep. Paulus ea confirmavit, KDW, t. I, nr 104. Utrum decimae *Wyelike* et *Zuchilyecz* villis imperatae ad bona hospitalis pertinuerint, an non, dubitamus, quia A. Gąsiorowski villarum nomina, quae in diplomate a. 1218 confecto inveniuntur, interpolata esse suspicatus est.

[33] In documentis nomen villae *Vitcoviz* traditur, quae ubi sita sit, non liquet, aut in distr. Sławno aut in distr. Szamotuły, palat. Posn. sita fuisse videtur.

[34] Villa in distr. Sredensi, palat. Posn. sita.

[35] Haec villa non exstat. Dl. villarum nomina *Sannici* et *Rusca* vitiose coniunxit, cf. A. Gąsiorowski, op. cit., p. 94, n. 79 (Quae nomina in *Słown. Geogr.* vitiose quoque tradita sunt.)

[36] Nunc villa Górka, in distr. Oborniki, palat. Posn. sita.

[37] Nunc villa in distr. Konin, palat. Posn. sita esse videtur.

[38] In diplomatibus *Cozsutowo* villa legitur. Gostów, nunc Gozdów villa aut Koszuty (Duże, Małe, Poduchowne), villa in distr. Słupca, palat. Posn. sita, aut Koszuty, suburbium Środa urbis in eodem palat. situm.

[39] In diplomatibus villae nomen *Clersovo* legitur, quae Kleszczewo Poznańskie villa esse videtur in distr. Sredensi (Środa) palat. Posn. sita.

[40] Haec videtur esse Czerlejno, villa ad Kostrzyn oppidum sita, aut Czerlenno, aut Czerlejnko, villae in distr. Sredensi, palat. Posn. sitae.

[41] Jarogniewice, villa ad Kostrzyn oppidum in distr. Kościan, palat. Posn. sita. Est quoque huius nominis villa in distr. Września sita.

[42] Nunc villa in distr. Międzychód, palat. Posn. sita.

[43] Villa ignota. Est autem Andrzejowo villa in decanatu Garwolin, parochia Stoczek, sita aut huius nominis altera villa, distr. Słupca, palat. Posn. sita.

[44] Nunc suburbium Posnaniae.

[45] Nunc Wielkie, villa, in distr. et palat. Posn. sita.

[46] In diplomatibus huius nomen *Zuchilez* occurrit, olim silva hoc nomine appellata ad Slupia oppidum aut ad Piotrowice Wielkopolskie oppidum sita fuit.

[47] In diplomatibus nomen *Obezerze* legitur, nunc Objezierze villa in distr. Oborniki, palat. Posn. sita. Ibi eccl. s. XIII medio aedificata invenitur.

[48] Duae huius nominis villae sunt, palat. Posn. sitae — una in distr. Słupca, altera in distr. Szamotuły sita.

Annus 1171

[1] Kielce (Kelce) urbs s. XI–XII, ut videtur, condita est. (Castellania Kelcensis urbe vetustior fuit.). Quid Gedka ep. egerit, nihil scimus. Cf. K. Tymieniecki, *Początki Kielc w związku z pierwotnym osadnictwem Łysogór*, Pamiętnik Świętokrzyski, Kielce 1931, p. 70 sq.

[2] Cf. ib. Qui auctor opinatus est Dl. nullo documento ad fundationem eccl. collegiatae pertinente, sed sola annotatione ex Annalibus Krasiński dictis hausta (cf. MPH, t. III, p. 131) usum esse caetera a sui temporis hominibus rescivisse.

[3] De hac Polowczonum expeditione nihil in Russiae fontibus traditur. Alia apud Semkowicz, *Rozbiór*, p. 186 invenies.

[4] Michael (Michałko) m. dux Vladimiriensis, frater Gleb ducis, filius Georgii I Dołgoruki, die 20 VI a. 1177 obiit.

Annus 1172

[1] Cf. ad a. 1162, ubi de his narratur. Quo fonte Dl. usus sit, non liquet.

[2] De Victore IV cf. n. 16 ad a. 1159. Ante diem 20 IV a. 1164 obiit.

[3] Guido Cremonensis, cardinalis – presbyter tituli s. Calixti, (anti)papa die 20 IX a. 1164 electus nomen Paschalis III sibi ascivit. Die 20 IX a. 1168 obiit. Legatus papae a. 1148–1149 in Polonia versatus est.

[4] Iohannes cardinalis – ep. Albanensis (anti)papa die 20 IX a. 1168 electus nomine Calixti III ornatus, a. autem 1178 dignitate privatus est.

[5] Lando di Sezze, Germanus mense Septembri a. 1171 antipapa electus nomine Innocenti III appellatus est, a. autem 1180 ineunte dignitate privatus in Cava monasterium se recepit.

[6] Hoc foedus a quattuor Italicis civitatibus die 8 III a. 1167 initum est. Paucis mensibus post aliae quoque Italiae civitates ad eorum societatem se applicaverunt. Quae omnes a. 1167 cum imperatoris Friderici I exercitibus contendebant.

[7] De Lodovici VII Francorum regis et Henrici II Anglorum regis auxiliis a. 1167 ductis nihil scimus. E Germanorum et Italorum fontibus hist. cognoscimus gravem pestilentiam in imperatoris exercitu mense Augusto a. 1167 coortam esse.

[8] Coniunctane Eccl. Polonica cum quibusdam (anti)papis sit, proposueritne eis oboedientiam, nescimus.

[9] Boleslaus (cf. n. 10 ad a. 1156) maior natu Boleslai Crispi ducis filius, ante diem 3 IV a. 1173 aut a. 1172 exeunte obiit, cf. Balzer, *Genealogia*, p. 44.

[10] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 363, cf. *Lat. troicki*, p. 250, ubi de Gleb filii Georgii I Dołgoruki ducis Kijoviensis morte deque eo in Berestow castro sepulto legitur. In *Lat. hip.* nihil de hac re traditum est.

[11] De Andrea I cf. n. 43 ad a. 1147.

[12] De Romano duce cf. n. 13 ad a. 1170 et *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 365, ubi de Andrea, Romano, Jaropolco ducibus narratur. Idem in *Lat. troicki*, p. 251 ad a. 1172 invenies.

[13] Jaropolcus filius Romani, dux Smolescensis post a. 1176 obiit.

[14] In chr. Russicis de Romano duce Kijovia expulso nihil traditum est, nuntii autem de Iaroslao Isasławicz duce in sede Kijoviensi regnante allatae sunt. Ex ipsis chr. discimus Iaroslaum a. 1175 Kijovia expulsum 12 dies exsulem fuisse. Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 366, *Lat. troicki*, p. 252 ad a. 1175.

Annus 1173

[1] De Lestkone duce cf. n. 12 ad a. 1158... *Lestconis vero iuvenilis ... comisit Mazouiensem et Cuyauiensem provincias* ... Chr. MP, MPH N. S., t. VIII, p. 58. Quod verum esse opinatus est R. Grodecki, *Dzieje Polski średn.*, t. I, p. 159.

[2] Hoc nomen uxoris Boleslai Crispi a Dl. traditum verum est.

[3] *parentem* ..., cf. Iustinum 1,6: *nepotem ... in illo magis quam victorem egit.*

[4] Hae res e fine capitis 33 in Chr. MP traditi haustae sunt.

[5] Falsus dies annusque mortis Boleslai Crispi ducis e Calendario Crac., MPH, t. II, p. 935 a Dl. hausti sunt. Cf. Balzer, *Genealogia*, qui alios fontes hist. secutus Boleslaum Crispum die 3 IV a. 1173 obiisse demonstravit.

[6] Mesco Senex dux post fratrem principatum obtinuit, quia omnis familiae maximus natu fuit. Mesconi ne ii quidem, qui adversae factionis fautores fuerunt, principatum negaverunt.

[7] Cf. *Stephanus ... devictus est ... in festo Sanctorum Geruasii et Protasii feria ... tertia ... expulsus e regno, obiit in castro Zemlen ... A.D. 1173 tertio Idus Aprilis* ... Chr. Bud. Quis fuerit, quocum Stephanus III rex die 19 VI a. 1163 contenderit et cladem acceperit, parum liquet. Stephanus III die 11 IV a. 1173 obiit, cf. SRH, t. I, p. 462 et notas.

[8] Zimony castrum prope Danubium flumen ad Belgradum castrum situm, lingua Germanorum *Semlin* appellatum.

[9] De Bela III rege cf. *Annales*, t. II, indices.

Annus 1174

[1] De Mesconis Senis successione cf. p. 98. Neque apud Magistrum Vincentium, L. IV, c. 2, neque in Chr. MP c. 35 de ducis electione legimus.

[2] Cf. Chr. MP, c. 35, ubi de Mesconis Senis filiis legitur. De Stephano cf. n. 8 ad a. 1157, de Boleslao cf. n. 1 ad a. 1160, de Mescone cf. n. 4 ad a. 1164, de Ladislao Loripede cf. n. 3 ad a. 1168.

[3] De Elisabeth ducissa, filia Almos, ducis Hungariae cf. n. 1 ad a. 1156.

[4] Hoc loco Dl. erravit, cf. Chr. MP, c. 35. Secunda uxor Mesconis Senis ducis Eudoxia Ruthena fuit, cf. n. 2 ad a. 1151.

[5] Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 378, ubi de consanguinitate Mesconis Senis cum aliis narratur. In Chr. MP, c. 35 hoc caput repetitum rebus singulis omissis invenitur. Idem in chr. Silesiacis traditur.

[6] De Sobeslao II cf. n. 24 ad a. 1147, qui filiam Mesconis Senis ducis Elisabeth uxorem duxit. Ea ca a. 1152 nata Sobeslao duci inter a. 1173 et 1177 nupsit, post mariti mortem a Conrado, filio Dedonis, marchione Lusatiae Inferioris uxor ducta est. Cf. K. Jasiński, *Uzupełnienia*, Stud. Źródł. V, p. 94.

[7] De altero Elisabeth matrimonio agitur.

[8] Wierzchosława – Ludmila Friderico I Lotharingiae duci, qui a. 1207 obiit, nupsit. Secundum Magistrum Vincentium Fridericus imperatori affinis fuit. Cf. Balzer, op. cit., p. 196.

[9] Boguslaus I princ. Stetinensis die 18 III a. 1187 obiit. Cuius secunda uxor fuit Anastasia, Mesconis Senis ducis filia, quae post diem 31 V a. 1240 in coenobio obiit.

[10] Salomea filia Mesconis Senis ducis Ratiborio I duci (filio Boguslai I) nupsit. Quo anno nata et quo anno mortua sit, nescimus. Cf. Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 2 et 18.

[11] Uxor Odonis (Ottonis) ducis nomine Wyszesława filia Iaroslai Ośmiomysł ducis Haliciensis fuisse videtur, cf. K. Jasiński, op. cit., p. 92.

[12] Ignota. E. Chr. MP, c. 35, discimus Boleslaum ducem caelebem fuisse.

[13] Lucia, filia Iaromari ducis Rugiae, uxor Ladislai Loripedis ducis fuisse videtur, quae post diem 25 XII a. 1208 obiit, cf. Balzer, *Genealogia*, p. 205 sq.

[14] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 2, quo Dl. fonte usus huius capitis partem sequentem composuit.

[15] Henricus Kietlicz Mesconis Senis ducis consiliarius fuit. Cuius gens e villa Ketlic ad Budisin urbem in Lusatia Superiore sita originem duxit. Ca autem a. 1174 domicilium sibi in Polonia constituit.

[16] Quae Dl. in hoc capite suis enarravit verbis, in Chr. Magistri Vincentii, L. IV (MPH, t. II, p. 380) traduntur. Ex quibus cognovimus, quo modo subditi a dominis pressi sint. Regale duci fuit, quo fretus e.g. venationem in silvis suis prohibere potuit, homines autem inoboedientes, multare.

[17] Cf. Pulkawa et Chr. Jarlochi ad a. 1173 (FRB, t. V, p. 108, t. II, p. 464 sq.). Dl. mss-o Pragensi, quod ab editore n° 3 signatur, Pulkawae chr. usus est, quia de Ladislao Bohemorum rege, qui imperatoris iussu corona privatus esset, scripsit. E ceteris vero mss-is Ladislaum regem sponte sua dignitatem deposuisse cognoscimus. Cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1002 sq., qui ipsam rem explicare conatus est. Conventus Norimbergensis iam a. 1172 exeunte habitus est.

[18] De Sobeslao II princ. cf. n. 24 ad a. 1140. Is usque ad a. 1150 in custodia retinebatur.

[19] Ladislaus II rex die 18 I a. 1174 obiit. Is primum in civitate Misnensi, deinde Praga sepultus est.

[20] Fridericus (Biedrzych), maximus natu filius Ladislai II regis, die 25 III a. 1189 obiit.

[21] Sobeslaus I, Pomoraniae Orientalis princ., die 13 I (?) a. 1178 obiit. Cf. Chr. Ol., MPH, t. VI, p. 310, 351. Monasterium Oliviense a. 1178 fundatum fuisse.

[22] Msczugius I, dux Pomeraniae Orientalis, minor natu filius Sobeslai I, 1–2 V a. 1220 obiit.

[23] Samborius I, maior natu filius Sobeslai I, ca a. 1207–1209 obiit.

[24] Thomas Becket, archiep. Cantuariensis, a. 1118 natus est. Is in certamen de iure potestateque ecclesiae cum Henrico II, Anglorum rege, descendit et a. 1170 occisus est. In omnibus fere Poloniae annalibus breves mentiones de his ad a. 1170 vel 1171 afferuntur. Dies mortis archiepi, scil. 29 XII, a Dl. e Calendario Crac. haustus est. Thomas Becket in sanctorum numerum a. 1173, i.e. temporibus Alexandri III papae, relatus est.

Annus 1175

[1] Hanc narrationis partem Dl. e c. 35 Chr. MP hausit et quibusdam additis rem ita composuit, ut simillima narrationi de Boleslao Audaci rege a Stanislao epo monito fieret. Cf. *Annales*, t. II, p. 126 et sq.

[2] Hic de monasterio Lubensi iterum a Boleslao Alto duce fundato legitur. Vetus coenobium fratrum Benedictinorum, quod ca a. 1044 fundatum est, tempore procedente fratres Cistercienses tenere coeperunt. Qui e Porta (Pforta), villa in prov. Saxonia prope Naumburg urbem sita, venerunt. Dies in genuino diplomate ad fundationem huius monasterii pertinente non est inscriptus. Quod Dl. non noverat, nam diem 1 V, quo diploma confectum est, tradidit. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 188, et *Repertorium*, nr 74, 75. Noveritne Dl. caetera diplomata Lubensia, quae falsa in *Reper-*

*torio* (nr 76, 77) enumerata, diem 1 V a. 1175 inscriptum habent, parum liquet. De hac fundatione multi viri docti scripserunt. Cf. T. Silnicki, *Dzieje i ustrój*, p. 100 sqq.

[3] Dl. Waltherum et Siroslaum II duos epos Vrat. confundit. Quod nobis mirum videtur. De Walthero enim in genuino diplomate, de Siroslao autem in falso mentiones ad a. 1170 fiunt.

[4] Boleslaus minor natu filius Boleslai Alti ducis die 18 VII ca a. 1201 obiit.

[5] Iaroslaus, maximus natu filius Boleslai Alti ducis, princ. Opoliensis, postea ep. Vrat., die 22 III a. 1201 obiit. Filius nomine Mesco (Mieczislaus) in tab. genealog. non est enumeratus.

[6] Hunc abbatem Florentinum fuisse T. Silnicki opinatus est, de quo abbate nihil certi scimus. Quae mala a monachis Cisterciensibus in Poloniam allata sint, non novimus.

[7] De his duo nuntii inter se differentes allati sunt, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 188. Cf. *A.D. MCLXXV Alexander papa concilium celebrat apud Turonum*, *Hist. eccles.*, col. 1109 sq. Conventus Caesaroduni anno a Dl. tradito non est habitus. Primum pax inter Italiae urbes, deinde cum Alexandro III papa facta est, postea legato Sedis Apostolicae absente cum multis legatis de pace agebatur. Pax denique Venetiis convenit inter imperatorem et papam, qui una cum cardinalibus et epis et caeteris e Vieste oppido die 9 III nave profectus est et die 23 III a. 1177 Venetias venit.

[8] Otto, tertius filius Friderici I imperatoris, palatinus Burgundiae (a. 1166 – 2 I 1200) tunc 10 annos agebat, propterea in his versari non potuit.

[9] Nonnulli antipaparum eo tempore etiam vixerunt, qui fuerunt: Calixtus III, Innocentius III. Fridericus imperator coactus est, ut antipapis favere desisteret. Conventus imperatoris et papae Venetiis usque ad mensem Septembrem medium habitus est, quod fontium hist. fide comprobatur. De pugna navali et de honoribus, quibus papa Venetos affecit, nihil scimus.

[10] Hae res a. 1174 agebantur, cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1021. Cf. Chr. Jarlochi, FRB, t. II,

[11] Ulm, urbs et castrum ad Danubium flumen situm. p. 460 sqq. ad a. 1175 ca diem 8 IX. De Odalrici ducis fuga nulla mentio in chr. fit.

[12] Cf. n. 11 ad a. 1162, ubi de multis, quae successori epi Bernhardi creando impedimento fuerunt, legi potest.

[13] De epo Svantoslao cf. *Opera*, t. I, p. 490. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 188, qui de epo nomine Cherubin Bernhardi epi successore scripsit. Epum Cherubin Dl. non noverat, cf. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 50 sq., suspicatur eporum ignotorum nomina: Svantoslaus et Gervardus, ad epos Bernhardum et Benedictum, quem Dl. non novisset, pertinuisse, quibus nominibus ii in coenobio appellati sint.

Annus 1176

[1] Cf. Magistri Vincenti, L. IV, c. 2 et 3, unde Dl. hanc narrationem hausit et multis additis ad a. 1176 tradidit.

[2] Nathan propheta, regum David et Salomon consiliarius, s. X a. Chr. n. vixit.

[3] Cf. 2 *Reg.* 24,1 et sqq.

[4] *satis ... sit*, cf. Livium 30, 30, 16: *satis ego documenti in omnes casus sum.*

[5] *expergiscere ... libera*, cf. Sallustium *Cat.* 52,5 (supra p. 15).

[6] De Svantoslao epo cf. n. 13 ad a. 1175.

[7] Gervardus ep. Posn. non existit. De quo Dl. in *Operibus*, t. I, p. 490 sq. scripsit. Dl. nihil in fontibus hist. de epis Svantoslao et Gervardo inveniens singulos annos regnavisse tradidit. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 51 Gervardum epum, patrem Petri epi Posn., postea archiepi Gnesn., cuius familia Leszczyc i.e. Bróg fuerit, et comitem nomine Gervardus fuisse, qui ca a. 1153 vixerit, opinatur.

[8] Henricus Jasomirgott e gente Babenberg natus cum Sobeslao II Bohemiae duce de finitimis regionibus inter Austriam et Bohemiam sitis a. 1175 et sq. pugnabat. Cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1032 sqq. Dl. Pulkawam secutus est, cf. p. 109.

[9] Henricus Jasomirgott mense Novembri a. 1176 equo decidit et crus fregit, die autem 7 I a. 1177 obiit.

[10] Cf. I. Mitkowski, *Początki klasztoru Cystersów w Sulejowie*, Poznań 1949, cf. diplomata fundationis, *Repertorium*, nr 80, 81, quae diplomata Z. Budkowa falsa s. XIII confecta esse opinata est. In utroque diplomate a. 1176 inscriptus est. Unum ex his (nr 81) diem 10 VIII habet. Dl. ambo sine dubio legisse videtur, nam ex uno diem, ex altero autem mentiorem de Casimiro Iusto et ceteris coenobii fundatoribus (cf. infra n. 12) hausit.

[11] Suleyow, oppidulum in distr. Piotrków Trybunalski, palat. Lodensi situm. Coenobium ad Pilica flumen aedificatum est. Comes Radoslaus, breviter Raslaus nominatus, unus e fundatoribus coenobii fuit. Utrum e gente Bipennium, an Gozdawa, an Zadora, an Lis natus sit, incertum est, cf. I. Mitkowski, op. cit., p. 140 sqq.

[12] Dl. princ. Casimirum Iustum potissimum fundatorem coenobii recte nominavit, Casimirus enim coenobio villarum haud minimam partem et regale princ. ad salem et castores pertinens dedit. Caeteri fundatores fuerunt: Radoslaus comes, Baldrzych nobilis, Mesco Senex dux, cf. I. Mitkowski, op. cit., p. 145. Qui villas dederunt has: Milejów villam — Mesco Senis, Bałdrzychów villam cum eccl. et decimis imperatis — Bałdrzych nobilis, Kępa, Puczniów, Mianów, Szczepanów, Piotrów villas — comes Radoslaus (cf. op. cit., p. 163–180). Duo fundatores a Dl. omissi sunt. Villas coenobio donatas Dl. paene omnes enumeravit.

[13] Villa ad orientem a coenobio, prope Suleioviense oppidulum, in distr. Opoczno, palat. Kelcensis, sita.

[14] Villa inter Pilica et Czarna flumina, in distr. Opoczno, palat. Kelcensis sita.

[15] Bałdrzychów, villa ad Ner flumen, in distr. Poddębie, palat. Lodensis, sita.

[16] In diplomatibus inde ab a. 1296 confectis villa *Góra*, nunc Góra Bałdrzychowska nominata, quae ad Ner flumen, in distr. Poddębie, palat. Lodensis, sita est.

[17] Villa 4 chiliom. ad orientem a Bałdrzychów villa in distr. Poddębie, palat. Lodensis, sita.

[18] Nunc Zagórzyce, villa in diplomatibus *Campa, Kampa* nominata, 2 chiliom. ad orientem a Bałdrzychów sita.

[19] Puczniów, villa ad Ner flumen, prope Bałdrzychów villam, in distr. et palat. Lodensi sita.

[20] Nunc villa in distr. et palat. Lodensi sita.

[21] Villa in distr. et palat. Lodensi sita.

[22] Ubi Szczepanów et Piotrów villae sitae fuerint, nescimus, cum aliquot villae horum nominum sint.

[23] Nunc Cienia, villa, in diplomatibus *Chenna*, *Chena*, *Chona*, nominata, in distr. Siradiensi, palat. Lodensis sita.

[24] Villa in diplomatibus *Thandow* nominata, in distr. Turek, palat. Posn., sita.

[25] Villa in confinio oppiduli Suleyow, in distr. Piotrków Trybunalski, palat. Lodensis sita. Archiep. Petrus a. 1183–1196 sine dubio decimas villis supra nominatis imperatas coenobio dedit, cf. Mitkowski, op. cit., p. 188 sqq.

[26] Łęczno, villa in distr. Piotrków Trybunalski, palat. Lodensis, sita.

[27] Villa in confinio oppiduli Suleyow, in distr. Piotrków Trybunalski, palat. Lodensis sita.

[28] Nunc villa Skąpe, cui vetus nomen Skąpice, in diplomatibus autem *Scampiz* (a. 1178) fuit.

[29] Stibor castrum nunc non exstat.

[30] Cum Tomisławice, villa in distr. Turek, palat. Posn., sita res nobis esse videtur.

[31] Cf. n. 24.

[32] Hoc aliud villae Rudno nomen videtur, quae prope oppidulum Skrzynno, in distr. Przysucha, palat. Kelcensis, sita est.

Annus 1177

[1] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, finem capitis 3 et 4 et c. 4–6 (Semkowicz, *Rozbiór*, p. 189). In orationibus componendis Dl. Magistrum Vincentium potissimum secutus est, cf. orationes in Chr. MP, c. 35.

[2] Opiniones hominum s. XV viventium Dl. secutus mentionem de tyranno iuste ab imperio removendo fecit.

[3] Ignotus. In utraque chr. supra nominata nobilissimum virum hanc orationem habuisse et Casimirum Iustum ducem laude ornavisse legimus.

[4] Quae Dl. fabulas secutus de princ. narravit, in nullo fonte hist. occurrunt. Iohannes de Konary ignotus est.

[5] De Casimiro Iusto duce Sandomiriae morante solus Dl. tradidit.

[6] Haec oratio in nulla chr. legitur.

[7] De utroque comite Dl. iam scripsit, postea autem iterum mentionem fecit cum responsum Casimiri ducis referret. Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 6 et Chr. MP, c. 35, MPH N. S., t. VIII, p. 57 et n. 315, his chr. Dl. fonte usus responsum Casimiri nonnullis mutatis composuit.

[8] Magistrum Vincentium, L. IV, c. 6 (finem) et Chr. MP, u.s. Dl. secutus orationem procerum suis enarravit verbis.

[9] *omnibus ... evo*, cf. Ciceronem, *Rep.* VI, 13: *omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in coelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur.*

[10] Cf. chr. u.s., ubi de Casimiro duce, qui Cracoviam venit et salutationibus acceptis imperium obtinuit (a. 1177), legi potest.

[11] De Mescone Sene duce in Polonia Maiore et in Pomerania morante nihil in chr. supra nominatis affertur.

[12] Hoc verum esse B. Kürbis opinata est. Quod non nisi Chr. MP ad a. 1179, MPH N.S., t.VIII, p. 58 comprobatur.

[13] *communem pestem* cf. Ciceronem *Cat.* 1 30: *rei publicae pestis.*

[14] De Gervardo epo cf. n. 13, ad a. 1175.

[15] De Arnoldo epo, cf. PSB, t. I, cf. *Opera*, t. I, p. 491, ubi Dl. eum a. 1177–1186 regnavisse vitiose tradidit. Arnoldus ep. cuius successor fuerit, incertum est. W. Semkowicz in vita eius in PSB, t. I descripta eum Mrokotae epi Posn. successorem fuisse opinatus est, Nowacki autem, *Archidiecezja*, t. II, p. 51, Arnoldum epo Cherubino successisse et post a. 1180 usque ad diem 8 V a. 1186 regnavisse opinatus est. Alii viri docti eum cum Arnoldo abbate Mogilnensi, alii cum epo Lubucensi ipsius nominis confundunt.

[16] Quae in hoc capite enarrantur, nobis minime dilucida sunt. De hoc capite e Pulkawa, p. 110 ad a. 1177 hausto dubitamus. Nomen loci quo pugna commissa est in fontibus hist. Bohemiae et Germaniae deest.

[17] Fridericus I imperator Turini die 14 VI a. 1178 Bohemiam Friderico Bohemorum duci iure beneficiaro, quod nos investituram vocamus, tribuit. Id fide multorum fontium comprobatur.

[18] Quibus fontibus hist. Dl. usus sit, cum de solis defectione scriberet, non novimus.

Annus 1178

[1] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 189, qui recte, ut nobis videtur, opinatus est Dl. hoc caput e Magistro Vincentio, non e Chr. MP c. 35 hausisse. Apud Pulkawam nihil de his rebus legitur. De Mesconis Senis ducis affinibus et generis in Chr. MP ad a. 1179 legimus.

[2] De Mesconis Senis ducis affinitatibus cf. a. 1184 et notas 2–13.

[3] De Samborio I duce cf. n. 23 sub a. 1174.

[4] De monasterio Oliviensi regulae Cisterciensis fundato conditoque multi iam viri docti scripserunt. Diem annumque fundationis Dl. sine dubio e diplomate fundationis Samborii I ducis hausit, nam idem ordo, quo villae coenobio donatae in diplomate enumerantur, a Dl. servatur. Utrum diploma genuinum an falsum confectum sit, viri docti diiudicare non possunt, cf. Pomm. UB nr 6. E *Repertorio*, p. 92 sq., cognoscimus diploma s. XIV falsum confectum esse, G. Labuda autem *Ze studiów nad najstarszymi dokumentami Pomorza Gdańskiego*, Zap. Hist. TNT, t. XVIII, 1953, p. 123, et K. Jasiński, *Kilka uwag o najstarszych dokumentach Pomorza Gdańskiego*, Stud. Źródł., II, 1958, p. 150 diploma genuinum esse opinati sunt. G. Labuda, op. cit., p. 129 sq., diploma Mszczugii ducis a. 1277 confectum, quod Dl. non noverat, (Pomm. UB nr 289) secutus, coenobium die 2 VI a. 1186 fundatum esse dixit. (Haec omnia de coenobio Oliviensi supradicta K. Mieszkowski recensuit).

[5] Oppidum in distr. et palat. Gedanensi situm.

[6] In diplomatis a. 1178 et a. 1279 confectis *Salkowitz*, *Salikov*, *Sulikow*, villa nominatur, quae nunc non exstat.

[7] In diplomatis u.s. haec villa *Clambovi*, *Clambin* nominatur. Res nobis esse videtur cum Gdynia urbis parte vel cum villa Grabiny Duchowne in distr. et palat. Gedanensi sita.

[8] In diplomatis u.s. nomen *Sterkow* vel *Starchow* traditur. Nunc Starkowa Huta, villa in distr. Cartusiensi et palat. Gedanensi sita videtur.

[9] In diplomatis *Stanowe* vel *Estimnoho* villa dicitur, quae nunc non exstat.

[10] In diplomatis nomen *Gransowi*, *Gransov* villa legitur. Cf. Pomm. UB, nr 6 n. 1, ubi cum Grenzlau, villa ad septentrionem occidentemque ab Oliva oppido sita, confunditur.

[11] In diplomatibus nomen *Sinczimitz*, *Sincimis*, *Cincimiz* villa legitur, quae nunc non exstat.

[12] Cf. Pulkawa, FRB, t. V, p. 110 ad a. 1178. Rerum in pugnis inter princ. Bohemiae commissis gestarum haec minoris momenti videtur.

[13] Ubi hoc castrum situm sit, nescimus cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1049 et n.l.

[14] De Elisabeth, Mesconis Senis ducis filia, Sobeslai II uxore cf. n. 6 ad a. 1174.

[15] De Vernero epo Vlad., postea Plocensi cf. a. 1170 et notas 19 sqq.

[16] In fontibus hist. *Wnelf*, *Onolf*, *Wyernerz*, *Wnelphus* nomen legitur, cf. *Opera*, t. I, p. 525, ubi Dl. eum e genere Dolanga ortum esse dicit. Cf. MPH, t. IV, p. 26. Onolphus a. 1179 electus est, a. autem 1190 obiit.

Annus 1179

[1] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 7 et 8 et Chr. MP, c. 35, quibus fontibus Dl. in hoc capite componendo usus est.

[2] Odon (apud Dl. Ottho) cf. n. 1 ad a. 1156. E solo Chr. MP, c. 35, quae coniurationis causae fuerint, cognoscimus.

[3] Ducatus Stolpensis (veteribus temporibus castellania Stolpensis) cum Stolpe et Sławno oppidis s. XII medio Pomeraniae Inferioris media minoreque parte continebatur. Quem ducatum Boguslaus I princ. regnavit, is Mescone Sene duce fugato pacem cum Casimiro Iusto duce fecit. In Pomerania Stettinensi potestatem Casimirus princ. habuit. Cf. K. Myśliński, *Bogusław I książę Pomorza Zachodniego*, 1948, p. 33.

[4] Boguslaus I (a. 1156–1187). Cf. ... *Quendam ... cui nomen Boguslaus sive theodoxus Maritimis ducem constituit...* MPH, t. II, p. 397, ex quo sequitur, ut Dl. de comite, non de duce scribere potuerit. Cf. Chr. MP, ubi de Boguslao duce e gente Grifonum nato legitur, MPH u.s., t. VIII, p. 58.

[5] De Samborio I duce cf. n. 23 ad a. 1174, qui consanguineus Powała familiae fuit. Is ab a. 1177 parti Pomeraniae Superioris (Gedanensis), quae ad septentrionem occidentemque spectabat, praefuit.

[6] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 8 (finem), cf. Chr. MP, finem capitis 35.

[7] De duce Ladislao Exsule II agitur.

[8] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV initium capitis 8. R. Grodecki [in] *Historia Śląska*, t. I, p. 177 sqq. contendit Casimirum Iustum bellum cum Mescone Loripede duce sine dubio gessisse, Boleslao Alto duci ducatum Vrat. reddidisse, Mesconi duci aliquot castra donavisse, cf. infra.

[9] Cf. R. Grodecki, u.s. Dux Mesco Loripes tunc accepit terram e ducatu senioris sumptam cum

oppidis et regionibus his: Osviecimiensi, Sievieriensi, Bythomiensi, Chrzanoviensi. Quae omnia ad Silesiam aliquot saecula pertinebant. Cf. ib. de oppido Rathiboriensi.

[10] Casimirus I, Mesconis Loripedis natu maior filius (ca a. 1178 natus, die autem 13 V a. 1229 aut 1230 obiit), princ. Opoliensis et Rathiboriensis fuit. De eius baptismo cf. Chr. MP, c. 35.

[11] De Żyra, palatino Masoviae, qui e gente Powała natus fuit, cf. Chr. MP, c. 35.

[12] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 8, MPH, t. II, p. 397 et Chr. MP c. 39, ubi de his expeditionibus plura ad a. 1182 leguntur. Cf. quoque in eadem chr., c. 40, MPH N.S., t. VIII, p. 63. De eadem re Dl. ad a. 1182 latius narrat.

[13] De Mescone Sene duce, qui Rathiboriam fugit, cf. ad a. 1177. Rathiboriam non Mesco Senex dux, sed Mesco Loripes, qui Mesconi Seni fidelis socius fuit, rexit.

[14] De his Dl. breviter ad a. 1172 iam scripsit. Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 366 et *Lat. troicki*, p. 252 ad a. 1175, ubi Svantoslaus III Wszewłodowicz dux, qui a. 1114 obiit, et Jaroslaus Isaslawicz dux enumerantur.

[15] Hi Romanus et David, Rostislai I Michaelis ducis filii fuisse videntur, cf. n. 13 ad a. 1170. Svantoslaus Kijoviae dies 12 regnavit.

[16] Cf. ad a. 1177, ubi de his narratur. Haec omnia e Pulkawae chr. Dl. hauriens in brevius redegit, de locis autem, quibus pugnae commissae essent, nihil tradidit.

[17] Pugna die 23 I a. 1179 prope Lodĕnic oppidum commissa est, cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1050.

[18] Altera pugna die 27 I a. 1179 prope Pragam urbem facta est.

[19] Sobeslaus princ. exsul die 29 I a. 1180 obiit et Pragae, in arce Vissegradiensi sepultus est.

[20] Quo fonte hist. Dl. usus sit, non liquet.

[21] Cf. Niwiński, *Opactwo Cystersów w Wąchocku*, RHist., t. 69, 1930, qui Dl. fundatoris nomen et fundationis diem vere tradidisse est opinatus (p. 26 sqq.). Kamienna amniculus a sinistra in Vistulam flumen influit.

[22] Abbatia Wanchociensis in nonnullis fontibus hist. Kamienna nominatur, quae originem e palustri valle prope Kamienna amniculum sita traxit. Villa Kamienna s. XIII Wanchock, postea Wielka Wieś nominabatur. Cf. M. Niwiński, op. cit., p. 29 sqq.

[23] Cf. ibid., p. 35 sqq., ubi de donationibus Gedka epi legitur his: de Kamienna villa, de loco, ubi nunc Wanchock oppidulum invenitur, de Skarżysko urbe, de parte Mirzec villae. Decimae 15 aut 18 villis imperatae etiam ad donationes pertinebant.

[24] M. Niwiński, op. cit., p. 33 sq., eccl. Wanchociensem paulo post consecratam esse opinatur.

[25] Cf. p. 96 et 103, ubi hae mentiones breviter repetuntur. Papa a. 1162 in Francogalliam a. 1162 fugit.

[26] De Lupo epo cf. n. 29 ad a. 1170.

[27] Dl. Vitum epum in Vitis eporum Plocensium abbreviatis, MPH, t. VI, p. 603 et in *Operibus*, t. I, p. 548 enumerat et annum epi mortis 1206 tradit. Chotel oppidulum, nunc Chotel Czerwony nominatur, quod in distr. Busko Zdrój, palat. Kelcensi situm est.

[28] Cf. *Repertorium*, p. 119. Abbatia monachum regulae S. Norberti in Busko oppido a Dzierżek, fratre Viti epi, fundata est. Vitus ep. in uno e diplomatis (a. 1206) curator fundationis traditur.

Monachi a. 1180–1185 e Witów villa in Busko oppidum translati sunt, ex quo sequitur, ut abbatia Witoviensis prior abbatia Buscensi, i.e. ante a. 1179 fuerit. Cf. R. Grodecki, *Dzieje klasztoru premonstrateńskiego w Busku*, R Hist., t. 57, 1914, p. 7, sq. 12, 66, 71. In Buscensi et Witoviensi coenobiis monachi una cum monialibus fuerunt, sed cum Tartari coenobia a. 1241 destruxissent, monachi monasteriis restauratis in Witów oppidum, moniales autem in Busko oppidum translati separatique sunt.

[29] Monasterium Plocense filia monasterii Witoviensis a Vito epo post a. 1178 fundatum est. Cf. R. Grodecki, *Dzieje klasztoru*, p. 7 sq.

Annus 1180

[1] Cf. *Fuit autem huic genti ... profunderet*, Magister Vincentius, L. IV, c. 9, MPH, t. II, p. 389 sq. Cf. infra: *Erat et aliud ... irrevocabiliter abductis*, ibid., p. 399.

[2] Cf. ... *bona decedentium pontificum ... fisco inferrent*, ibid., p. 399. Cf. Chr. MP, c. 36.

[3] De colloquio generali Lanciciensi, quo loco et quo tempore factum sit, solus Dl. tradit. Quae huius colloquii (non synodi, ut in Chr. MP, c. 37 traditur) vis in Polonorum Ecclesiam fuisset, iam multi viri historiae et Polonorum iuris periti scripserunt, cf. *Repertorium*, p. 98 sqq.,p. 145 sq., et cf. J. Bardach, *Historia państwa i prawa Polski do pol. XV w.*, 1957, p. 235 et A. Gieysztor, *Odnaleziony oryginal bulli Aleksandra III z r. 1181* [in] *Księga 150-lecia Archiwum Głównego Akt Dawnych w Warszawie*, Warszawa 1956, p. 181–205. Dl. chronicas, cf. n. 1 et 2, bullam genuinam a. 1181 confectam, aliquod scriptum, quod ad nos non pervenit, ubi autem de testibus et anathemate legere potuit, noverat.

[4] Cf. *Adsunt ... infulati octo sacri antistites* ... Magister Vincentius, MPH, t. II, p. 399 sq., qui eorum nomina enumerat, Dl. autem paulo immutata tradit.

[5] Conradus a. 1162–1186 ep. Caminensis fuit.

[6] Gaudentius, ep. Lubucensis ca a. 1180 vixit.

[7] Solus Dl. colloquio generali tres princ. interfuisse tradit, quod A. Gieysztor, op. cit., p. 193, verum fuisse demonstrat.

[8] Cf. *Qui pauperum annonam ... anathema sit!*, *qui legationis occasione ... anathema sit!*, *qui demortui bona praesulis ... anathema sit!*, *Approbant universi ...*, Magister Vincentius, MPH, t. II, p. 400.

[9] Viri historiae periti diploma Casimiri Iusti ducis a. 1180 papae missum esse opinati sunt, recentissime etiam A. Gieysztor eorum opinionem confirmavit. Diplomate fonte papa usus bullam a. 1181 composuit. Fieri potuit, ut ipse Magister Vincentius diploma scripserit. Quod factum genere scribendi indicari videtur.

[10] De reliquis petendis Dl. crebro scribebat.

[11] Dl. se genuinam bullam legisse et exemplar sibi fecisse scribit. Genuina bulla in Archivo capit. Crac. usque ad priorem s. XIX partem fuit, postea periit, exemplar Dl. autem ad nos pervenit. A. Gieysztor in Instituto Historico Leningradensi, cum libros, qui post N. P. Lichaczew viri docti mortem Instituto traditi erant, perquireret, genuinam bullam invenit.

[12] Cf. A. Gieysztor, op. cit., qui de bulla exponit, scil. quo anno scripta sit, quo modo dis-

posita sit, quae formulae, quod genus scribendi exhibeat. Quo ex opere cognoscimus exemplar Dl. parvas mutationes subiisse. A. Gieysztor etiam demonstrat, cur bulla papalis principi scripta in Archivo capit. Crac. asservata sit.

[13] Dl. bullam ad a. 1180 vitiose tradit. In genuina bulla annotationem, quae fuit: *annus pontificatus Alexandri III papae*, addidit, postea autem eam erasit (cf. A. Gieysztor, op. cit., p. 182).

Annus 1181

[1] Cf. *Meminisse ..., qua teneritudinis dulcedine ... eius fota sit adolescentia*; Magister Vincentius, L. IV, c. 10 (MPH, t. II, p. 402 sq.), e quo Dl. sequentem capitis partem hausit, sed multa mutavit. Cf. etiam Chr. MP, c. 38.

[2] Cf. Horatium, *Carm.* I, 3: *qui siccis oculis ... vidit.*

[3] Cf. Ovidium, *Ep.* 10, 107: *ferrea praecordia.*

[4] Cf. Sallustium, *Iug.* 44,1: *lingua quam manu promptior.*

[5] In narratione de Mescone Sene et Casimiro Iusto ducibus conscribenda Dl. diplomate, quod falsum Stolpense in urbe die 27 XII a. 1181 confectum erat, fonte usus hoc caput adiecit. Cf. *Repertorium*, nr 105 et B. Włodarski, *Rzekomy dokument Świętopełka pomorskiego z 1180 r.*, Roczniki Hist., R.V, 1929. Utrum hoc diploma posteriore s. XIII parte, an s. XIV falsum confectum sit, viri docti diiudicare non possunt. Sed quae de rebus publicis in hoc diplomate leguntur, vera sunt.

[6] Valdemarus II (a. 1202 — 28 III 1241) filius Valdemari I, cuius avia nomine Rixa, filia Boleslai Krzywousty ducis fuit, affinitate cum familia Piast erat coniunctus. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 149. Terram Stolpensem Dani a. 1211–1217, ut videtur, tenuerunt. Cf. B. Włodarski, op. cit., p. 9 sq.

[7] De Ladislao Loripede princ. legitur. Is terram Stolpensem paulo post. a. 1202 regnavit. Cf. B. Włodarski, *Rzekomy dokument*, p. 8 sq.

[8] Svantopelcus I, dux Pomeraniae Superioris (fortasse terrae Stolpensis) ca a. 1200 natus est, die autem 10–11 XI a. 1266 obiit.

[9] Archiep. Gnesn. (a. 1199–1219), cf. infra.

[10] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 11, 12, cf. Chr. MP, c. 38, quibus chr. Dl. fonte usus multis additis narrationem composuit.

[11] Apud Magistrum Vincentium, L. IV, c. 12 plura quam in Chr. MP, c. 38 de Mescone Sene duce, qui hanc in rem apud Fridericum I imperatorem se interposuit, leguntur. Sed in his chr. vix mentio de Mescone frustra se interponente fit.

[12] Nulla filiarum Mesconis Senis ducis Msczugio princ. nupsit, cf. a. 1174.

[13] E Chr. MP, c. 38 finis huius capitis pendet. Quae de Casimiro princ., qui Mesconi Seni clam auxilio venit, et de Odone duce, qui patri reconciliatus est, leguntur, nulla fide fontium comprobantur.

[14] Cf. n. 6 ad a. 1170. Siroslaus II ep. Vrat. a. 1198 obiit. Dies 3 IV e Catalogis eporum Vrat. haustus est, cf. MPH, t. V, p. 685, t. VI, p. 578, cf. *Opera*, t. I, p. 457, In Necrologio S. Vincentii Vrat. dies 1 IV legitur.

[15] Franco (Swantko) ep. in posterioris temporis Catalogis eporum Vrat. nominatur, MPH, t. III, p. 547, t. VI, p. 562, 567 sq. E quibus eum a. 1181–1198 regnavisse cognoscimus. Cf. T. Silnicki, *Dzieje i ustrój*, p. 46 et n. 1, qui Franco epum non exstitisse opinatur. De Prawditarum gente solus Dl. scribit.

Annus 1182

[1] In hoc capite vera a falsis distinguere difficillimum est. Cf. A. Wilkiewicz-Wawrzyńczykowa, *Ze studiów nad polityką polską na Rusi na przełomie XII i XIII w.*, Ateneum Wileńskie, R. XII, 1937, p. 4–17. In fontibus hist. Russicis nihil de ulla expeditione traditur. Nihil quoque traditum est de Casimiro Iusto duce, qui agrum ad Bug flumen spectantem et Brestensem urbem possidebat. His rebus fit, ut nihil certi de illo agro a Polonorum terris seiungendo dici possit. Cf. Magister Vincentius, L. IV, c. 14, cf. Chr. MP, c. 39, ubi de a. 1182, quo expeditio facta est, legitur. Cf. Annales Poloniae, MPH, t. II, p. 799, ubi de his supradictis mentiones occurrunt.

[2] Casimirus Iustus dux duas expeditiones fecit, unam, ut in urbem Brestensem ignotum nobis ducem induceret, alteram a. 1188, ut in urbe Haliciensi ducem, quem novimus, collocaret. Dl. Chr. MP secutus has expeditiones confudit. B. Kürbis in ed. Chr. MP (MPH N.S., t. VIII, p. 161, n. 344 et 345) Svantoslaum Mścisławicz ducem Casimiri Iusti consanguineum in arce Brestensi, Romanum Mścisławicz ducem Vladimiriensem ca a. 1188 in arce Haliciensi a Casimiro Iusto collocatos esse opinatur. Svantoslaus, qui Mstislaus a Dl. vitiose appellatus est, ca a. 1183 obiit. Romanus dux Haliciensis die 19 VI a. 1205 periit. Qui duces Mstislai II Chrobry dicti filii fuerunt.

[3] Wszewoldus Mścisławicz, dux Vladimiriensis, Volhynieniss et Belsensis, mense Aprili a. 1195 obiit.

[4] Vladimirus Mścisławicz, dux Brestensis, a. 1173 obiit, ergo huic expeditioni non interfuit. Is Wszewoldi ducis frater, Mstislai II Chrobry dicti ducis filius fuit. Quod de Vladimiro supra (cf. p.) dictum est, id non ad hunc Vladimirum Mścisławicz pertinet.

[5] Nicolaus, palatinus Crac., posterioris temporis expeditioni interfuit et Hungaros ex arce Haliciensi eicere conatus est, cf. A. Wilkiewicz-Wawrzyńczykowa, op. cit., p. 11.

[6] Dl. de hac pugna tradidit diversa iis, quae apud Magistrum Vincentium leguntur, cf. MPH, t. II, p. 409 sq.

[7] De Svantoslao Mścislawicz agitur.

[8] De Petro II cf. n. 3 ad a. 1165.

[9] Utrum Sdislaus, archiep. Gnesn., a. 1179, an a. 1180, an a. 1187 mortus sit, diiudicari non potest. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 192 sq.

[10] De Friderico duce cf. n. 20 ad a. 1174. Dl. hanc narrationem coniungit cum ea, quam ad a. 1179 composuit.

[11] Conradus (III) Otto, Moraviae et ab a. 1188 Bohemiae dux, die 9 IX a. 1191 obiit. Fridericus dux fratrem nominis Otto non habuit. Cf. Novotný, op. cit., t. I2, p. 1064 sqq. Dl. Pulkawa secutus, p. 111–112, in hac re erravit.

[12] Alexander III papa die 30 VIII a. 1181 obiit, cf. n. 15 ad a. 1159. Cf. etiam: *A ... 1182*

*Alexander papa moritur ... in ecclesia B. Petri sepelitur, cui succedit Lucius ... natione Tuscus ...*, *Hist. eccles.*, col. 1110 sq.

[13] Ubaldo Allucingoli Lucensis, ordinis Cisterciensis, ab a. 1144 cardinalis Ostiensis et Velletrensis die 1 IX a. 1181 papa electus est. Nomen Lucii III sibi indidit. Veronae 25 XI a. 1185 obiit.

Annus 1183

[1] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 12 et 13. Dl. orationes omisit, res gestas paulo immutatas, alio temporum ordine, quam re vera fuerant, memoriae tradidit. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 193.

[2] Apud Magistrum Vincentium legimus de Lestkone duce, qui aegrotans Mesconis Senis ducis imperium et Mesconem, Mesconis Senis filium, successorem suum approbavit, sed Casimiro Iusto duci, in qua re peccavisset, confessus est.

[3] De Żyra II comite iam ad a. 1161 traditum est. Is a. 1185 palatinus Masoviensis fuit. Magister Vincentius autem de eo nihil tradit.

[4] Boleslaus dux (de quo nato apud Dl. non legimus) Casimiri Iusti ducis eiusque primae uxoris filius fuit. Cf. *1183 Boleslaus filius Kazimiri obiit, qui cum arborem incidisset corruente stipite percussum sustulit.* Similiter in Annalibus Sandivogii, MPH, t. II, p. 834, 875, legitur. Boleslaus die 16 IV a. 1182 obiit, cf. S. Kętrzyński, *Na marginesie*, p. 201.

[5] Cf. a. 1182. De qua re Pulkawa ad a. 1184 (p. 112) scribit, cf. Novotný, op. cit., p. 1075 sq. Haec a Dl. tradita, re vera gesta sunt.

[6] Adalbertus, Friderici ducis natu maior frater, a. 1168 archiep. Iuvaviensis factus, die 7 IV a. 1200 obiit. In Bohemiae fontibus hist. *Wojtěch* nominatus est.

[7] Liutpold marchio Austriae una cum Adalberto duce conventioni generali Maguntinensi interfuit.

Annus 1184

[1] Hoc caput e Chr. Magistri Vincentii, L. IV, finis c. 13, pendet, sed Dl. multa addidit et suis enarravit verbis.

[2] Cf. n. 14 ad a. 1179. Hic princ. a. 1174 aut a. 1180 obiit.

[3] De Svantoslao duce, filio Mstislai II Chrobry ducis dicti cf. n. 4 ad a. 1144.

[4] Cf. n. 4 ad a. 1171. Michael (Michałko) dux, Georgii ducis filius, die Saturni 20 VI a. 1177 obiit. (*Lat. ławrent.-suzd.*, col. 379, *Lat. troicki*, p. 260).

[5] Wszewoldus III dux „Wielkie Gniazdo" dictus, a. 1154 natus, Michaelis frater, Vladimiriensis et Riazan ducatus dux fuit.

[6] Mstislaus, filius Rostislai Juriewicz ducis, princ. Novogradiensis die 20 IV a. 1178 obiit. Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 384 et *Lat. troicki*, p. 263 ad a. 1177, ubi de pugnis inter duces Rostovienses et Suzdalenses commissis, de Gleb princ. una cum filiis capto et in carcerem coniecto, de Polowczonum magna caede legitur.

[7] Oleg, Svantoslai ducis filius, Czyrniejoviensis dux, ca a. 1204 obiit.

[8] Vladimirus, Svantoslai III ducis filius, M. Novogradiae dux, ca a. 1178 obiit.

[9] Cf. n. 18 ad a. 1170. Is die 18 IV a. 1187 obiit.

[10] Gleb, Rostislai (Jarosławicz) filius, Riazan ducatus dux, die 31 VII, a. 1178 obiit.

[11] Romanus, Gleb ducis filius, Riazan ducatus princ. a. 1215 obiit.

[12] Mstislaus et Iaropolcus in fontibus Russiae hist. et in tabulis genealogicis non sunt enumerati, propterea de eis occaecatis nihil certi scimus.

[13] Cf. K. Dobrowolski, *Dzieje kultu św. Floriana w Polsce do poł. XVI w.*, Rozpr. Hist. Tow. Nauk. Warsz., t. II, z. 2 (123), p. 12 sq., qui Lucium III papam consilio Mutinae urbe diebus 12–14 VII a. 1184 capto reliquias s. Floriani Polonis tradidisse dicit.

[14] S. Florianus martyr, miles Romanus e provincia Norico natus, s. III exeunte et s. IV ineunte vixit. In narratione de s. Floriani factis et fatis composita multa e Floriani Italici vita moribusque hausta esse videntur. Nam duo Floriani fuerunt, unus Noricus, qui in Sanctorum numero collocatus est, alter Italicus, cf. K. Dobrowolski, op. cit., c. 7§ 2. S. Florianus s. XIV a pluribus Polonis colebatur. fabulosa autem de eius vita narratio s. XV propagabatur et fere omnibus Polonis nota fuit, cf. ib., p. 100 sq.

[15] Aegidius Mutinensis illo tempore neque ep. neque cardinalis, sed papae nuntius fuit. Is in Polonia reliquiis s. Floriani Cracoviam allatis autumno a. 1184 morabatur. Cf. K. Dobrowolski, op. cit., p. 12 sq.

[16] Dies annusque a solo Dl. traditi sunt. (K. Dobrowolski diem 6 XI perperam indicavit).

[17] In Annalibus cap. Crac., in caeteris Poloniae annalibus et in Catalogis eporum de s. Floriani reliquiis translatis legimus. Annus autem, quo reliquiae translatae sint, et 1184 et 1185 et 1197 traditur. Omnes fere fontes hist. supra dicti de reliquiis ab epo Gedeone (Gedka) receptis scribunt, (cf. K. Dobrowolski, op. cit., p. 8 sqq).

[18] E quinque annalibus et e Catalogis eporum Crac. II–V cognoscimus eccl. ab epo Gedka extra Cracoviam urbem ante diem 20 X a. 1185 esse fundatam. Post mortem Gedeonis alii (s. XII–XIII) opus susceperunt et ad finem perduxerunt. Quam eccl. inter a. 1208 et 1216 consecratam esse K. Dobrowolski opinionem protulit.

[19] Nomen Floriani in nobilium familiis in crebro usu fuit.

[20] Dl. collegiatam S. Floriani a Casimiro duce fundatam esse tradidit. Id iure patronato comprobari potest, nam omnes duces, qui Medio Aevo regnaverunt, ius patronatum collegiatae habuisse scimus. Ex quo sequitur, ut Gedka ep. una cum Casimiro duce eccl. fundaverit. Cf. LB, t. I, p. 478, 481, 483, 486, 492, ubi numerus canonicorum, et vicariorum, qui in collegiata in opere fuerunt, indicatur. Collegiata a. 1185 fundata est (K. Dobrowolski, op. cit., p. 41).

[21] Cf. Pulkawa, ad a. 1184, p. 112 sq.

[22] Dipoldus III, filius Dipoldi II ducis, qui a. 1223 obiit, filiam Boleslai Alti ducis uxorem duxit. Is Friderici Bohemiae princ. consanguineus fuit.

Annus 1185

[1] Multa sunt in hoc capite tradita, quae nobis obscura videntur. Cf. Magistrum Vincentium L. IV, c. 15, cf. Chr. MP, finem capitis 39 et cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 194. In his fontibus hist. de princ. veneno necato legitur. Mstislaus dux eo loco vitiose nominatur, nam Iaroslaus Ośmiomysł (filius Vladimirkonis) dux arcem Haliciensem inde ab a. 1174 usque ad a. 1187 regebat.

Cf. *Istorija SSSR*, t. I, 1966, p. 609 sq. Iaroslaus Ośmiomysł Polonis adiuvantibus Haliciensis sedis imperium obtinuit, eius autem filius, Vladimirus dux, seditionis particeps primum in Suzdal principatum, postea in Putywl arcem fugit. Cf. K. Górski, *Stosunki Kazimierza Sprawiedliwego z Rusią*, Przew. Nauk. i Lit., 1875, seorsum impressum, p. 25 sqq.

[2] Vladimirus, filius Iaroslai ducis, princ. in Czyrwien arce, post a. 1187 et usque ad a. 1199 dux Haliciensis fuit. E *Istorija SSSR*, t. I, l.c., cognoscimus Iaroslaum ducem morientem delegisse sibi successorem Oleg filium, quem e concubina suscepisset, nobiles autem Halicienses successorem Vladimirum, Iaroslai filium ex uxore natum dixisse, sed paulo post, quod nobis mirum videtur, et ipsum expulsisse; illum, cum in Hungariam se recepisset, in carcerem esse coniectum.

[3] Cf. Magistrum Vincentium, MPH, t. II, p. 412 et Chr. MP, c. 40. In Russiae fontibus hist. de Casimiro, qui in hanc rem se interposuit, nihil legitur, sed traditum est de nobilibus Haliciensibus, qui Romanum ducem sua sponte rogaverunt, ut sedis Haliciensis imperium obtineret.

[4] Cf. *Istorija SSSR*, t. I, p. 610. Andreas dux aliter in sede Haliciensi collocatus est. Interea Vladimirus dux e carcere, quo ab Hungaris vexatus erat, fugit. Andreas dux, a. 1176 natus, inde ab a. 1205 Hungarorum rex, obiit die 21 IX a. 1235.

[5] Cf. *Sedit annis viginti et moritur a.d. MCLXXXV, XX die Septembris et in eccl. Crac. sepellitur.* Catalogus eporum Crac. III–V, MPH, t. III, p. 350 sqq. Cf. *Opera*, t. I, p. 394, ubi idem annus indicatur. Ibidem de Gedka epi fundationibus legimus. Cf. PSB, t. VII.

[6] In annalibus Polonorum et in Catalogis eporum Crac. nomen epi traditur hoc: *Fulco*, *Falck*, *Fulco* alias *Falek*, *Sulco*, *Pelka*. De eius familia et insignibus nihil scimus. Cf. Annales cap. Crac., ubi annus, quo regnare coeperat, 1187 indicatur. (MPH, t. II, p. 799). Viri autem docti (A. Semkowicz et alii) annum 1186 id factum esse dicunt. In posterioris temporis annalibus anni inde ab 1185 usque ad 1187 leguntur. In omnibus fere fontibus hist. de Veronensi urbe, ubi ep. consecratus fuit, et de Urbano III papa, qui illum consecravit, legi potest.

[7] Monasterium Coprziwnicense a. 1185 fundatum est, sed monachi posteriore tempore advenisse videntur. Cf. *118ſ claustrum de Copriwnicia fundatur*, Annales Traska, MPH, t. II, p. 835. Cf. Z. Wdowiszewski, *Ród Bogoriów w wiekach śr.*, Rocznik Herald., t. IX, 1928 (seorsum impressum), p. 2–4, qui monasterium Coprziwnicense a comite Nicolao Bogoria fundatum esse, sed diploma fundationem a duce Casimiro Iusto confectam esse dixit. Coprziwnica, villa in distr. Sandomiriensi, palat. Kelcensis, sita, ad Bogoria nobilem familiam pertinebat.

[8] Cf. Z. Wdowiszewski, op. cit., p. 7, ubi villae coenobio inter a. 1185 et a. 1277 a 5 fundatoribus donatae enumerantur. Comes Bogoria 12 villas, miles Paulus de Samborzec, e familia Awdańce natus, 6 villas coenobio donaverunt. Cf. ib., p. 8 sqq.

[9] Cf. Z. Wdowiszewski, *Ród Bogoriów*, p. 2, cf. K. Dobrowolski, *Dzieje kultu*, qui fundationem illam ad reliquias s. Floriani, quae paucis ante mensibus in Poloniam translatae erant, pertinuisse dicunt.

[10] Nicolaus Bogoria comes, qui familiae in Polonia Minore florentis conditor fuit, natus ca a. 1185, mortuus est ca a. 1200.

[11] Cf. Pulkawa, FRB, t. V, p. 113 ad a. 1185. Haec etiam in aliis chr. (e.g. apud Jarlochum) traduntur. Cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1079.

[12] Proelium, quo multi milites utriusque partis ceciderunt, ad Loděnic oppidum die 23 XI aut 10 XII commissum est. Conradus Otto dux principatum Moraviae retinuit.

Annus 1186

[1] Cf. *1186 Dux Lezstko obiit.* Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 799. Is Boleslai Crispi princ. eiusque secundae uxoris filius fuit, quod fide posterioris temporis annalium comprobatur. MPH, t. III, p. 70, 160 et Chr. MP, c. 41. Dl. de Lestconis ducis successoribus vera tradidit. Cf. p. 134, ubi Dl. Magistrum Vincentium secutus de Lestcone duce aegrotante scripsit. Quo loco Lestco sepultus sit, non novimus.

[2] Cf. n. 15 ad a. 1177, ubi multos viros doctos de annis, quibus ep. Arnoldus I regnavit, dubitavisse diximus. Cf.: *8 V Arnoldi episcopi Posnaniensis. Obiit 1186*, Liber mortuorum monasterii Lubinensis, MPH, t. V, p. 623; cf. etiam: *XVIII Kal.* [Febr.] *Arnoldus ep. Boznaniensis* [!] *obiit MCC nono*. Dl. diem mortis epi Arnoldi e Calendario Crac., MPH, t. II, p. 908 hausit. Annus autem 1209 ad Arnoldi II epi mortem pertinet.

[3] Cf. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 52 sq., qui Mrokotam, a. 1189 Casimiri Iusti ducis cancellarium, post Benedicti epi mortem, i.e. post a. 1193, epum factum esse opinatur. Cf. *1196 Mrokota episcopus Posnaniensis obiit.* Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 800.

[4] Cf. Pulkawa, p. 113, ubi de pace, quae bello civili confecto a. 1186 in Knin oppido facta est, legitur. Conrado Ottoni duci successio in locum Friderici ducis, qui Bohemiam tenuit, promissa est.

[5] Cf. Pulkawa, l.c., ubi brevissima mentio de solis defectione et de magna peste occurrit, sed Dl. etiam e Russiae fontibus hist. haurire potuit.

[6] Cf. n. 13 ad a. 1182. Lucius III papa Veronae die 25 XI a. 1186 obiit. Cf. *Lucius Veronae infirmatur et moritur ac ibidem ... sepelitur. Hist. eccles.*, col. 1111, ibique epitaphium, quod sequitur. Epitaphium etiam in aliis fontibus hist. est traditum.

[7] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 195. Inimicitia inter Fridericum I imperatorem et Lucium III papam usque ad papae mortem fuit.

[8] Uberto Crivelli, archiep. Mediolanensis, Veronae die 25 XI a. 1185 papa electus, die 1 XII a. 1185 consecratus est, die autem 20 X a. 1187 obiit.

Annus 1187

[1] De Vladimiro duce, filio Iaroslai Ośmiomysł, cf. initium a. 1185, qui inter a. 1187 atque 1189 in carcere inclusus erat, postea ducatum Haliciensem usque ad 1199 rexit. Dl. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 15 secutus Vladimirum nebulonem dixit. Dl. etiam quaedam singula e Chr. MP, capitis 40 initio hausit.

[2] *rapto ... assuetorum*, cf. Livium XXVII, 12: *homines rapto vivere assueti.*

[3] Cf. Magistrum Vincentium, l.c., Chr. MP, l.c., ubi de Casimiro Iusto duce, qui militibus adiuvantibus hanc in rem se interposuit, legimus.

[4] De Carpathis montibus agitur.

[5] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 195, qui narrationem Dl. de Tartarorum origine ortuque e ignoto fonte hist. haustam esse scripsit. Cf. ... *Regnum Tartarorum incepit et crevit valde et usque hodie*

*est maius in orbe et fecerunt plagam in mundo maximam*, Rolewinck, Fasciculus temporum, ed. a. 1726, p. 553.

[6] Iohannes Prezbyter, qui famosus Christianorum rex fuit, in Aetiopia versatus est. De quo fabula s. XII in vulgus efferebatur.

[7] De Czyngis-chan potentissimo Tartarorum imperatore sine dubio agitur (cf. *Annales*, t. IV).

Annus 1188

[1] Cf. quae prima ad a. 1182 traduntur. Ibi Dl. falsa de hac expeditione tradidit. Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 15 et Chr. MP, c. 41 et initium c. 42, quibus fontibus hist. Dl. usus est, narrationem tamen longiorem composuit. Haec expeditio a. 1188 facta est. Cui Nicolaus palatinus Crac. interfuit.

[2] De Vladimiro duce sermo est, cf. a. 1187 n. 1.

[3] Cf. Annales cap. Crac. ad a. 1188 et MPH, t. II, p. 799 et caeteros annales. Dl. tamen alio fonte hist., quo res gestae fusius enarratae erant, usus esse videtur. Salah-ad-Din Hierosolyma urbem a. 1187 cepit. Hic natus a. 1137, obiit a. 1193. In fontibus hist. nomine Saladini breviter est appellatus.

[4] Primum Gotfridus de Bouillon comes paucos annos Hierosolyma rexit, postea imperium ad fratrem Baldvin detulit. Quorum familia (Baldvinus I–V) inde a die 11 XI a. 1100 usque ad mensem Septembrem a. 1186 regnabat. Guido de Lusignan princ. Hierosolyma tempore, quo oppugnabantur, rexisse traditur.

[5] Cf. *Sedit ... anno I, mensibus X, diebus XV ... prae nimio dolore infirmatus et mortuus est, sepultus in Ferraria ... Hist. eccles.*, col. 1113–1114. Urbanus III papa die 20 X a. 1187 obiit.

[6] Alberto de Morra, Beneventanus, canonicus regularis, cardinalis-diaconus, postea cancellarius Eccl. in Ferrara urbe die 21 X a. 1187 papa electus nomen Gregorii VIII sibi ascivit, die 25 X eo a. consecratus est. Post 57 dies obiit. Cf. *Gregorius VIII ... Pisis moritur et ibidem sepelitur. Hist. eccles.*, col. 1115. Cf. Martinum Op., p. 437.

[7] Paulus Scolari Romanus, cardinalis ep. Palestrinae urbis, Pisaniae papa die 19 XII a. 1187 electus est. Nomen Clementis III sibi ascivit, die 20 III a. 1191 obiit.

Annus 1189

[1] Dl. obscuram Magistri Vincentii narrationem, L. IV, c. 16, et Chr. Mierzwae, MPH, t. II, p. 414 sq. secutus coniecit expeditionem in Hungaros Polonorum militibus nobilibusque invitis esse factam.

[2] Iohannes a s. Theodoro, e familia Malabranca natus, cardinalis diaconus, Sedis Apostolicae legatus a. 1198 in Polonia versatus est. Cf. Annales cap. Crac. et caeteros, MPH, t. II, p. 800, 835, 876.

[3] Haec mentio de decima Terrae Sanctae recuperandae causa clero imposita omnium veterrima est. Cf. J. Ptaśnik, *Kollektorzy kamery apostolskiej w Polsce piastowskiej*, RHist., t. 50, p. 4 sq. De synodo habita nihil certi scimus. De clericorum moribus instauratis cf. A. Vetulani, *Nowe źródło do historii staropolskiego prawa małżeńskiego*, Czas. Prawno-Hist., t. IV, p. 135 sq. Legatus Sedis Apostolicae sine dubio in Polonia fuit.

[4] Quo ex fonte hist. hoc caput, quo Dl. de tertia in Terram Sanctam expeditione et de imperatoris Friderici morte narravit, pependerit, non novimus.

[5] Henricus VI, Friderici imperatoris filius natu maior, die 27 I a. 1165 natus, a. 1169 rex Romanorum, a. 1191 imperator, a. 1194 Siciliae rex factus, die 28 IX a. 1194 obiit.

[6] Strictum i.e. Hellespontum. Propontis i.e. Marmara Mare, quod medio aevo S. Georgii Bracchium nominabatur. Exercitus die 30 III a. 1190 mare transiit.

[7] Fridericus V, dux Sueviae, Friderici imperatoris natu maior filius, die 16 VII a. 1164 natus, obiit die 20 I a. 1191.

[8] Salef, amniculus in Asia Minore situs. Imperator Fridericus die 10 VI a. 1190 voraginibus submersus periit.

[9] Tripolis, urbs et castrum in Turcia situm, temporibus, quibus expeditiones in Terram Sanctam fiebant, sedes comitatus fuit.

[10] I.e. Tirus, urbs ad Mare Internum sita, etiam (cf. supra) sedes comitatus fuit.

[11] Nunc Akka, urbs in Israël civitate sita, temporibus, quibus expeditiones in Terram Sanctam fiebant, insigne propugnaculum et sedes comitatus fuit. In Germanorum fontibus hist. de peste legitur.

[12] Fridericus Bohemiae princ. die 25 III a. 1189 obiit. De Conrado III Ottone duce successore Pulkawa scribit. Fridericus Quintus, Sueviae dux, in ordine Fridericus tertius fuisse videtur. Is tamen die 20 I a. 1191 obiit.

Annus 1190

[1] Hoc caput, quo de Vladimiro duce Haliciensi agitur, fere obscurum e Chr. Magistri Vincentii, L. IV, c. 18 (Semkowicz, *Rozbiór*, p. 196 sq.) haustum esse videtur, sed apud Magistrum Vincentium de duce Vladimiro nihil legimus.

[2] Haec sententia, quae hoc loco addita est, ad a. 1191 p. 152 transferenda est. Quamquam Semkowicz vir doctus, op. cit., p. 197, ipsam sententiam e ignoto fonte hist. haustam esse dixit, tamen nobis videtur ea e Chr. Livoniae Hermani de Wartberge, cf. SRPr., t. II, p. 21 sq., pendere. Ep. Meynardus in Livonia ab a. 1184 Christianorum religionem propagabat, ubi suffraganeus episcopatus Bremensis factus ab a. 1186 epi munus gessit, a. 1196 obiit.

[3] In Chr. Livoniae de villa *Yekeskule*, legimus nunc Üxküll oppidum prope Rigam urbem et Dvinam fluvium situm, ubi Meynardus ep. primam ea regione eccl. aedificavit. Nomen Doley ignotum nobis est.

[4] De Onoldo vel Honoldo epo cf. n. 9 ad a. 1156.

[5] Quae de Stephano epo Vlad. leguntur, sine dubio e Catalogo Volboriensi, MPH, t. IV, p. 26 hausta sunt. Cf. *Opera*, t. I, p. 525, ubi Dl. de eo Polono, cui insigne Luba fuit, scribit. J. Fijałek, *Ustalenie chronologii*, p. 12, Stephanum epum a. 1187 – 11 XI 1198 regnavisse opinatur.

Annus 1191

[1] Cf. Chr. MP, c. 42, ubi de hac re plura invenies. E Magistro Vincentio, L. IV, c. 16 et parte 17 Dl. minima hausit. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 197 sq., hoc capite explicato coniecit quaedam, de quibus fontes hist. silent. Cf. ad a. 1182 (p. 128 sq.), ubi de ipsis Russiae princ. legitur.

[2] Nicolaus, palatinus Crac., epi Fulconis frater fuit, uterque Vulpio vel Mzura insignibus utebatur. Cf. Rocznik Herald., t. II, 1910, p. 34, sq.

[3] Cf. Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 800 — Borun arx, ubi fuerit, nescimus.

[4] De Boleslao, Mesconis Senis ducis filio e prima uxore nato, cf. n. 1 ad a. 1160.

[5] De Henrico Kietlicz milite et de Ruthenis, qui impetum in eccl. cathedralem Crac. fecerunt cf. Magistrum Vincentium, finem c. 18, ubi tamen Kietlicz miles non est enumeratus. Cf. Annales Traska, MPH, t. II, p. 833.

[6] Recte: Sdislao Gnesnensi archiepo.

[7] Cf. n. 7 ad a. 1188.

[8] Hiacyntus, filius Petri Bubo e familia Orsini natus, cardinalis-diaconus, die 30 III a. 1191 papa electus nomen Coelestini III sibi ascivit, obiit autem die 8 I a. 1190. Qui huius capitis fons fuerit, nescimus.

[9] Papa Coelestinus III die 13 IV a. 1191 consecratus est, insequente autem die Henricum VI et eius uxorem Constantiam Romae coronavit. Quod ipso die festo Paschali factum est. Cf. Toeche, *Kaiser Heinrich VI, Jahrbücher*, [t. 35], p. 186 sqq.

[10] Cf. unum mss. Chr. Pulkawae, FRB, t. V, p. 115. Neapolis urbs aestate a. 1191 malo auspicio obsidebatur, nam milites peste premebantur. Eodem tempore Conradus Otto Bohemiae dux die 9 IX a. 1191 obiit et in monasterio Montecassinensi sepultus est, postea eius ossa Pragam translata sunt. Cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1121 sq.

[11] Venceslaus, Sobeslai I princ., natu maior filius, Bohemiae dux a. 1137 natus, obiit post a. 1192. Is inde a die 9 IX usque ad a. 1191 exeuntem regnavit. Cf. Pulkawa, u.s.

[12] Premislius Ottocarus I, filius Ladislai II Bohemiae ducis, ca a. 1155 natus, Bohemiae princ. a. 1192 factus, die 15 VIII a. 1198 rex coronatus est. Qui frater patruelis Venceslai ducis fuit.

[13] Ex quodam ignoto fonte hist. Dl. de pestilentia, quae perniciosa proceres militesque attigerat, et de Henrico VI imperatore, qui ex Apulia discedere coactus erat, cognovisse videtur. Constantia Henrico VI die 26 I a. 1186 nupsit. Cum Germanorum exercitus ex Apulia discederet, Constantia capta et Tancredo duci tradita est.

[14] Cf. Martini Op., p. 470, et *Hist. eccles.*, col. 1114, 1117, ubi de solis defectione legitur.

[15] Cf. n. 2 ad a. 1190, ubi de Meynardo epo mentio fit. Dl. hoc loco Chr. Livoniae Hermani de Wartberge usus est.

[16] Bertoldus ep., qui Meynardo epo successerat, a Livonitis paganis mense Iulio a. 1198 occisus est.

[17] Albertus I ep. Rigensis, canonicus Bremensis ab a. 1199 munus epi Livoniensis annos 30 gessit, die autem 17 I a. 1229 obiit.

[18] Riga urbs a. 1201 condita est ab epo Alberto I, qui ibi sedem episcopatus e Üxküll oppido transtulit. Caeteri episcopatus, Osiliense (in Oesel-Wiek regione), Seloniense, posteriore tempore constituti sunt. Fratres Praemonstratenses eccl. Rigensem ab a. 1211 curant.

Annus 1192

[1] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 19, qui expeditiones in Pruthenos et Iatvingos factas parum luculente exposuit. Cf. Chr. MP, c. 43 — ubi solum de expeditione in Iatvingos facta legitur,

Dl. autem Chr. MP secutus solam expeditionem contra Pruthenos factam enarravit. Apud Magistrum Vincentium et in Chr. MP harum expeditionum annus diesque non indicantur. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 198. Expeditioni, quae prima contra Pruthenos facta est, Samborius Pomeraniae Superioris dux praefuit, cf. J. Powierski, *Stosunki* ..., p. 126.

[2] Cf. mss. Bibl. Iagiell., nr 445, col. 309, (quem in *Annalibus*, t. I, p. 134 descriptum invenies), ubi de morte Saladini imperatoris et de eius vexillifero legitur. Haec fabula in ceteris quoque annalibus enarrata traditur.

Annus 1193

[1] Cf. initium a. 1190. Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 18 et Chr. MP, capitis 42 finem. In chr. Hung. nihil de hac re traditur. Dl. more contemporaneorum scriptorum de conventu in Antiqua Villa (Stara Wieś, villa in Scepusensi terra sita) habito narrat.

[2] Henricus Brzetislaus ep. Pragensis a. 1182 factus, Ladislai I princ. nepos, Bohemiam breviter rexit (die 15 VI a. 1197 obiit, cf. Pulkawa, cf. Chr. Jarlochi in FRB, t. II, p. 509 sq.). Cur Henricus ep. a. 1192 ineunte Henricum VI imperatorem oraverit, ut e iuvenibus princ. unum Bohemiae, alterum Moraviae vasallos constitueret, ignoramus, propterea dubia nobis videntur, quae a Dl. hoc loco tradita sunt. Cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1125 sqq.

[3] Duo Ladislai II regis Bohemiae filii, qui fuerunt Premislius Ottocarus I (cf. n. 12 ad a. 1191) et Ladislaus III Henricus, qui die 12 VIII a. 1222 obiit, in feudorum petitione Venceslao duce omisso concurrisse videntur. Propterea Henricus ep. se ipsum imperatori 6000 marcarum persolvendarum vadimonium constituit.

[4] Cf. Chr. Jarlochi, FRB, t. II, p. 509 ad a. 1193, ubi de adversariae factionis ducibus, qui in Saxonia contra imperatorem coniurantes cum Premislio princ. convenerunt, est traditum.

[5] Cf. Chr. u.s., ubi de Henrico VI imperatore, qui Henrico epo investituram, i.e. solemniter totam Bohemiam in feudum tradidit. Uterque iuvenis princ. menses ca 18 Henrici epi vadimonii causa (cf. supra) imperio obtemperavit. Cf. Novotný, op. cit., l.c.

[6] Quod Dl. hoc loco Chr. Jarlochi secutus enarravit, vix verum videtur. Premislius I princ. Henrici epi non fuit adversarius, Venceslaus II princ. 3 menses non 4 Pragam urbem a Germanorum et Bohemorum militibus auxiliariis defendebat. Postea ab Albrecht marchione Misnensi in carcerem coniectus est. De Venceslao haec tantum scimus.

Annus 1194

[1] Dl. hoc caput e Magistri Vincentii Chr., L. IV, c. 19–21 hauriens narrationem in brevius redegit, nonnulla etiam e Chr. MP, c. 44 et ex annalibus sumpsit.

[2] Cf. *1194 Dux Kazimirus frater ducis Mesconis obiit.* Annales cap. Crac., Annales breves. In posterioris temporis annalibus anni diesque princ. mortis vitiose indicantur, cf. MPH, t. II, p. 800, t. III, p. 70, 160 sq., 673.

[3] *de beatorum ... fruicione*, alluditur ad Ciceronem, *De rep.* 6, 13.

[4] Cf. *Dum enim quasdam de salute anime questiones pontificibus Kazimirus proponeret, modillo hausto poculo mox prosternitur morbo, incertum est, extinctus, an veneno.* Chr. MP, c. 44. Cf. *1195*[!]

*Kazimir pater Lestkonis ... in Cracovia obiit morte subitanea per veneficium cuiusdam mulieris.* Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 835.

[5] Casimirus Iustus dux uxores duxit has: principissam ignoti nominis (a. 1163) ex qua 3 infantes suscepit, Helenam, filiam cuiusdam ducis Russiae (a. 1185), ex qua 2 filios hoc loco enumeratos suscepit. Cf. S. Kętrzyński, *Na marginesie*, p. 201, qui Oswaldi Balzer, *Genealogiae* auctoris, opinionem non confirmat.

[6] Lestco Albus, a. 1186 aut 1187 natus, dux Crac. (a. 1194–1198–9, 1201, 1202–1227) et Sandomiriensis, die 23 XI a. 1227 occisus est.

[7] Conradus dux Masoviae a. 1187 aut 1188 natus, dux Cuiaviensis, Lanciciensis et Siradiensis, annis autem 1202, 1229, 1241–1243 Crac., obiit die 31 VIII a. 1247.

[8] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 199, qui Dl. locum, ubi Casimirus Iustus sepultus esset, vidisse opinatur.

[9] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 21 et Chr. MP, c. 45, ubi multa e Magistri Vincentii Chr. hausta inveniuntur. Quos fontes Dl. secutus narrationes longiores componere solitus est.

[10] Cf. ... *aliud iuris habet electio, aliud ius successionis.* Magistri Vincentii, Chr., MPH, t. II, p. 430. Haec mentio ad ius hereditarium a. 1180 datum pertinet, Dl. autem alio modo de ipso iure scribit.

[11] Cf. ... *omnium coelo tenus alacritas attolitur: Vivat! vivat princeps Lestco in aeternum!* Magistrum Vincentium, L. IV, c. 21, MPH, t. II, p. 431.

[12] *olivam tam speciosam* cf. *Vlg.* Eccl. 24, 19: *quasi oliva speciosa in campis.*

[13] Ex utraque chr. cognoscimus duos tantum palatinos creatos esse, qui Lestconis pueri regnum curarent. Dl. palatinum Cristinum creatum esse addidit, quem se fortissimum ducem in terra Masoviensi defendenda se praestitisse cognoverat.

[14] Cf. *Lat. lawrent.-suzd.*, col. 394 sq. ad a. 1185, ubi de hac expeditione narratur et omnium princ. nomina enumerantur, et de nobilibus, qui e Vladimiria, Halicia, Luceoria arcibus auxilio venerunt. De Svantoslao III princ. cf. n. 4 ad a. 1145. Viri historiae periti expeditionem a. 1184 factam fuisse opinantur.

[15] Rurik II Basilius (Wasyl), Rostislai I Michaelis filius, Owrucensis dux, inde ab a. 1173 modicis intervallis usque ad a. 1210 m. dux Kijoviensis, ca a. 1205 Czyrnieyoviensis factus, obiit a. 1215.

[16] Gleb, filius Svantoslai III, dux in Bieługorod arce, post a. 1219 obiit.

[17] Gleb III dux Dubroviensis et Turoviensis a. 1195 aut 1196 obiit.

[18] Cf. n. 18 ad a. 1170. Hic dux a. 1187 obiit.

[19] Mstislaus III Borys, filius Romani, dux Smolescensis a. 1197–1212, m. dux Kijoviensis factus, mense Iunio a. 1223 obiit.

[20] Isaslaus, David Rostislavicz filius natu maior, ubi ca a. 1183 regnaverit, ignoramus.

[21] De Wszewoldo cf. n. 3 ad a. 1182.

[22] De Romano, filio Mstislai ducis cf. ibidem; is a. 1205 occisus est.

[23] Dies 20 VI, quo pugna cum Polowczonis commissa est, verus indicatur. In *Lat. lawrent.-suzd.* de Russiae exercitibus, qui victoria reportata in patriam reverterunt, narratur.

[24] Cf. Jarlochi chr., FRB, t. II, p. 511 ad a. 1193. Quae a Dl. ad a. 1193 (p. 154 sq.) tradita sunt, hoc loco porro tractantur.

[25] Albrechtus, marchio Misnensis, die 24 V aut VI a. 1195 obiit.

[26] Igor Georgius, filius Swantoslai II (de cuius vita cf. SSS, t. II, cf. n. 17 ad a. 1170) illi expeditioni notissimae in Polowczones a. 1185 factae praefuit et cladem accepit. Cf. *Lat. lawrent.-suzd.*, col. 397 sq. (ad a. 1186) et longiorem narrationem in *Lat. hip.*, col. 637–644 traditam, quae auctori in carmine epico, quod inscribitur *Slovo o polku Igoreve*, componendo fons hist. fuit. Quod carmen apocryphum esse videtur.

[27] In *Lat. lawrent.-suzd.*, l.c. de Svantoslao, qui filius fuit Oleg ducis Rylsko oppidum et arcem administrantis et de Wszewoldo Trubczewsk arcis imperium tenente, legimus. In *Lat. hip.*, col. 637, autem de Igore Vladimiro, duce Putywlensi legimus.

[28] Cf. *Istoria SSSR*, t. I, 1966, p. 594 sq., ubi de pugna, quae inde a die 10 V usque ad 12 V fiebat, disseritur. Igor dux ab hostibus captus est, a. autem 1186 captivus fugit.

Annus 1195

[1] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 22 et Chr. MP, c. 46, quibus fontibus hist. Dl. usus orationes tantum omisit. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 199.

[2] Duces, qui Mesconi Seni princ. adiutores fuerunt, a Magistro Vincentio Wladislaidae nominati sunt; in Chr. MP, l.c., ubi de Boleslao Alto duce et Mescone Loripede duce Rathiboriensi, qui a Dl. vitiose Conradus appellatur, legimus. Neque Msczugius I, neque duces Pomeraniae in supra nominatis chr. enumerantur.

[3] Amniculus Mozgawka in Nidam flumen influit. Mozgawa oppidulum ad Mozgawka amniculum, prope Andreoviam oppidum situm etiam invenitur.

[4] Cf. ... *non fraternitatem fraternitas*, ... *non affinitatem affinitas* ..., Magistri Vincentii, c. 22 (MPH, t. II, p. 434). Cf. etiam in Chr. MP ... *nec nulla sancta spiritualis cognatio agnoscebat, sed omnes* ... *cede sese interimiunt* ..., c. 46.

[5] Lestco Albus dux illa famosa pugna ad Mozgawam oppidulum die 13 IX a. 1195 commissa sedem Crac. retinuit. Dl. e chr., cf. n. 1, hauriens narrationem multis mutatis composuit. Qua in chr. nihil de ducibus et Nicolao palatino Crac. legimus. In annalibus breves incertaeque mentiones de hac pugna factae sunt, e.g. in nonnullis annalibus de Mescone Sene duce victore legimus. Cf. MPH, t. II, p. 800, 833, 876, t. III, p. 70, 161.

[6] In utraque chr. de morte Boleslai ducis et de Mescone Sene vulnerato legitur, etiam in annalibus mentio de Boleslai morte fit, cf. MPH, t. II, p. 434, 800 etc. (cf. n. 5).

[7] *Cognata arma* ... *fraternae*, cf. Lucanum, *Phars.* 1, 4: *cognatas* ... *acies* (Madyda, p. 200).

[8] Cf. ... *a Mescone loripede dicto platonogy* ... *filio Vladislai exulis* ... Annales Sandivogii, MPH, t. II, p. 876. Dl. Mesconem Loripedem et Mesconem ducem Opoliensem fuisse dixit, quod tamen falsum est, nam Mesco Loripes etiam Mesco dux Opoliensis appellabatur. Dl. huius erroris causa Iaroslaum ducem nepotem Mesconis nominat. Iaroslaus re vera Mesconis frater patruelis fuit.

[9] Cf. eadem capita in Chr. Magistri Vincentii et in Chr. MP. Dl. orationibus omissis nonnulla addidit, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 200. Dl. ex nonnullis annalibus (e.g. ex Annalibus Traska) cognovit Cracoviam a Mescone Sene captam esse. Viri docti non Fulconem epum sed ipsum Magistrum Vincentium nuntios, qui de pugna narrarent, exspectavisse et cum duce Romano locutum esse et Cracoviam, ne a Mescone Sene caperetur, tutam fecisse opinantur. Cf. Chr. MP, MPH, N. S. t. VIII, p. 70 et 163, n. 389.

Annus 1196

[1] Cf. ... *mulier super muliebrem sexum prudentissima ... fasces distribuuntur dignitatum ... viri: praesul Fulco et palatinus comes ... Nicolaus ... reipublicae curam suscipiunt* ... Magistri Vincentii, MPH, t. II, p. 436. Idem in Chr. MP, c. 47, MPH N. S., t. VIII, p. 71. De Helena ducissa cf. n. 2 ad a. 1168.

[2] De Mrokota epo cf. n. 3 ad a. 1186.

[3] Cf. J. Umiński, *Czy istniał Filip biskup poznański z 1211 r?*, KH, t. XLIX, 1935, p. 104 sqq., qui Philippum epum non extitisse opinatur, nam post Mrokotam epum Arnoldum II regnavisse, qui Dlugossio ignotus die 15 I a. 1211 mortuus sit, Arnoldo autem successisse Paulum, qui die 11 IV eodem a. iam regnaverit, quod hist. fontium fide comprobatur. Philippus ep. Marte exeunte a 1211 obiisse videtur, cf. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 54 sq. Cf. *Opera*, t. I, p. 492.

Annus 1197

[1] De Petro Capuano, qui ex Amalphi oppido natus cardinalis-diaconus tituli S. Mariae in via Lata, legatus Sedis Apostolicae in Bavaria, Bohemia, Polonia fuit, in annalibus Polonorum ad a. 1197 legimus. Hic synodum provincionalem in Gnesn. civitate celebravit. Cf. *Petrus cardinalis ... venit Poloniam*; *qui instituit matrimonium in facie ecclesie contrahere et habere uxores sacerdotibus interdixit.* Annales Traska, Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 836. Petrus etiam in posterioris temporis annalibus nominatur.

[2] I.e. die 10 mensis Martii.

[3] Cf. Pulkawa, ad a. 1197, p. 117. Legatus inde a mense Martio usque ad mensem Maium in Bohemia versatus est.

[4] De Stephano epo cf. n. 5 ad a. 1190.

[5] Ep. Augurius, lingua Germanorum Auger nominabatur, ex quo conicimus eum Italum non fuisse. Cf. J. Fijałek, *Ustalenie chronologii*, p. 12 sq., qui ad annos 1207, 1210, 24 V 1212, Augurium epum in synodis et in diplomatibus enumeratum esse commemorat. Dl. mentiones de Augurio e Catalogo Volboriensi hausit, MPH, t. IV, p. 26. Cf. *Opera*, t. I, p. 525 sq.

[6] Henricus ep. Pragensis die 15 VI a. 1197 obiit. Cf. Pulkawa, p. 118, e quo Dl. falsum diem annumque mortis epi cognovit.

[7] Cf. Pulkawa, p. 118. Haec a Dl. tradita a. 1197 gesta sunt. Apud Pulkawa de Premislio princ., qui impetum in Bohemiam Albrechto duce auxiliante fecit, et de Pragensi urbe, quae a Spitigneo duce servata est, nihil legimus, cf. Novotný, op. cit., t. I 2, p. 1150. Premislius Ottocarus dux in exsilium ire coactus est.

[8] *non incruenta ... victoria*, cf. Sallustium, *Bell. Cat. 7*: *neque ... incruentam victoriam adeptus est.*

[9] De Ladislao III princ., qui die 22 V a. 1197 rex Bohemiae electus est, cf. ad a. 1193.

[10] Narratio e Pulkawa hausta sed a Dl. in brevius redacta est. Cf. Novotný, op. cit., p. 1152 sqq. Exercitus contra exercitum stabat, cum interea Ladislaus dux pacem cum fratre fecit et in Moravia remansit.

[11] De his cf. infra, ubi latius disseritur.

Annus 1198

[1] Vladimirus dux, filius Iaroslai Ośmiomysł, Haliciensem ducatum Polonis adiuvantibus occupavit. Regnavit usque ad a. 1199. Cf. B. Włodarski, *Polska* i *Ruś*, p. 20, qui Vladimirum ducem a. 1199 mortuum esse suspicatur. Scribit etiam de princ. qui de sede Haliciensi contenderint, cf. p. 22 sqq. De his cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 24 et Chr. MP, c. 48, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 201.

[2] De ducatu Haliciensi, quem feudum alii duces Russici acceperunt, et de Nicolao palatino, qui expeditioni interfuit, nihil in fontibus hist. narratur.

[3] Cf. ... *adolescens pene illacrimans*, *„Proh pudor — vel solo comite sociatus vestra sequor vestigia"*. Chr. MP, c. 48, p. 72. Haec plena doloris verba Lestconis ducis in Chr. Mierzwae, MPH, t. II, p. 437 inveniuntur.

[4] Cf. chr. supranominatas, quibus Dl. fontibus usus orationibus omissis narrationem composuit. B. Włodarski, op. cit., p. 21 de Haliciensibus civibus, quia Lestcone duce rogaverint, ut sedis Haliciensis imperium obtineret, dubitat, veri enim similius fuisse addit expeditionem esse qua Lestko dux sedis Haliciensis imperium ceperit.

[5] Cf. chr. supranominatas, e quibus Dl. narrationem hausit. Nonnulla tantum adiecit.

[6] B. Włodarski, op. cit., p. 25 et n. 21, solum Dl. de investitura ducatus Haliciensis Romano ducti data narravisse recte opinatur.

[7] Dl. Boleslaum ducem, qui paulo post obiit, maiorem natu filium Henrici Barbati vitiose tradidit, nam hoc loco de Boleslao Calvo dicto Rogatka, qui nepos Henrici princ. fuit, agitur. E Chr. Pol bene Dl. cognovit, qui Terram Lubucensem marchionibus Brandenburgiae donavisset. Cf. porro *Annales*, t. IV, L. VII ad a. 1250, ubi Dl. de hac re alio modo scribit.

[8] De Silesiae terris divisis cl.: Chr. PP, Chr. Pol, MPH, t. III, p. 487, 647; in utraque chr. de Conrado Crispo duce narratur. Nuntii de eo in fontibus hist. usque ad a. 1208 traduntur. Cf. R. Grodecki [in] *Historia Śląska*, t. I, p. 221 et notam 2 ad p. 220 pertinentem. Silesia a. 1238 aut a. 1213 aut a. 1214 dividi potuisse videtur.

[9] Cf. Chr. MP, c. 88 ad a. 1249, ubi de Terra Lubucensi perdita alio modo narratur.

[10] De hac re in nullo fonte hist., legimus.

[11] De Coelestino III papa cf. n. 8 ad a. 1191. Cf. *Hist. eccles.*, col. 1117, cf. Martinus Op., p. 437.

[12] Cf. ib. Lotharius, filius Trazymondi de Segni e familia nobili Conti in Anagni oppido a. 1160 natus, cardinalis-diaconus a. 1190 factus, papa die 8 I a. 1198 electus est. Nomen Innocentius III

sibi asscivit. Omnium paparum Medio Aevo viventium longe nobilissimus et potentissimus papa fuit. Die 16 VII a. 1216 obiit.

[13] Quo fonte in hac narratione conscribenda Dl. usus sit, nescimus. Sed de his rebus multa in chr. Bohemicis et in annalibus Germanicis legimus. Henricus VI imperator Italiae, die 28 IX a. 1197 prope Messinam oppidum morbo febrae exstinctus est, sepultus autem Panormi. Cf. *Jahrbücher* [t. 35], p. 471 sq.

[14] Henricus VI imperator bis anathematizatus est. Secundum anathema propter provinciam Toscanam vexatam multo gravius a. 1196 a papa Coelestino III non ab epis dictum est. Cf. *Jahrbücher*, u.s., p. 434 sq.

[15] Otto IV, Henrici Leonis ducis filius, ca a. 1174 natus, comes Pictaviensis (Poitou)fuit. Vormatiae die 5 IV a. 1198 coronatus est, obiit die 19 V a. 1218. Cf. Encicl. Italiana et *Jahrbücher* [t. 36], p. 504.

[16] Philippus dux Sueviae, quartus filius Friderici I Barbarossae imperatoris, frater Henrici VI imperatoris, die 26 VI a. 1176 natus, rex Romanorum die 8 III a. 1198 electus et die 8 IX eo a. Maguntiae coronatus est. Occisus est die 21 VI a. 1208. Cf. de eius electione, *Jahrbücher* [t. 36], p. 69, 136 et Encicl. Italiana.

[17] Premislius Ottocarus I princ. die 8 IX aut a. 1198 aut a. 1199 Maguntiae aut in oppido Boppard coronatus est. Cf. Novotný, op. cit., t. I 3, p. 228, n. 2.

[18] De Franco vel Svantco epo cf. n. 15 ad a. 1181.

[19] De Iaroslao duce et epo, filio Boleslai Alti princ. Silesiae, cf. Catalogos eporum Vrat., e quibus discimus eum a. 1199–1201 regnavisse, cf. Chr. PP, Chr. Pol, MPH, t. VI, p. 562, 568, 578, t. III, p. 481, 547. In *Operibus*, t. I, p. 458 sq. de eius familia plura partim vitiosa leguntur.

[20] Una ex his supranominatis terris iam ante pertinebat ad eccl. Vrat. De hac donatione in Chr. Pol, quae posterioris temporis fons hist. est, legimus. Cf. T. Silnicki, *Dzieje i ustrój* [in] *Historia Śląska*, t. II, p. 48 sq. Quae Dl. de Iaroslao epo, qui patrem expulisset, tradidit, vix vera videntur.

[21] Quo anno Adleidis, filia Berengari de Sulzbach palatini, mortua sit, nescimus. Dies eius mortis 25 VIII traditur.

[22] T. Silnicki viro docto haec dubia esse videtur. Quo fonte hist. Dl. usus sit, nescimus. Fieri potuit, ut Iaroslao epo brevis controversia cum monachis esset. Scimus etiam eum habuisse quendam virum, quo interveniente quaedam bona monasterio Lubensi a. 1201 dedit. Cf. *Historia Śląska*, t. II, p. 50.

[23] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 412 ad a. 1195, ubi de morte Svantoslai III ducis eiusque funere legimus. Dux die 24 VII a. 1194 obiit.

[24] De princ. Rurik II, filio Rostislai Kijoviae sedente cf. ib. col. 196. Dl. ad a. 1202 eum ad Polowczones fugisse tradidit.

Annus 1199

[1] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 24 et Chr. MP, c. 49. Dl. fabulosam narrationem de melle et apibus e Chr. MP et e Chr. Mierzwae hausit, narrationem autem de Romani princ. crudelitate longiorem fecit. Cf. MPH, t. II, p. 441.

[2] Mesco Senex dux post filii Boleslai a. 1195 mortem terram Cuiaviensem Maiori Poloniae adiecit, cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 25.

[3] De Goworicio (Goworek) palatino Sandomiriensi et castellano Crac., qui insigni Rawicz utebatur, cf. PSB, t. VIII, ubi de eius vita legimus. Cf. etiam ad a. 1203, ubi potes cognoscere Goworicium sponte sua in exilium profectum esse.

[4] Cf. *Oxa sive Ascia, que securrim carnificinam in campo rubeo defert, quam Poloni oxam, Bohemi brodaczyczam vocant. Insignia seu clenodia I. Dl.*, ed. M. Friedberg, Kraków 1931, p. 68. Qua hist. fontium fide haec mentio comprobetur, ignoramus.

[5] De Sdislao epo, qui usque ad a. 1187 vivere potuit, cf. n. 9 ad a. 1182.

[6] De Henrico Kietlicz milite Dl. iam supra scripsit, cf. p., 189. Dl. Vitam s. Hedvigis, MPH, t. IV, p. 645, secutus genealogiam Kietlicz militis enarravit, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 202 et PSB, t. IX. Nobilis gens Kietlicz originem e Lusatia duxit et archiep. Henricus omnium Kietlicz militum nobilissimus fuit. De eius controversia cum Thoma nihil scimus. Henricus inter diem 23 III et 25 XII a. 1199 regnare coeperat. Ladislaus Odonic dux a. 1190 natus puer 9 annorum fuit. E Calendario Crac. discimus Henricum archiep. die 22 III a. 1219 mortuum esse.

[7] Brehna (Bren, Brene) oppidulum ad septentrionem occidentemque a Bitterfeld urbe situm est. Theodoricus filius Friderici II, e genere Wettin natus, ca a. 1270 obiit.

[8] Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 302 sq. Eudoxia, filia Conradi ducis Masoviae et Cuiaviae Theodorico ca a. 1238 nupsit.

[9] Martinus IV papa a. 1281–1285 regnabat.

[10] De Bela III, qui rex Hungariae die 23 IV a. 1196 obiit, cf. n. 6 ad a. 1152 et cf. Chr. Bud., ubi a. 1190 vitiose traditur. Ibidem de electione eius filii Emerici legimus.

[11] Emericus dux, filius Belae III regis natu maior, a. 1174 natus, ab a. 1196 regnavit, obiit mense Septembri a. 1204.

Annus 1200

[1] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 202 sq., qui singula quaedam a Magistro Vincentio omissa, L. IV, c. 25 et in Chr. MP, c. 50, enarravit. Dl. alio ordine res gestas tradidit et genus dicendi orationum mutavit.

[2] Hoc loco Dl. duos princ. iuvenes enumerat, in chr. autem tantum de Lestcone duce legimus.

[3] Ex utraque chr. neque proceres, qui Lestconi duci obstiterunt, ne rex crearetur, neque diem, quae pactionibus factis 24 VIII a. 1200 constituta est, cognoscimus.

[4] Etiam et haec res in chr. u.s. desideratur. Dl. contemporaneorum morem secutus de his sponsionibus pactionum servandarum interpositis narravisse videtur.

[5] Solus Mesco dux Rathiboriensis, castrum Bythomiense aedificare potuit, nam huius terrae imperium obtinuit.

[6] Haec res in utraque chr. desideratur.

[7] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 203, qui Dl. narrationem de Polonorum terrae motu et diem 5 V a. 1200 e Pulkawa haustam esse opinatur. Cf. diem 4 V a. 1201 in Annalibus Traska, MPH, t. II, p. 836.

[8] Cf. *Constantinopolis ... a Francis et Venetis capta ... prophetiam, quod ... non deberet capi nisi per Angelum ... Ascarius ... se statim transtulit versus Ponticum mare, Chersonam et inde ... Galatiam, quae hodie est pars Russiae. Hist. eccles.*, col. 1119 ad a. 1200 (Semkowicz, *Rozbiór*, p. 203). Haec verba in manuscripto Padvano *Hist. eccles.* traduntur, ibi etiam de Ascario, qui in Chersonesum, postea in ducatum Haliciensem, i.e. Russiae partem hoc loco Gallacia nominatam transiit, legimus.

[9] Cum Lascaris duce res nobis esse videtur. Sed eo tempore Constantinopoli Alexius III inde ab a. 1195 usque ad a. 1203 regnabat. Qui, priusquam sedes imperii a militibus cruce signatis occuparetur, e fuga se recepit. A. 1204 in litoribus Pontis Euxini ad meridiem orientemque spectantibus Trapezus civitas emersit, ubi imperatores Bysantini una cum familiis morabantur usque ad a. 1261, quo anno Constantinopolim reverterunt. Quod Dl. de Haliciensi ducatu tradidit, fictum est.

[10] Haec de Romano duce Dl. nullum fontem hist. secutus addidit.

[11] Adleidis, filia Casimiri Iusti ducis, in tabulis genealogicis non est enumerata. Quae ducissa monasterium fratrum Praedicatorum a. 1200 fundare non potuit, nam eo tempore hi fratres in Polonia nondum fuerunt. Nobis autem videtur Dl. scripsisse de Adleidis ducissa pro alia eiusdem nominis ducissa, quae Lestconis Nigri ducis soror die 8 XII a. 1291 obiit (cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 203). Dl. ad a. 1226 in *Annalibus* et in LB, t. III, p. 454 sq., de epo Ivone Odrowąż eiusdem monasterii fundatore scribit. Fama fert Adleidis ducissam s. XII–XIII ecclesiam s. Iacobo dicatam fundavisse. Quae parochialis eccl. a. 1226 facta est. Cf. *Studia Sandomierskie*, 1967, p. 219 sq.

[12] De Emerico rege cf. n. 11 ad a. 1199. Dl. eum paene unum annum regnavisse vitiose tradit, nam in chr. Hung. de eo 8 annos regnante legimus. Dies autem mortis 30 XI et locus, quo rex sepultus est, vere a Dl. traduntur.

[13] Ladislaus III, unicus Emerici regis filius, a. 1199 natus, obiit die 7 V a. 1205. Infans rex a. 1204 creatus est. E chr. Hung. discimus eum die 26 III coronatum esse.

Annus 1201

[1] Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 25 et Chr. MP, c. 50. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 203, de hoc capite diligenter quaesivit et Dl. orationibus omissis multa addidisse dixit.

[2] Cf. Chr. MP, c. 50, ubi de Mescone Sene duce a proceribus expulso, sed non de Nicolao palatino Crac. legimus.

[3] De Adleidis, filia Ottonis Divitis, sorore Albrechti et Theodorici, comitis Missnensis, agitur, quae divortium cum Premislio I Bohemorum duce fecit. Quo anno mortua sit, nescimus.

[4] Constantia, filia Belae III regis Hungariae, soror Emerici et Andreae ducum, a. 1199 medio nupsit Premislio I duci Bohemorum. Obiit die 6 XII a. 1240.

[5] De Iaroslao epo Vrat. cf. n. 19 ad a. 1198. Is a. 1201 obiit. Dl. in Catalogis eporum Vrat. (*Opera*, t. I, p. 458 sq.) diem epi mortis indicat. In PSB, t. IX, de die 22 III eius mortis legimus.

[6] Ciprianus, monachus ordinis Praemonstratensium, coenobii s. Vincentii Vrat. abbas, ep. Lubucensis (a. 1193–1201) in sede Vrat. usque ad diem 25 X a. 1207 regnabat. Cf. T. Silnicki, *Dzieje i ustrój* [in] *Historia Śląska*, t. II, p. 50 sqq. Cf. Catalogus eporum Vrat., MPH, t. VI, p. 559,

562, 568, 578, ubi in omnibus Catalogis ab a. 1201 usque ad 1206 (in nonnullis ad a. 1207) enumeratur.

7 De Boleslao Alto duce, cf. *Annales*, t. II, indices. Is opinione V. Schulte die 8 XII a. 1201 obiit, i.e. anno fere post sui filii mortem.

8 Więcesława Rutena ca a. 1142 duci Boleslao nupsit.

9 De Adleidis ducissa, cf. n. 21 ad a. 1198. Cf. Chr. Pol, MPH, t. III, p. 637, ubi eam consobrinam Conradi II imperatoris, qui s. XI vixit (!), fuisse legimus.

10 Haec genealogia princ. Silesiae e Chr. PP, Chr. Pol, Epitaphiis ducum Silesiae sumpta est, cf. MPH, t. III, p. 482, 636 sq. et Semkowicz, *Rozbiór*, p. 204. Boleslaus dux die 18 VII ca a. 1201 mortuus est. Alga ducissa diem 27 VI supremum obiit, sed quo anno, nescimus.

11 Henricus Barbatus, princ. Vrat., Lubucensis, Lusatiensis, Crac., Maioris Poloniae, Opoliensis et Rathiboriensis, a. 1167–1174 natus die 19 III a. 1238 obiit, cf. eius vitam in PSB, t. IX.

12 Conradus, qui monachus Lubensis die 5 VII anno nobis ignoto obiit, et Ioannes, qui ante diem 10 III a. 1163 mortuus est, Henricum Barbatum aetate antecesserunt.

13 Adleidis Theobaldo III Moraviae duci nupsit, obiit die 29 III anno nobis ignoto. Cf. S. Zakrzewski, *Piast czy Przemyślida*, KH, t. XX, p. 476, 481.

14 Cf. n. 10.

15 Cf. n. 12.

16 Hedvigis ducissa ca a. 1178–1180 nata, obiit die 14 X a. 1243. Henricus Barbatus eam uxorem duxit. A. 1267 in Sanctorum numerum relata est. Ea longe nobilissima medio aevo in Polonia fuit. Cf. vitam eius in PSB, t. X.

17 Bertholdus IV comes e Diessen-Andechs familia natus ca a. 1204 obiit. Hedvigem filiam Bertholdus e secunda uxore suscepit.

18 Cf. n. 13 ad a. 1200. Cf. Chr. Bud. et caeteras chr. Hung.

19 De Bela III rege cf. n. 6 ad a. 1152. Obiit die 23 IV a. 1196. Andreas II a. 1176 natus die 29 V a. 1205 rex Hungariae coronatus, obiit die 21 IX a. 1235.

20 Gertrudis prima uxor Andreae II regis, filia Bertholdi IV, comitis Merani ducatus et soror s. Hedvigis fuit.

21 Bela IV a. 1206 natus, ab a. 1235 rex Hungariae, die 3 V a. 1270 mortuus est.

22 Colomanus, princ. Croatiensis et Haliciensis, rex Haliciae, filius Andreae II, a. 1206 natus obiit a. 1241 exeunte.

23 Andreas dux ca a. 1210–1212 natus, dux Haliciensis inde ab a. 1226 usque ad a. 1234 factus, post a. 1245 obiit.

24 S. Elisabeth ducissa, uxor Lodovici palatini Thuringiae, a. 1207 nata obiit 19 XI a. 1231.

Annus 1202

1 Cf. Magistrum Vincentium, L. IV, s. 25 et Chr. MP, c. 51. Dl. quae in utraque chr. tradita sunt, ornavit atque amplificavit.

2 Dl. orationem Mesconis Senis ducis e Chr. MP hausit sed multa addidit.

3 De urbe Visliciensi et tribus castris occupatis cf. chr. in n. laudatas. Dl. rem non minimi mo-

menti omisit, nam nihil de proceribus Poloniae, qui castra et terram Cuiaviensem recuperaverunt, scripsit, cf. MPH, t. II, p. 444 et 550.

[4] Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 162 sq., qui omnes fontes hist. ad Mesconis Senis mortem pertinentes enumerat et ducem a. 1202 mortuum esse dixit. Verisimile videtur Mesco die 13–15 III obiisse. Mesco confrater et patronus monasterii s. Michaelis Bambergensis fuit, propterea monachi de eius morte mentionem fecerunt.

[5] De hac re scripsit M. Młynarska, *Proces lokacji Kalisza w XIII i w pierwszej pol. XIV w.* [in] *Osiemnaście wieków Kalisza*, t. I, Kalisz 1960. Reliquiae eccl. s. Paulo dicatae loco, quo parochia fuit, nostris temporibus repertae sunt. Cum flumen Prosna saepe alveum excessisset et ad parochiam atque Calisiam urbem, quae ibi locata erat, appropinquavisset, parochia et urbs post a. 1233 ad meridiem translatae sunt.

[6] Cf. ad a. 1174 notas 2–13, ubi de Mesconis Senis ducis filiis, filiabus, soceris legimus. De Ladislao Loripede duce et Ottone duce cf. n. 3 ad a. 1168 et n. 1 ad a. 1156. Stephanus, filius Mesconis Senis, inter a. 1166 et 1177 obiit, Boleslaus dux a. 1195 pugnans periit, Mesconis minimus natu filius a. 1193 mortuus est. Omnes Mesconis filii tunc non impuberes sed viri iam fuerunt.

[7] Ladislaus Odonis (Polonorum lingua Odonic vel Odowic) Plwacz nominatus, princ. Calisiensis, Posn., Maioris Poloniae (a. 1229) fuit. Natus ca a. 1190, obiit die 5 VI a. 1239.

[8] De Rurik II Wasyl (Basilio) duce cf. n. 15 ad a. 1194. Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 417 ad a. 1202 et col. 418 sq. ad a. 1203, ubi multa de Kijovia urbe a Polowczonibus deleta leguntur. Cf. *Lat. troicki*, p. 285 ad a. 1201, ubi de Rurik duce exsule narratur et ad a. 1202 (ad diem 2 I), ubi de Kijovia urbe a Rurik duce et a filiis Oleg ducis et a Polowczonibus capta et devastata mentio fit.

[9] Mstislaus, filius Vladimiri, ducis Dorohobuż regionis, post a. 1202 obiit.

[10] Rostislaus Johannes (Iwan), filius Iaroslai Wszewłodowicz, dux in Snowsk ducatu factus, post a. 1214 mortuus est. De utroque princ. abducto fontes hist. supra nominati silent.

Annus 1203

[1] Dl. Magistrum Vincentium, L. IV, c. 26, et Chr. MP, c. 52 secutus, hoc caput composuit, sed multa addidit et orationes e Chr. MP hausit. Haec omnia a. 1202 agebantur, cf. n. 2.

[2] Quod Dl. hoc loco enarravit e chr. supra nominatis hausit, addidit tamen secundum conventum procerum, factum esse, de quo in fontibus hist. nihil traditum est. Dł. opinionem Nicolai palatini Crac. in hoc conventu habendo omnium gravissimam fuisse dixit. Nobis autem videtur Fulconem epum Lestconis Albi ducis fautorem, in contraria non minimi momenti opinione esse debuisse. Orationes e Chr. MP haustae sunt. Dl. alio modo, quam re vera fuerat, de Conrado, duce Masoviae, qui electionem Conradi, ducis Masoviae, fieri passus erat, scripsit. Etiam a Dl. addita sunt, quae de foedere Ladislai Loripedis ducis cum princ. Silesiae facto legimus. Cf. O. Balzer, *Walka o tron krakowski*, RHist., t. 30, 1894, p. 293 sqq., qui Mesconem Senem a. 1202 obiisse dixit. Ladislaus Loripes dux vix paucos menses in sede Cracoviensi regnavit, post mortem enim Nicolai palatini expulsus est. Lestco Albus autem dux Cracoviam in urbem et arcem revertit.

[3] Semkowicz, *Rozbiór*, p. 204 sq., in hoc capite explanando parum diligens fuit. E Vita s. Hedvigis Dl. cognovit eccl. Trebnicensem a. 1203 fundatam et s. Bartholomeo dicatam et a. 1219

consecratam esse atque didicit subsidia, quae in monasterio aedificando fuissent. Nobis autem videtur monasterium iam ante a. 1202 conditum esse. In Vita s. Hedvigis de nullis bonis huius monasterii legimus, propterea suspicamur Dl. diplomate falso die 11 VII a. 1207 confecto fonte usum esse. Cf. Cod. Sil. (M), nros 103, 129, praecipue autem nrum 241. Multa iam de monasterio Trebniciensi fundato viri docti scripserunt, inter quos T. Silnicki, *Dzieje i ustrój*, [in] *Historia Śląska*, t. II, p. 105 sqq. praecipuam dedit operam.

[4] Nunc oppidum, distr. sedes, in palat. Vrat., ad septentrionem ab urbe Vratislavia situm. Coenobio, quod non longe ab urbe Vratislavia distabat, Trebnica villa et bona princ. donata sunt, cf. R. Grodecki, *Książęca włość trzebnicka*, KH, R. 26 et 27 (a. 1912, 1913).

[5] Villa Lipnica, in distr. Sredensi, palat. Vrat., sita, in diplomatibus Trebnicensibus non enumeratur.

[6] In diplomatibus ab a. 1217 *villa Chomesa* traditur, nunc Chomiąża nominatur, quae in distr. Sredensi sita est. In diplomatibus autem Trebnicensibus non enumeratur.

[7] Nunc Brodno, villa Germanorum lingua Breitenau appellata, in distr., u.s. sita.

[8] Kotowice, villa in distr. Trebnicensi, palat. Vrat. sita, iam a. 1203 una cum bonis princ. coenobio donata est.

[9] Nunc Zbylutów, villa in distr. Lwówek sita. Nulla mentio de ea in diplomatibus Trebnicensibus fit.

[10] S. XIV *Hartlibi villa*, nunc Skorzynice, villa in distr. Lwówek sita.

[11] Res nobis esse videtur cum Sadlno, villa in distr. Ząbkowice Śląskie sita, nam ab a. 1211 in fontibus hist. de ea ad coenobii bona pertinente saepe legimus.

[12] Jaworek, villa in distr., u.s. sita, ad monasterium a. 1211 et a. 1267 pertinebat.

[13] I.e. *villa Cuntzonis* in distr. u.s. sita, quae a. 1211 et 1267 inter monasterii bona fuit.

[14] Villa Alberti in diplomatibus *Roccotinice*, *Rocotinicze*, appellata, nunc Rososznica, villa in distr. u.s. sita, secundum diplomata a. 1211 et 1267 ad monasterium pertinebat.

[15] Savona, villa ad Trebnicam villam sita, Hedvigis principissae dotalis a. 1242 coenobio donata est, cf. T. Silnicki, op. cit., p. 106.

[16] Eccl. Trebnicensis die 25 VIII a. 1219 consecrata est.

[17] Moniales ordinis Cisterciensis e coenobio s. Theodori ex urbe Bambergensi, ut videtur, venerunt.

[18] Petrusa abbatissa, e Kitzingen oppidulo, in dioecesi Bambergensi sito, orta fuit, s. Hedvigem ducissam educavit. Ex abbatissis medio aevo viventibus unica peregrina fuit.

[19] Gertrudis, filia Henrici Barbati ducis et s. Hedvigis, abbatissa Trebnicensis inde ab a. 1232 usque ad diem 6 XII a. 1268 vel 1269 fuit. Cf. PSB, t. VII.

[20] Quae huius nominis significatio sit, nescimus.

[21] De hac fabula in Vita s. Hedvigis non legimus.

[22] Cf. n. 5 ad a. 1197, ubi de epo Ogierio, qui a. 1212 obiit, narratur.

[23] Bartha ep., presbyter Plocensis ca a. 1187 fuit, epi munus a. 1212–1225 gessit, mortuus est post diem 15 VI a. 1220 et ante a. 1222. Cf. Catalogum Volboriensem eporum, MPH, t. IV, p. 26 et *Opera*, t. I, p. 526. E quadam nobili familia Masoviensi natus esse videtur.

Annus 1204

[1] Cf. quae prima ad a. 1203 traduntur, ubi de Lestcone Albo duce, Polonorum princ. seniore creato legimus. Cf. *Illo quoque ... duci Lestkoni tributa denegat ... aggreditur insperante.* Chr. MP, initium c. 55. Quam sententiam Dl. secutus hoc caput composuit.

[2] Lestco Albus dux neque Masoviae terram, neque Cuiaviae possedit, cf. Chr. MP, c. 54, 57.

[3] Theobaldo (Depold) III duci familia Wettinorum favit, ut ille Bohemorum civitatis imperium obtineret. Is inimicus fuit Premislii Ottocari I ducis, socii Philippi ducis Sueviae. Quo fonte Dl. in hoc capite conscribendo usus sit, nescimus. Quae a Dl. hoc loco tradita sunt, incerta esse videntur.

Annus 1205

[1] De pugna ad Zavichost oppidum commissa et de Romani Mścisławicz ducis morte multi viri docti historiae periti scripserunt, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 205 sq., cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, p. 25 sqq., qui nuper scripsit. Quo e fonte hist. Dl. quaedam hauserit, ignoramus: in Chr. MP, c. 55 et in Annalibus cap. Crac. cf. ut infra, et in caeteris posterioris temporis annalibus de his rebus breves mentiones fiunt, quas Dl. legere potuit. E *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 425 cognoscimus nullam maioris momenti pugnam commissam esse, sed Polonorum milites in Romanum ducem eiusque militarem manum impetum fecisse et Russorum reliquias Romano occiso in Haliciensem ducatum revertisse. Quam narrationem B. Włodarski, op. cit., p. 27 diligenter explanavit. Non dubitamus, quin Romanus dux alium sibi proposuerit expeditionis suscipiendae finem. Cur Lestco Albus dux e victoria reportata nullum fructum ceperit, non liquet. De hac pugna Dl. nonnullis additis fusius narravit.

[2] *animum ... magnum ... accendebant*, cf. Livium XXI, 1: *angebant ingentis animi virum Sicilia Sardiniaque ademptae.*

[3] De pugna ad Suchodol oppidum commissa cf. infra ad a. 1243.

[4] Hoc nulla fide hist. fontium comprobatur.

[5] Solus Dl. de legatis ad epum missis eiusque responso narravit.

[6] Cf. ... *in Zawichost sibi occurrit* ... Chr. MP, c. 55, cf. *Romanus ... in Zavichost est in prelio interfectus.* Annales cap. Crac. ad a. 1205, MPH, t. II, p. 800 sq. In nullo fonte hist. de Romano duce, qui Vistulam flumen transiit, legimus. Hoc a Dl. fictum est, nam Zavichost oppidum in laeva fluminis ripa situm fuerat.

[7] Cf. 1205 *Romanus ... occiditur in Zavichost in festo Gervasii et Prothasii* ... Annales Traska, idem annus eius mortis in Calendario Crac. indicatur, MPH, t. II, p. 836 et 923, cf. LB t. I, p. 186 et 204, ubi Dl. de ara ss. Gervasii et Prothasii in eccl. cathedrali Crac. posita scribit.

[8] Christinus, palatinus Conradi, ducis Masoviae, finibus Masoviae defensis a Pruthenis gloriam immortalem consecutus est. Natus e Gozdowa gente, a. 1217 occaecatus et iussu Conradi ducis morte multatus est. Solus Dl. de eo in proelio Zavichostensi pugnante narravit.

[9] De narratione, quo modo Romanus dux pugnaverit et mortuus sit, cf. n. 1,6.

[10] Cf. Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 801 et Chr. MP, c. 55, ubi de multis Russis, qui Vistulae aquis mersi perierunt, legimus.

[11] Carmina ad victoriam apud Zavichost oppidum reportatam celebrandam scripta non novimus.

[12] Haec mentio in V Catalogo eporum Crac. (MPH, t. III, p. 353) fit, sed incerta videtur.

[13] Cf. LB, t. I, p. 186, 204, ubi loca, quibus Cracovia urbs medio aevo posita est, describuntur.

[14] Haec Dl. cognovit ex hominibus vel e carminibus perditis, quibus victoria ad Zavichostum reportata celebrabatur.

[15] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 420 ad a. 1205, ubi de Ruthenorum princ., qui expeditione facta Polowczones vicit, et de caeteris princ., qui etiam a Dl. nominantur, legimus. Ibidem mentiones Rurik ducis in carcerem dati et Kijoviam missi et ex ritu Ecclesiae attonsi monachique facti afferuntur. Sed de turribus nihil legitur. Cf. *Lat. troicki*, p. 286 ad a. 1203. Ex utroque Russico fonte cognoscimus filios Rurik ducis captos esse.

[16] De Rurik II Wasyl (Basilio) duce, cf. p. 197.

[17] Iaroslaus Wszewoldi III ducis filius a. 1191 natus die 30 IX a. 1246 obiit. Is princ. Perejaslaviensis, in Zalesie, in Riazan, in M. Novogradia ducatibus, postea Kijoviensis et Vladimiriensis dux fuit.

[18] Hic Romanus dux in pugna ad Zavichost oppidum commissa i.e. a. 1205, cecidit.

[19] Si Dl. non erret, Rostislaus II, filius Mstislai III ducis, m. dux Kijoviensis a. 1239–1240 fuerit.

[20] Rostislaus dux, Rurik II ducis maior natu filius, a. 1187 natus, die 3 III a. 1239 obiit. Is m. dux Kijoviensis postea dux in Wyżgorod arce fuit.

[21] Vladimirus III dux, Rostislai ducis frater, a. 1187 natus, die 3 III a. 1239 obiit. Is m. dux Kijoviensis et in Wyżgorod arce fuit.

[22] Cf. brevissimam mentionem in *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 421 ad a. 1205 factam. De hac re nihil certi scimus.

[23] De qua re Dl. vitiose scripsisse videtur, nam Svantoslaus dux, Mstislai III Borys Romanowicz Senis filius, numquam in Kijoviensi ducatu regnabat. A. 1219 M. Novogradiam, a. 1232 Smolescensem ducatus regebat.

[24] Cf. *Lat. ławrent.-suzd.* col. 420 ad a. 1205. Wszewoldus dux in Suzdal arce nuntios ad Romanum ducem misit. Quibus deprecatoribus Rostislaus dux, Rurik ducis filius, in libertatem restitutus est. Sed quis postea Kijoviensem arcem rexerit, nescimus, fontes enim Russici de hac re silent. E *Lat. ławrent.-suzd.* cognoscimus Vladimirum, filium Rurik ducis, vinculis solutum esse, sed quo tempore, incertum est. Romanus enim dux die 19 VI a. 1205 in pugna cecidit.

[25] Hic Albertus I archiep. esse videtur, cf. n. 17 ad a. 1191. Is Rigae et in Livoniensi regione usque ad a. 1229 regnabat. Cf. Chr. Livoniae Hermani de Wartberge, SRPr., t. II, p. 23.

[26] De Bertoldo epo cf. n. 16 ad a. 1191.

[27] Cf. quae Dl. de hac re ad a. 1207 tradidit, cf. chr. supra nominatam, p. 33, cf. n. 17 ad a. 1207. De Fratribus Dobrinensibus agitur, qui etiam Milites Christi appellabantur. De foedere cum Cruciferis facto cf. ad a. 1207.

Annus 1206

[1] Cf. Chr. MP, c. 54.

[2] In hoc capite duas de Ladislao Loripede duce mentiones invenimus. Primum legimus eum Mesconis Rathiboriensis ducis (a. 1211 mortui) filium fuisse. (Hic Loripes Cracoviae sepultus esse fertur). Postea e Mescone Sene duce natum Ladislaum ducem Maiorem Poloniam in potestate habuisse, sed Cracovia pulsum Posnaniam se recepisse. Re vera Ladislaus Loripes Maioris Poloniae dux a. 1231 in Środa oppido, quod in Silesia situm est, supremum diem obiit (cf. quae Dl. recte de eo ad a. 1231 scripsit). Ex quo conici potest Dl. mentionem de Mescone duce Rathiboriensi serius in hoc caput intulisse. Quae res certissimo iudicio nobis est huius capitis textum commentationis prima manu adumbratae speciem habere.

[3] Ladislaus Loripes a Dl. laudatus est, quod eo tempore, ut Dl. videbatur, Cracoviam urbem et ducatum rexerat.

[4] Sulislaus castellanus Sandomiriensis usque ad a. 1224 fuit, cf. Balzer, *Genealogia*, p. 270 sqq. In fontibus Russicis Sudyslaus nominatur.

[5] Cf. infra n. 9. Svantoslaus Andreas, Igor Georgii filius, Vladimiriensis et Volhynensis dux, mense Septembri a. 1212 obiit. (Balzer, *Genealogia*, l.c., Svantoslaum alios quoque ducatus rexisse opinatur).

[6] Agaphia ducissa, Svantoslai filia, inde ab a. 1207 uxor Conradi ducis Masoviae post diem 31 VIII a. 1247 obiit. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 268 sqq.

[7] Haec Dl. e Bohemorum fonte nobis ignoto hausit.

[8] *non incruenta ... victoria*, Sallust., *Cat.* 7 (supra p. 168).

[9] Cf. Catalogum V eporum Crac., MPH, t. IV, p. 353. Qui liber aetate Dl. ortus vix certus veritatis testis esse videtur. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 270 sq., qui opinatur vera esse quae in Catalogo leguntur, nam fide fontium Russiae comprobantur. Haec expeditio exercitus Hung. Polonis adiuvantibus a. 1209 facta esse videtur. Dl. de 4 nobilibus, qui in patibulo suspensi sunt, scribit. *Lat. hip.* tradidit de tribus ducibus, qui fuerunt Romanus, Svantoslaus, Rostislaus, filii Igor ducis, a. 1208 in Haliciensi arce suspensi. Quae omnia obscura sunt, nam e tabulis genealogicis discimus hos duces mense Septembri a. 1212 mortuos esse.

[10] Georgius II, filius Wszewoldi III Wielkie Gniazdo nominati, dux Vladimiriensis et in Suzdal arce, a. 1189 natus die 4 III a. 1238 obiit.

[11] De Iaroslao cf. n. 17 ad a. 1205.

[12] De Vladimiro III cf. n. 21 ad a. 1205.

[13] Constantinus, Wszewoldi III maior natu filius, dux Rostoviensis et Vladimiriensis, natus die 18 V a. 1186, obiit die 2 II a. 1218.

[14] Mstislaus, Udały nominatus, filius Mstislai, dux in Toropec arce regioneque, in M. Novogradia, in Halicia, post a. 1176 natus, obiit a. 1228 aut 1229. Frater princ., qui supra nominati sunt, non fuit.

[15] *mucrone ... verso*, cf. Lucanum *Phars.*, 1, 4: *populum ... in sua conversum viscera dextra.*

[16] Haec pugna die 21 mensis Aprilis a. 1216 commissa est, cf. *Lat. Leopoliensem*, PSRL, t. 20,

partem 1, 1910, p. 148 sq. et *Lat. Woskresenski* dictum, ib. t. 7 1856, p. 120 sqq. ubi de pace facta legitur.

[17] Cf. *Lat. Woskresenski*, p. 123, ubi de 9233 hominibus caesis narratur.

Annus 1207

[1] Cf. Chr. MP, c. 54, quod Dl. amplificavit. Omnia, quae addidit ex aliis fontibus hist. hausisse videtur. Dl. Lestconem Album ducem possedisse terram Lublinensem, Conradum autem ducem terram Culmensem et Dobrinensem rexisse tradidit. De his in Chr. MP nihil legimus. Etiam de conventu Sandomiriensi et de terris, quarum divisio iureiurando a Lestcone eiusque fratre Conrado firmata est, nihil in fontibus hist. legi potest.

[2] Gedko (vel Getka) inde ab a. 1206, quod Dl. recte tradidit, ep. Plocensis fuerat.

[3] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 207, qui Ruthenos leve proelium cum Lithuanis fecisse opinatur. Quae Dl. de princ. tradidit, obscura sunt. Qui a Dl. primus enumeratur, Vladimirus III, filius Rurik ducis fuit.

[4] Ignotus.

[5] De filiis ducis David cf. p. 90 sq ad a. 1170. Qui fuerunt: Mstislaus Fiodor, dux M. Novogradiae, postea dux Smolescensis, a. 1230 mortuus et Constantinus, qui a. 1218 obiit. Eo tempore Rostislaus, filius Rurik ducis, solus vixit, cf. n. 20 ad a. 1205.

[6] Cf. Catalogos eporum Crac., IV et V, ex quibus cognoscimus Fulconem, alias Pelka, epum Crac. a. 1207 aut 1208 mortuum esse, MPH, t. III, p. 352. Cf. *III Idus ... Fulco ep. Crac. obiit*, Calendarium Crac., ib. t. II, p. 931. Cf. *Opera*, t. 1, p. 395 sq.

[7] Cf. Annales Sandivogii ad a. 1187, cf. Annales Minoris Poloniae, MPH, t. II, p. 876, t. III, p. 160 sq.

[8] De Magistro Vincentio, Kadłubek dicto, cf. *Annales*, t. II, p. 227 et n. 5, ibi etiam de nomine eius quaedam invenies. De villa Karwów, recte Kargów cf. ib. n. 6. E Catalogis eporum Crac. et ex annalibus Dl. nomen villae Kargów, quod vario modo scribebatur, hausit et hanc villam prope Stobnica oppidulum sitam esse cognovit.

[9] Magister Vincentius post a. 1194 canonici munus in collegiata BV Mariae Sandomiriensi gesisse, sed in eccl. cathedrali Crac. nullo officio praefuisse videtur. Verisimile est eum capelanum curiae Casimiri Iusti ducis fuisse.

[10] I.e. Chronica Polonorum, quae res gestas Polonorum inde a fabulosa antiquitate usque ad a. 1202 amplectitur. Quae Dl. de ipsa chr. eiusque auctore tradidit, non minimi momenti sunt. Cf. Annales Sandivogii ad a. 1208, MPH, t. II, p. 876, ubi etiam de Magistro Vincentio Chronicae auctore quaedam invenies.

[11] De libera canonica electione eporum, qui novo ecclesiae ritu a capitulis cathedralibus creabantur, agitur. Primus qui hoc modo in eccl. cathedrali Crac. electus est, Magister Vincentius fuit. Cf. Kod. KK, t. I, nr 7, bullam papalem die 28 III a. 1208 editam, qua papa electionem Magistri Vincentii approbavit. Henricus Kietlicz, archiep. Gnesn. Magistrum Vincentium epum consecravit.

[12] De hoc nihil certi scimus.

[13] Cf. n. 6 ad a. 1201, ubi de Cipriano epo Vrat., qui die 25 X a. 1207 obiit, mentio fit. Solus Dl. epum in monasterio Lubensi sepultum esse tradidit, cf. *Opera*, t. I, p. 460.

[14] De Laurentio, epo Vrat. eiusque meritis cf. T. Silnicki, *Dzieje i ustrój* [in] *Historia Śląska*, t. II, p. 132 sqq., p. 143 sq. In solis *Annalibus* Dl. de eius genere et electione scribit. Laurentius ep. a. 1202–1232 regnabat.

[15] Cf. *Lat. lawrent.-suzd.* ad a. 1217, col. 440 sq., ubi Gleb dux et frater eius Constantinus dux, qui filii Vladimiri fuerunt, et 6 princ., qui caesi sunt, nominatim appellantur. Eo autem tempore Gleb, filius Iaroslai ducis, fratris filius Vladimiri princ. in Riazanensi ducatu regnabat et fratres Constantinum, qui post a. 1241 obiit, et Isaslaum duces habuit. Ex quo conici potest princ., qui caesi sunt, non tam propinquos consanguinitate ei fuisse.

[16] Cf. ad a. 1205, n. 27, cf. Chr. Livoniae Hermani de Wartberge, l.c. Epi hoc loco enumerati fuerunt hi: Rigensis, Osiliensis, Dorpatensis. Fratres Dobrinenses, epo Plocensi ad cuius dioecesim pertinebant, consentiente a Gregorio IX papa, qui bullam die 19 IV a. 1235 edidit, cum Cruciferis coniuncti sunt. Cf. W. Polkowska-Markowska, *Dzieje Zakonu Dobrzyńskiego*, PH, II, 1926, p. 152, 202 sqq. De iurisdictione eporum nihil certi scimus.

Annus 1208

[1] Quae a Dl. hoc capite tradita sunt, ad a. 1205–1219 pertinent. Sed breviter et vix ullo temporum ordine scripta obscura sunt. De his subtiliter B. Włodarski disseruit in operibus his: *Polska i Ruś*, p. 32 sq. et *Polityka ruska Leszka.*

[2] Andreas II, cf. n. 23 ad a. 1201 administratoribus missis imperium Haliciensis arcis et ducatus obtinuit. Autumno a. 1214 foedus Scepusense nominatum cum Lestcone Albo, princ. Polonorum, iniit, ut eius filius, Colomanus dux, filiam Lestconis Albi Salomeam uxorem ducens ducatum Haliciensem regere posset. Sed frustra operam dedit, nam a. 1215 Hungari ducatum Haliciensem in longum tempus sub suam potestatem redegerunt. Cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, p. 35, 41, 52–68.

[3] De Colomano duce, qui vulneribus acceptis a. 1241 exeunte obiit, cf. n. 22 ad a. 1201.

[4] Mstislaus Mścislawicz Udaly princ. (cf. p. 201), filius sororis Lestconis Albi ducis in ducatu Haliciensi a. 1216–1219 et a. 1221–1227 regnavit, cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, indices.

[5] De Ivone Odrowąż cf. infra.

[6] Salomea, filia ducis Lestconis Albi (non eius soror, ut Dl. infra scribit) a. 1211 aut 1212 nata, coronata non fuit. Marito mortuo in Poloniam revertit et inde ab ca a. 1247 monialis in coenobio Zavichostensi fuit, die 10 XI a. 1268 obiit. Cf. B. Włodarski, *Salomea królowa halicka*, Nasza Przeszłość, V, 1957.

[7] Colomanus dux septimum annum agens ante a. 1215 medium coronatus est in Hungaria, quod minime dubium videtur. Itaque epi Magister Vincentius et Ivo Odrowąż ibi adesse non poterant. Cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, p. 63. Andreas II rex inde ab a. 1206 Galiciae Lodomeriaeque rex appellabatur.

[8] De hoc Polowczonum duce in nullo fonte hist. Russico legimus.

[9] Colomanus dux una cum epis fugere non potuit, nam in Halicz urbe afuit. Milites Hungari,

priusquam Mstislaus Mścislawicz dux secundam expeditionem a. 1216 aut a. 1217 fecisset, Haliciensem arcem reliquerunt. Cf. B. Włodarski, op. cit., p. 68 sq.

[10] Tractatus Scepusensis, cf. n. 2 ad rem publicam et ad nuptias Colomani ducis, pueri 7 annum agentis, cum Salomea trium annorum puella faciendas pertinuit. Matrimonium a. 1219 inire poterant. Cf. Vitam s. Salomeae reginae Haliciensis, MPH, t. IV, p, 778 sq.

[11] De Philippo duce cf. n. 16 ad a. 1198. Quae a Dl. hoc loco tradita sunt, ad a. 1198–1209 pertinent et cum iis, quae ad a. 1198 enarrata invenies, coniunguntur.

[12] Otto v. Wittelsbach palatinus, qui in nonnullis fontibus hist. vitiose Bertolphus palatinus de Witilisbach nominatur, Philippum ducem die 21 VI a. 1208 in Bambergensi urbe necavit, cum iniuriam sponsae suae Beatricis ulcisceretur. Cf. *Jahrbücher* [t. 36], p. 464 sq., 538 sq. Ex Chr. PP autem (MPH, t. III, p. 482 sq.) cognoscimus Gertrudem, filiam Henrici Barbati ducis palatino Rhenesi, qui Philippum ducem necavit, desponsam fuisse.

[13] Adolphus e familia comitum Altenensium natus, archiep. Mediolani, Coloniae Agrippinae a. 1193–1205, Philippum ducem Sueviae die 12 VII a. 1198 regem coronavit.

[14] Otto IV, rex Germanorum, Beatricem ducissam, maiorem natu filiam Philippi ducis Sueviae die 22 VII a. 1212 uxorem duxit.

Annus 1209

[1] Alio temporum ordine fiebant, quae Dl. e Russiae fonte hist., nobis ignoto, hauriens tradidit, nam fere omnia ad a. 1219 exeuntem pertinent. Poloni una cum Hungaris expeditionem contra Daniel, filium Romani, ducem Haliciensem et Vladimiriensem fecerunt. Cf. B. Włodarski, *Polityka ruska*, p. 67 sqq. et n. 5 ad p. 67, qui de anno, quo expeditio facta est, copiose disserit; cf. eiusdem auctoris *Polska i Ruś*, p. 76 sqq. Multa sunt, de quibus statui non potest, utrum ex aliquo, ignoto nobis fonte hist. hausta, an a Dl. ficta sint.

[2] De foedere inter Polonos et Hungaros a. 1219 facto agitur. Postea nuptiae Colomani ducis cum Salomea factae sunt et utriusque populi exercitus contra ducatum Haliciensem expeditionem fecit.

[3] Palatinus Filia, infra Tyla nominatus, a. 1249 cecidit, cf. B. Włodarski, *Polityka ruska*, p. 68.

[4] Nicolaus palatinus Crac., an huic expeditioni interfuerit, incertum putamus.

[5] E quattuor ducibus Russicis hoc loco enumeratis Mstislaus Mścislawicz dux expeditioni solus interfuit (cf. n. 14 ad a. 1206), de caeteris fontes hist. silent. De Vladimiro III, filio Rurik ducis, cf. n. 21 ad a. 1205, Rostislaus, filius David ducis, ignotus est, de Rostislao II, filio Mstislai cf. n. 19 ad a. 1205. Quae Dl. de pugna enarravit, ex fonte hist. nobis ignoto hausisse videtur.

[6] *magis ... gereret*, cf. Iustinum 6, 7: *non ducis tantum, verum et fortissimi militis officio fungitur.*

[7] De clade Polonorum cf. Annales Krasinski, MPH, t. III, p. 132 ad a. 1220. Idem in annalibus Bohemiae, FRB, t. II, p. 283 legimus.

[8] Dl. tertiam expeditionem Mstislai Mścislawicz Udały ducis adversus Halicz arcem vere a. 1221 susceptam Lestcone Albo duce adiuvante enarravit plenius quam *Lat. hip.* De his omnibus hoc loco diserere non possumus. Cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, p. 79–81.

[9] Ex fontibus hist. discimus captivos in Torczesk arce servatos esse, cf. B. Włodarski, op. cit., p. 80 et n. 24.

[10] Ignotus.

[11] Sine dubio de Jolanta, secunda Andreae II regis uxore agitur.

[12] Mstislaus Mścislawicz dux cum Andrea II rege pacem a. 1221 fecit certis conditionibus, quae ad ducatum Haliciensem a Mstislao duce regendum pertinebant. Etiam Colomannus una cum Salomea uxore et Poloni Hungarique captivi liberandi erant.

[13] De genuino diplomate, quo Mesco Senex, ut nobis videtur, bona eccl. et monasterii fratrum et monialium Praemonstratensium auxit, nihil certi scimus. Monasterium ca a. 1128–1139 fundatum, s. Laurentio dicatum, in Kościelna Wieś vico ad Calisiam urbem situm fuit. Cf. transsumptum s. l. et die KDW, t. I, nr 35 a. 1209 (?) editum. Fratres Praemonstratenses in Ołbin, suburbium Vratislaviae, translati sunt, fratres autem Benedictini ex Olbin in novum claustrum in Kościelna Wieś aedificatum venerunt. Cf. SSS, t. 2 sub voce: Kościelna Wieś.

[14] Nunc Kościelna Wieś, antea Kościół nominata, villa ad Calisiam urbem, in distr. Calisiensis, palat. Posn. sita.

[15] Haec villa nunc non exstat.

[16] Nunc Rososzyca, villa in distr. et palat. u.s. sita.

[17] In diplomatibus s. XIII confectis *Krankowa* nominatur, quae villa in chartis geographicis non notatur. Est tamen altera villa Krąków in distr. Turek, palat. Posn. sita.

[18] An de villa Głogowa agatur, quae ab Ostrów Wielkopolski oppido ad septentrionem orientemque sita est, nescimus.

[19] Nunc Krzywosądów, villa in distr. Calisiensi, palat. Posn. sita.

[20] In *Słown. Geogr.* libro legimus de Kliszewo vel Kliszowo, villa in parochia Kościelna Wieś sita.

[21] Est quidem Piotrowo villa in distr. Szamotuły, palat. Posn. sita, sed longe a Calisia urbe distat.

[22] Nunc Nędzerzew, villa in distr. Calisiensi, palat. Posn. sita.

[23] Nunc Lisiec Mały et Lisiec Duży villae in distr. Konin, palat. u.s. sitae.

[24] Ladislaus dux, filius Casimiri I ducis, in Calisiensi ducatu, in terra Rudensi et in ducatu Opoliensi a. 1246 regnabat. Die 13 XI a. 1281 obiit. De Herkemboldo castellano cf. *Annalium*, t. IV, indices.

[25] De Philippo epo cf. n. 3 ad a. 1196.

[26] Cf. J. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 55, qui Paulum I ep. Posn. inde ab a. 1211 usque ad a. 1242 regnavisse opinatur. Paulum archiep. Gnesn. a. 1212 ineunte epum consecravit. Cf. *Opera*, t. I, p. 492 sq., ubi Dl. eum fratrem Praedicantem appellat.

Annus 1210

[1] Cf. Chr.MP, c. 56 et 60. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 209, qui Dl. in hoc capite conscribendo multa fictaque addidisse opinatur.

[2] Cf. ad a. 1181, ubi Dl. de Pomerania a duce Lestcone visitata scribit. Sed quid de Nowy Słupsk oppido et regione in Pomerania Superiore sito Dl. putaverit, nescimus.

[3] De hoc cf. n. 8 ad a. 1181.

[4] Swece, Polonorum lingua Świecie, arx in sinistra Vistulae ripa sita, palatini sedes non fuit.

[5] Cf. Chr. MP, c. 60.

[6] Dl. de Svantopelcone infido hoc loco narrat, quo facilius postea ad Lestconis Albi necem describendam aggrediatur. Haec nex in Gąsawa oppidulo facta est, cf. infra ad a. 1227.

[7] Dl. de hac pace facta iam quaedam ad a. 1209 tradidit (cf. n. 12). Condiciones autem pacis fuerunt hae: Mstislaus Udały dux in Haliciensi ducatu regnavit eique successor fuit Andreas, filius Andreae II regis Hungariae. Andreas Mariam (quod nomen solus Dl. tradidit) filiam Mstislai ducis uxorem duxit Maria tamen non extitit.

Annus 1211

[1] Dl. in hoc capite longe lateque repetit ea, quae de pugna Polonorum cum Ruthenis commissa ad a. 1206 tradidit. De Sulislao castellano cf. n. 4 ad a. 1206. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 210.

[2] De ducibus Russicis cf. n. 10–14 ad a. 1206.

[3] De 4 militibus Russicis, qui patibulo suspensi sunt, cf. ad a. 1206, p. 200. Hoc loco de princ. Russicis, qui capti, postea liberati sunt, legimus.

[4] Cf. *Lat. troicki*, p. 308, ubi de cometa, quae post cladem Ruthenorum ad Kałka flumen acceptam videbatur, legimus. Dl. recte tradit eam a multis hominibus 18 dies visam esse. Etiam cursum, quo cometes iter faciebat, verum traditit.

[5] De Mescone Loripede, duce Opoliensi et Rathiboriensi, cf. *Annales*, t. II, indices. Diem mortis ducis Dl. e Necrologio monasterii in Czarnowansch hausit. E laudatione ducis hoc loco scripta cognoscimus Mesconem solum fundatorem coenobii in Czarnowansch fuisse. Cf. S. Pierzchalanka-Jeskowa, *Dzieje klasztoru w Czarnowąsie na Śląsku w wiekach śred.*, RH, XIV, 1928, p. 30 sqq. Hoc monasterium fratrum monialium Praemonstratensium a Ludmila, uxore Mesconis ducis, in Rybnik oppido (palat. Opoliensis) inter diem 25 XI a. 1202 et diem 20 X a. 1211, ut viri docti opinantur, fundatum et large dotatum est.

[6] De Casimiro duce Opoliensi cf. n. 10 ad a. 1179. Is a. 1228 conventum monialium e Rybnik oppido transtulit in Czarnowansch, non procul ab Opulia oppido, ubi Mała Panew et Potok Jemielnicki flumina in Odram flumen influunt.

[7] Ludmila, quae e gente Piast non est nata, monasterium fundavit, die 19 vel 20 XI a. 1211 obiit, cf. S. Pierzchalanka-Jeskowa, op. cit., p. 34, quae principissam die 20 X mortuam esse opinatur.

[8] Dl. in hoc capite ea repetit, quae iam ad a. 1206 tradidit.

Annus 1212

[1] Cf. quae Dl. in initio a. 1207 scripsit. Dl. omnia quae ad ducem, qui Cracoviae fuerat, ad sollemnitatem, ad iudicia pertinent, finxit.

[2] Annus, quo aerarium cathedralis Crac. combustum est, non verus a Dl. traditus videtur, nam tantum fide Catalogorum eporum Crac. (IV et V) comprobatur, cf. MPH, t. III, p. 354.

[3] De hac pugna ducum Russiae ad Kałka flumen commissa Dl. false ad a. 1212 narrat, cum ad

a. 1223 scribere debeat. Fontes hist., qui ante Dl. conscripti sunt, de hac pugna silent. Ea Russorum clades, qua Tartari imperium Russiae meridionalis usque ad diem 31 V a. 1224 obtinuerunt, fontibus comprobatur his: *Lat. troicki*, p. 306 sq. ad a. 1222–1224, *Lat. hip.*, col. 740 sqq., sine die indicato, *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 445 sqq. ad diem 31 V. Cf. etiam *Lat. Woskresenski*, p. 129 sqq. ad a. 1212, ubi simillima traduntur eis quae apud Dl. leguntur. Sed duces Russiae, qui huic proelio interfuerunt, alio ordine enumerantur.

[4] De Mstislao III Borys Romanowicz duce cf. 19 ad a. 1194.

[5] De Mstislao Mścislawicz Udaly duce, cf. ad a. 1209.

[6] De Vladimiro III Rurykowicz duce cf. n. 21 ad a. 1205.

[7] Utrum de flumine, an de eius vado agatur, incertum est. In *Lat. hip.*, col. 742 et in *Lat. Woskresenski* legimus de Hortyca flumine et de vado *na protolczi* dicto, quo ex loco exercitus 8 dies ad Kałka flumen iter faciebant.

[8] Kałka Kalmium flumini miscetur, Kalmium autem in Mare Azowskie nominatum influit.

[9] Utrum de die, quo pugna commissa est, an de septimo decimo die itineris, quod exercitus faciebat, agatur — nescimus.

[10] Dl. narrare videtur de viris his: de Mstislao III Borys duce et de Mstislao, filio Svantoslai Czyrniejoviensis duce, quem tamen in pugna cecidisse e tabulis genealogicis cognoscimus.

[11] Tantum in *Lat. Woskresenski*, p. 132, de fuga, de navibus, de Vladimiro, filio Rurik, duce, qui in Kijoviensi sede regnavit, legimus.

[12] E quo fonte hist. Dl. ea hauserit, nescimus. Otto cum rex Romae die 4 X a. 1209 coronatus esset, contentionem inimicitiis incensam cum papa suscepit et bellum cum Friderico II, e gente Stauforum nato, excitavit (a. 1210 et 1211).

[13] Papa Ottonem IV imperatorem die 18 XI a. 1211 communione recte credentium movit.

[14] Fridericus II, Henrici VI (non V) filius, a. 1194 natus, rex Romanorum die 5 XII a. 1212 electus, die 9 XII eodem anno coronatus, imperator ab a. 1220 factus, die 13 XII a. 1250 obiit.

[15] Constantia, Rogeri II, Siculae regis, filia, a. 1198 obiit.

[16] Sigfridus II de Eppenstein, archiep. Maguntinensis, die 9 IX a. 1230 obiit.

[17] Dl. hoc loco quaedam de rebus in Germania a. 1213 et a. 1214 gestis tradit.

[18] Cf. Chr. Bud. ad a. 1212, Chr. Vind., c. 77, Chr. Hung. compositionem s. XIV factam, SRH, t. I, p. 464 sq., Turoczy, c. 72. Tres fontes hist. superioris temporis quaedam in Chr. Bud. relata repetunt de Gertrude regina cf. n. 20 ad. a. 1201.

[19] Bank banus palatinus Hungariae etiam a. 1240 vixit. Post reginae necem dignitate privatus, postea restitutus est. Cf. SRH, t. I, p. 464 sqq. et notas. Utrum e familia Boor natus sit, an non, cur re vera reginam necaverit, nescimus.

Annus 1213

[1] In hoc capite scribendo Dl. multis fontibus hist. usus est, quorum in numero inveniuntur fontes Hungarici, cf. n. 18 ad a. 1212 et quidam nobis ignotus fons Germanicus, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 210 sq., B. Włodarski, *Polityka ruska*, p. 48 et n. 4, cf. Vitam s. Hedvigis, MPH, t. IV.

Cum Andreas II rex exercitum in expeditionem adversus Russos eduxit, tum eius uxor regnabat.

[2] De Andrea rege cf. n. 19 ad a. 1201.

[3] De Gertrude regina cf. n. 20 ad a. 1201.

[4] Cf. notas 21–23 ad eundem a.

[5] De s. Elisabeth cf. n. 24 ad a. 1201.

[6] Hermanus, Ludovici pater, palatinus Saxoniae et landgravius Turingiae, consanguineus Friderici I imperatoris, die 25 IV a. 1217 obiit.

[7] E nullo fonte hist. discimus, quo die caedes facta sit.

[8] Coenobium Cisterciense SV Mariae in Pilis (Hungaria) invenitur.

[9] De his donis reginae fontes hist. silent.

[10] Cf. KDW., t. I, nr 81, diploma falsum die 1 XI a. 1211 editum, cf. H. Likowski, *Najdawniejsze dzieje klasztoru cysterek w Ołoboku (1211–1292)*. mss in Archivo Univ. Posn. servatur, p. 5–12, 18, 47, 72 sqq. et Sprawozd. z czynn. i posiedzeń PAU, t. XXVI, nr 7, 1921, p. 5 sqq. Diploma, quo coenobii fundatio comprobata est, non novimus, transsumptum autem ad nos pervenit, cf. KDW, t. II nr 711, e quo cognoscimus bona a princ. coenobio donata. Hoc diploma Dl. noverat. Re vera die 20 X a. 1213 et eccl. in Ołobok oppido consecrata et decimae coenobio ab H. Kietlicz archiep. oblatae sunt. Cf. R. Rosin, *Ziemia wieluńska w XII–XV w.*, Studia z dziejów osadnictwa, Łódź 1961, p. 15 sqq., ubi de nonnullis coenobii villis disseritur.

[11] Ołobok, oppidum in distr. Ostrów Wielkopolski, palat. Posn. situm.

[12] Nunc Tykadłów, villa in distr. Calissiensi, palat. Posn. sita.

[13] Nunc Żydów, quae villa in distr. Calissiensi, palat. u.s. non longe ab Ołobok oppido sita videtur.

[14] Utraque villa non exstat.

[15] In diplomatibus *Raclavi* villa nominatur, i.e. Racławy, postea Kaliszkowice Mnisie appellata, quae in distr. Ostrzeszów, palat. u.s. sita est, cf. R. Rosin, op. cit., p. 117 sq.

[16] Cf. diploma KDW, t. I, nrum 81. Wierzbięta, Clementis frater, non filius, monasterium Cisterciensium fundavit. Quod monasterium in Ołobok oppidum translatum est.

[17] Nunc Konarzew, villa in distr. Krotoszyn, palat. u.s. sita.

[18] Nunc Pogrzybów, villa in distr. Ostrów Mazowiecki, palat. Posn. sita.

[19] Nunc Namysłaki, villa in distr. Ostrzeszów, palat. u.s. sita.

[20] Villa s. XVI deleta videtur.

[21] Posteriore tempore villa Staw Duży nominata, quae in distr. Vielunensi, palat. Lodensi sita est.

[22] Laurentius III, fortasse camerarius epi Crac. a. 1212 fuit. Vixit etiam a. 1237–1238. Cuius filius Dobrogostius ignotus est, alter filius Cieszęta subvenator Crac. a. 1224 fuit.

[23] Nunc Chotynin, villa ad flumen Prosna in distr. Wieruszów, palat. Lodensis sita.

[24] Duae sunt villae: Gołuchów, quae in distr. Calissiensi, et Głuchowo, quae in distr. Posn. sita est. Utraque ad coenobium pertinebat.

[25] Villa deperdita.

[26] Cf. Vitam s. Hedvigis, MPH, t. IV.

[27] Henricus II Pius, ca a. 1191 natus, Vrat., Crac., Maioris Poloniae dux, die 9 IV a. 1241 in pugna apud Legniczam oppidum commissa cecidit.

[28] Conradus dux, cuius cognomen Crispus tantum in Chr. PP et in Chr. Pol. Sil. traditur, post a. 1191 natus iam a. 1208 mortuus esse videtur.

[29] Boleslaus, dux maior natu, die 10 aut 11 IX ca a. 1208 obiit.

[30] Cf. Chr. PP et Chr. Pol., MPH, t. III, p. 487, 647 sq. Haec omnia, quae in nullo fonte hist. traduntur, Dl. suis enarravit verbis. R. Grodecki in opere *Historia Śląska*, t. I, p. 220 sq. et n. 2, de bello inter fratres exarso dubitat.

[31] Goldberg, nunc Złotoryja oppidum in Silesia Inferiore situm.

[32] Haec villa in chartis geographicis Silesiae non occurrit.

[33] In chr. u.s. solitudo *Tarnow* vel *Tarnowe*, sed ubi sita sit, nescimus.

[34] Agnes, filia Henrici Pii ducis a. 1220–1222 nata, inde ab a. 1272 abbatissa Trebnicensis die 12 V et post a. 1278 obiit. Fratris filia non soror Henrici et Conradi ducum fuit.

[35] Cf. ... *frustra fingitis filium egrotare* ... cf. *Et sic transivit ad exequias filii* ... Chr. PP, Chr. Pol, MPH, t. III, p. 487, 648.

Annus 1214

[1] Ladislaus Odonic, dux in Calisiensi arce inde ab a. 1207 usque ad 1217 regnabat, cf. MPH N.S., t. VI, p. 12, n. 9, ex quo apparet Dl. erravisse, cum eum a. 1214 nondum adulta aetate fuisse tradidisset.

[2] Ladislaus Odonic dux Henricum Barbatum princ. curatorem habuisse videtur, quocum de Calisia urbe litigabat. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 211 sq.

[3] Dl. in bello Ladislai Odonic ducis cum patruo germano Ladislao Laskonogi princ. gesto describendo fontibus hist. usus est his: Chr. MP, c. 58, Annalibus cap. Gnesn. et diplomatibus. De hoc bello cf. Semkowicz, *Rozbiór*, l.c., A. Kłodziński, *Stosunki Laskonogiego z Odoniczem*, Księga pam. uczniów Uniw. Jagiell., Kraków 1910, p. 96 sqq., S. Zachorowski, *Studia*, R. Grodecki.

[4] Ex solis Annalibus cap. Gnesn. ad a. 1217 cognoscimus Ladislaum ducem urbe et Calisiensi arce potitum esse et in Hungariam Ladislaum Odonic pepulisse (MPH N.S., t. VI, p. 3).

Annus 1215

[1] Cf. *Vincentius episcopus Crac. qui capitulo contulit decimas in Schow, obiit* ... Calendarium Crac., MPH, t. II, p. 915, qui fons solus de hac re tradit. Quae omnia Dl. in LB, t. I, p. 174 sqq., t. II, p. 270, in *Operibus*, t. I, p. 397 latius enarravit.

[2] Villa ad Uszwica flumen in distr. Brzesko, palat. Crac. sita est. Omnes villae in n. 2–18 descriptae in palat. Crac. locatae sunt.

[3] Nunc Gosprzydowa *(Libertas Gotfridi)* villa prope Gnojnik oppidulum posita.

[4] Nunc Tymowa *(Libertas Timonis, Volya Timonis)* ad meridiem a Brzesko oppido, distr. sede, sita est.

[5] Olim Tworkowa Wola nominata, villa ad septentrionem a Tymowa villa locata.

[6] Jurków, villa ad septentrionem ab oppido Czchów spectat.

[7] Villa ad Zakliczyn oppidum, quod ad Dunajec flumen positum est, sita.

[8] Oppidum ad Dunajec flumen situm, inde a s. XV Zakliczyn nominatum.

[9] Nunc Lusławice, villa ab oppido Zakliczyn ad septentrionem orientemque spectat.

[10] Nunc Faściszowa, villa ad orientem ab oppido Zakliczyn sita.

[11] Villa ad Paleśnianka flumen sita prope Zakliczyn oppidum.

[12] Nunc Zdonia, villa prope Zakliczyn oppidum sita.

[13] Villa a Zakliczyn oppido ad orientem sita, distr. Tarnoviensis.

[14] et [15] Duae villae in distr. Brzesko sitae.

[16] Olim Biestnik, villa in distr. u.s. sita.

[17] Nunc Polichty, villa in distr. Tarnoviensi sita.

[18] Nunc Pozna, villa in distr., u.s. sita, in LB non traditur.

[19] Oppidum ad Dunajec flumen, in distr. Brzesko situm, Alba Ecclesia s. XIV nominatum.

[20] Cf. *Anno ... MCCXV — in partibus Tholosaniae*, *Hist. eccles.*, col. 1127. In caeteris rebus porro tractandis Dl. quadam deperdita chr. fratrum Praedicatorum usus est. Concilium Lateranense die 11 XI a. 1215 habitum est.

[21] Fratres Praedicatores a. 1213 in Tuluza regione suis oficiis fungi coeperunt. Quorum ordo a. 1216 a Honorio III papa approbatus est.

[22] De his verbis Innocentii III papae nihil certi scimus. Papa concilio celebrato febre correptus Perusiae obiit.

[23] Cencio Savelli cardinalis, mense Iulio a. 1216 papa electus nomine Honorii III appellabatur, die 18 III a. 1227 obiit. Is a. 1216 et 1223 ordinem s. Francisci confirmavit.

[24] Quae Dl. de Reinaldo magistro, qui ordinem fratrum Praedicatorum condiderat, memoriae tradidit, nullo modo a nobis comprobari possunt.

[25] Cf. ad a. 1203, n. 23. Bartha ep. post diem 15 VI a. 1220 et ante a. 1222 obiit.

[26] Michael de Gołańcza inde a die 5 VIII a. 1222 ep. Vlad. in rebus Polonorum cum Cruciferis agendis plurimum valuit. De eius gente Godzięba dubitamus. Cf. S. M. Szacherska, *Opactwo cystersów w Szpetalu a misja pruska*, Warszawa 1960, p. 36 sqq., et n. 61 ad p. 20, n. 99–101 ad p. 36.

Annus 1216

[1] Hoc loco Dl. res gestas iam ad a. 1212 (cf. n. 12 sqq.) a se relatas latius longiusque enarravit.

[2] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 213, qui de bello Lithuanorum cum Ruthenis brevius disseruit. De hac re cf. etiam in *Lat. ławrent.-suzd.*, ad a. 1225, col. 444 sq., in *Lat. troicki* ad a. 1226, p. 307, in *Lat. Woskresenski* ad a. 1224–1226, p. 133. Pugna die 15 aut 19 III commissa est. E his tribus Lat. discimus Iaroslaum ducem, filium Wszewoldi III, Wielkie Gniazdo dicti, Lithuanos vicisse. In *Lat. Woskresenski* de David et Wasyl ducibus in Toropec arce et regione regnantibus, qui hoc proelio ceciderunt, legimus. De Lithuanis septentrionalem regionem Russiae, i.e. ducatus M. Novogradiae, Toropec, Smolescensem, Polotiensem, vastantibus tantum in *Lat. troicki* et *Lat. Woskresenski* mentiones fiunt. Dl. duo proelia facta esse tradit, in fontibus autem hist. Russicis de uno proelio agitur.

[3] *non incruenta ... victoria*, cf. Sallustium, *Cat.* 7 (supra p. 168, 200).

[4] Mstislaus, filius David, dux M. Novogradiae, postea Smolescensis, a 1230 obiit, cf. n. 5 ad a. 1207.

[5] Andreas presbyter, regis Premislii cancellarius, postea ep. Pragensis, a. 1215 exsilio multatus, die 30 VI a. 1223 exsul obiit. Cf. Pulkawa, p. 127–129 ad a. 1220. De investitura et immunitatibus Eccl. in Bohemia hoc loco agitur, quae in controversia et contentione epi cum rege fuerunt, cf. Novotný, op. cit., t. I 3, c. II.

[6] Quo ex fonte Dl. diem mensemque hauserit, nescimus.

[7] Sigfridus archiep. Maguntinensis a. 1217 epistolam ad Andream ep. Bohemiae dedit, quae ad Bohemiam interdicto perculsam pertinuit.

Annus 1217

[1] De Cristino, palatino Cuiaviae, cf. n. 8 ad a. 1205 et vitam eius in PSB, t. XI, descriptam. Ex annalibus Polonicis Dl. hanc rem cognovit. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 213, qui de calamitate palatini subtiliter disserit et ad quendam ignotum fontem hist. attentos nos facit. Dl. in hoc capite palatinum laudans crudelitatem ducis Conradi reprehendit, infra etiam tradit ducem singulari palatini gloria in invidiam adductum interfectorem factum esse. Necis causa, quae fuerit, ignoramus. Conici potest eam ad rem publicam spectavisse.

[2] Ioannes Czapla, scholasticus Plocensis, cf. infra ad a. 1239, hoc loco hostis palatini Cristini a Dl. dicitur.

[3] Res nobis esse videtur cum oppido Kowal in distr. Vladislaviensi, palat. Bidgostiensis, sito.

[4] *plus ... ingenium*, cf. Livium XXI, 4: *perfidia plus quam Punica.*

[5] Titus, imperator a. 79–81 post Chr. n., cf. Svetonius, *Vitae Caesarum*, Tit. 9.

[6] Cf. J. Powierski, *Stosunki*, p. 154 sqq., qui de expeditione Henrici Barbati ducis contra Pruthenos facta disserit. Henricus persuaseritne Conrado Masoviensi, ut fratres Cruciferos in Poloniam arcesseret, nescimus, cf. Chr. MP, s. 66.

[7] De hoc incendio solus Dl. scribit.

Annus 1218

[1] De Magistro Vincentio, cf. *Annales*, t. II, indices. Cf. 1218 *Wincentius episcopus Crac. cedit. Ivo successit* ... Annales cap. Crac., cf. *1219 Wincentius episcopus Crac. renuntiat episcopatum. Yvo succedit.* Annales Traska, MPH, t. II, p. 802, 836. Dl. Vincentium a. 1218 cessisse vere tradit, sed vitiose scribit de epo annos 12 non 10 dioecesim regente. E caeteris fontibus hist. cognoscimus Magistrum Vincentium a. 1218 vel 1219 dignitatem epi deposuisse et in coenobium Andreoviense se contulisse et monachum factum esse.

[2] Ivo e familia Odrowąż originem duxit, a. 1170–1180 natus, obiit a. 1229, cf. eius vitam in PSB, t. X, cf. *Opera*, t. I, p. 398 sq. Is ducis Lestconis Albi a. 1208–1218 cancellarius, tabularium Gnesn. non administravit. Polonorum s. XIII viventium nobilissimus et clarissimus fuit. Pater eius Saulus vel Paulus appellabatur. Ivo in Końskie villa natus est. Końskie, oppidum, distr. sedes, in palat. Kelcensi situm.

[3] S. Hyacinthus e familia Odrowąż ca a. 1183 natus obiit die 15 VIII a. 1257, cf. PSB, t. X, cf. J. Woroniecki, *Św. Jacek Odrowąż i wprowadzenie zakonu kaznodziejskiego do Polski*, Katowice 1947, cf. Z. Kozłowska-Budkowa, *Założenie klasztoru OO. Dominikanów w Krakowie*, Rocznik Krak., t. XX, 1926. S. Hyacinthus in villa Kamień, ad Opole urbem sita, natus esse videtur. Dl. autem Łąka villam prope Kamień villam sitam enumerat.

[4] Z. Kozłowska-Budkowa, *Założenie*, p. 4 sq., Ivonem a. 1217–1218 iter fecisse, epum autem Crac. inter diem 15 VIII et 28 IX a. 1218 coronatum esse opinatur.

[5] Ugolino Conti inde ab a. 1198 cardinalis-ep. Ostiensis et Velletrensis, postea papa electus est et Gregorius IX appellabatur.

[6] Cf. J. Woroniecki, op. cit., p. 29, et Z. Kozłowska-Budkowa, *Założenie*, qui omnes Ivonem Odrowąż iam a. 1215 s. Dominico obviam venisse opinantur.

[7] De Stephano e Fossanuova originem ducente cardinale eiusque consanguineo Napoleon appellato agitur. Cf. De vita et miraculis S. Iacchonis (Hyacinthi), MPH, t. IV, p. 845, ad a. 1216. Hoc miraculum die 21 II a. 1221 in coenobio S. Sixti, primo domicillo fratrum Praedicatorum, Romae factum esse traditur. Cf. Stud. Źródł., IV, p. 190.

[8] Frater Tancredus, posterioribus temporibus abbas coenobii Praedicatorum Romae fuit.

[9] B. Czeslaus, Polonorum lingua Czesław appellatus, abbas monasterii fratrum Praedicatorum Vratislaviae fuit, die 15 VII a. 1242 obiit, cf. PSB, t. IV. Cf. ... *obtinuit sibi tres ... sanctum Jacchonem, sanctum Cesslaum et Hermannum Theotonicum* ..., MPH, t. IV, p. 846. Dl. autem quattuor nomina tradit. De Hermano et Henrico nihil certi scimus, qui ambo in Poloniam non pervenerunt.

[10] Quo fonte hist. Dl. in hoc capite componendo usus sit, nescimus. Quaedam tantum in chr. Russicis inveniuntur.

[11] Mstislaus Mścislawicz Udały, dux a. 1227 Haliciensem ducatum Andreae, filio regis Hungarorum (non Colomani) tradidit et in Ponizie regionem se contulit, postea in Torczesk arce regnavit. Cf. *Lat. hip.*, col. 750, cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, p. 87, 97 sq.

[12] Mstislaus dux, cum e Halicia urbe profectus esset, aegrotavit et a. 1227 vel 1228 obiit; ubi sepultus sit, nescimus.

[13] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 214. In *Lat. hip.*, col. 753 expeditio a. 1228–1229 facta et nomina ducum traduntur. In nullo fonte hist. de Mstislao, Smolescensi duce, adiuvante legimus.

[14] Otto IV rex annos 20 regnavit, cf. n. 14 ad a. 1208. Philippus rex annos 10 imperavit. Otto IV in Harzburg arce morbo, qui desynteria vocatur, die 19 V a. 1218 periit. Quo e fonte hist. haec Dl. hauserit, nescimus.

[15] De Andrea II rege, qui expeditioni in Terram Sanctam factae interfuit, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 214, qui etiam mediocres errores Dl. corrigit.

[16] Damietta, urbs et portus in Aegypto situs.

Annus 1219

[1] Henricus Kietlicz archiep. die 22 III a. 1219 obiit. De eius successore, qui bis eligebatur, et de Ivone Odrowąż epo, qui dignitate decessit, Dl. nihil sciebat. Hoc enim caput apud Dl. statuta synodalia a Henrico Kietlicz edita amplectitur.

[2] Vincentius, praepositus Gnesn., Ladislai Loripedis princ. cancellarius e familia Cervorum-Niałek originem duxit. Cf. *Opera*, t. I, p. 352, ubi Dl. vitiose eius familiam Nalancz tradit. Vincentius a papa die 5 X a. 1220 archiep. confirmatus est. A. 1232 ineunte obiit. Cf. J. Umiński, *Arcybiskup Wincenty z Niałka*, Księga pam. ku czci W. Abrahama, t. II, Lwów 1934.

[3] *funiculis ... dilatandis*, cf. *Vlg.*, Isai. 54, 2: *dicata locum tentorii tui, longos fac funiculos tuos.*

[4] De antiquissimis statutis synodalibus in Polonia editis hoc loco agitur, cf. *Statuty synodalne Henryka Kietlicza*, opr. A. Vetulani, uzup. Z. Kozłowska-Budkowa, Kraków 1938, p. 19, 23, 27, 37, 47 sq.

[5] I.e. privilegium fori in c. 5 statutorum synodalium editum. Synodus a. 1217 in Kamień, oppidulo prope Calisiam urbem sito, celebrata est. Hoc privilegium omnium Eccl. Polonicae datorum maximum fuit.

[6] Archiep. Henricus Kietlicz a. 1206 exeunte et a. 1215–1216 Romam proficiscebatur. Legatus Sedis Apostolicae in Polonia et Prussia ante concilium a. 1214 celebratum dictus est. Quam dignitatem usque ad mortem gessit. Hoc loco agitur de magno privilegio Eccl. Polonicae a. 1210 in Borzykowa oppidulo edito et de aliis privilegiis, quibus et Ladislaus Loripes et ipsi viri ecclesiastici contradicebant. Cf. A. Vetulani, *Statuty*, c. III, cf. J. Umiński, *Henryk arcybiskup gniezn. zw. Kietliczem*, Lublin 1926, p. 36, 107.

[7] Petrus a SV Maria in via Lata, Capuanus nominatus, qui a. 1197 et sq. legatus Sedis Apostolicae in Polonia fuit, synodum celebravit. Cf. *1197 Petrus cardinalis venit in Poloniam ... legatus qui instituit matrimonium contrahere in facie eccl. et habere uxores sacerdotibus interdixit*, Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 800. Cf. ib., p. 876, t. III, p. 353.

Annus 1220

[1] Grzimislava, filia Ingvar ducis Luceoriensis, Lestconi Albo duci a. 1207 nupsit, obiit post diem 13 VI a. 1258. Cf. PSB, t. IX. De eius nuptiis omnia a Dl. ficta sunt.

[2] Christianus, primus ep. Prussiae (a. 1216–1245) ante a. 1180 natus, obiit a. 1245, de eius vita cf. PSB, t. III. Notissimus clarissimusque eporum s. XIII viventium fuit. Conradus Masoviae dux ei epatum Culmensem non dedit, Christianus enim, cum epatus Culmensis in 4 dioeceseos dolo fratrum Cruciferorum divisus esset, ipse epatum Cułmensem sibi elegit. De qua re multi viri historiae periti scripserunt.

[3] De hac notissima donatione Conradi ducis die 5 VIII a. 1222 facta agitur. Diploma genuinum periit, eius autem exemplaria a. 1240 et 1264 confecta ad nos pervenerunt. Kod. Maz. (K) nr 217, Preuss. UB, t. I, nr 41. E documento, cuius nrus 41 est, discimus arcem Culmensem iterum aedificatam esse.

[4] Cf. [Fridericus] ... *Ottone mortuo, venit Romam pro corona ... Erat autem tunc ann. XXVIII*, *Hist. eccles.*, col. 1131. De Friderico II cf. n. 14 ad a. 1212.

[5] De hac expeditione adversus Andream II regem (non contra Colomanum ducem) legimus in *Lat. hip.*, col. 758 sq. ad a. 1229. Cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, p. 104 sqq., qui hanc expeditionem mensibus Februario et Maio a. 1230 factam esse opinatur.

[6] Daniel dux, filius Romani a. 1201 aut 1202 natus, princ. Haliciensis, Laodimiriensis, Luceoriensis, m. dux Kijoviensis a. 1264 obiit.

Annus 1221

[1] Cf. *1221 facta est erumpcio ymbrium in Polonia et inundatio aquarum per triennium et ex hoc fuit fames per byennium* ..., Annales Traska, MPH, t. II, p. 836 sq., cf. caeteros annales, t. III, p. 164.

[2] Cf. *Hic in principio sui imperii ... sicut filius ab Ecclesia educatus — usque in finem vitae*, *Hist. eccles.*, col. 1131, unde Dl. paene ad verbum describens hoc caput composuit. Fridericus II imperator die 29 IX a. 1227 et die 23 III a. 1228 a Gregorio IX papa anathematizatus est: etiam regio, qua Fridericus versabatur, interdicta est.

[3] I.e. die 21 VI a. 1226, cf. *1226 ... Boleslaus, filius Leztkonis nascitur XI Kalendas Julii*, Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 802. In caeteris annalibus a. 1225 aut a. 1226 indicatur, cognomen autem eius Pudicus traditur.

[4] De hac expeditione Andreae II regis una cum filio Bela duce suscepta et de Haliciensi arce obsessa et de peste legimus in *Lat. hip.*, col. 760 sq. ad a. 1229 sq.

Annus 1222

[1] Dl. de eccl. Cracoviensi, quae parochialis S. Trinitati dicata fratribus Praedicatoribus data est, hoc loco et latius in LB, t. III, p. 449 scribit. Cf. Z. Kozlowska-Budkowa, *Założenie*, quae Hyacinthum Odrowąż hieme a. 1222 una cum fratribus Cracoviam pervenisse; die 25 III e.a. fratres iam ecclesiam S. Trinitatis habuisse; ecclesiam die 12 III a. 1223 consecratam esse; monasterium autem fratrum Praedicatorum ante a. 1225 aedificatum esse opinatur.

[2] Solus Dl. de fundatione eccl. SV Mariae in Circulo Crac. tradit. Cf. M. Friedberg, *Założenie i początkowe dzieje kościoła N. Panny Marii w Krakowie*, Rocznik Krak., t. 32, 1928, qui Ivonem Odrowąż s. XIII ineunte aedificii saxis exstructi partem fundavisse ibique a. 1221 aut 1222 parochiam ex eccl. S. Trinitatis translatam esse suspicatur.

[3] De hac re Dl. iam ad a. 1221 scripsit.

[4] Kacice, villa in confinio Słomniki oppiduli, in distr. Miechoviensi, palat. Crac. sita.

[5] Słomniki, superioribus temporibus Szłomniki vel Szłumniki oppidulum, distr. et palat. u.s. situm.

[6] Huic monasterio primum Vislaus, Ivonis Odrowąż consanguineus, a. 1218, ut videtur, villas Kacice et Prandocin dedit, quod fide diplomatis a. 1222 ab epo Ivone Odrowąż editi comprobatur (Dypl. Mog. nr 2), postea Ivo fundationem suscepit; Vislao 7 villas dedit, coenobio autem decimas 9 villis imperatas (inter quas Cholewice et Moniakowice villae fuerant) et Claram Tumbam villam una cum regione dedit, cf. infra, ubi de coenobio translato dicitur. Cf. diploma nr 2 in Dypl. Mog. et cf. J. Szujski, *Monografia opactwa Cystersów w Mogile*, Kraków 1867, p. 11.

[7] Nunc Prandocin, oppidulum in distr. Miechoviensi, palat. Crac. situm.

[8] Muniakowice, villa in regione Słomniki oppiduli sita.

[9] Villa, quae usque ad s. XVI *Choleuici*, *Cholyewycze* nominabatur, postea pars Prandocin oppiduli fuit, nunc non exstat.

[10] Quo e fonte hist. haec Dł. hauserit, nescimus.

[11] Fundator huius coenobii Nicolaus, canonicus cathedralis Vrat., Henrici Barbati ducis cancellarius, die 30 XI a. 1227 obiit. Is e Maiore Polonia originem duxit, ex quo evenit, ut non e bonis hereditariis, sed ex his, quae emerat, nonnulla coenobio donaverit, e.g. Heinrichow villam una cum regione. Duce consentiente fratres Cistercienses e monasterio Lubensi die 28 V a. 1227 in hoc coenobium deduxit. Dł. *Librum fundationis claustri SM Virginis in Heinrichow*, quem R. Grodecki edidit et in linguam Polonam vertit, Poznań-Wrocław 1949, fontem hist. maximi momenti, noverat. Qua de causa, quae possessiones coenobio fuissent, non tradidit.

[12] Heinrichow, villa in distr. Ząbkowice Śl., palat. Vrat. sita.

[13] Cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, p. 106, qui opinatur Daniel ducem Andrea rege eiusque filio Bela auctoribus a. 1230 Haliciensi ducatu esse privatum. Colomannus dux tunc puer 14 annorum fuit.

Annus 1223

[1] Nunc Prądnik Czerwony, suburbium Cracoviae, s. XVI Parvus nominabatur.

[2] Solus Dł. de domo hospitali in Prądnik ab epo Fulcone fundanda scribit. Cf. etiam LB, t. III, p. 38. De hac fundatione in caeteris annalibus Poloniae ad a. 1222 et 1223 legimus, cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 217. Cf. L. Wachholz, *Szpitale krakowskie 1220–1920*, t. I, Kraków 1921, p. 6. Quo anno domus hospitalis fundata sit, nescimus.

[3] Nunc Krowoderska, platea Cracoviae urbis, s. XIII *Crowodra* vel *Krowodrza*, suburbium Crac., nominabatur.

[4] Nunc Wronin et Wroniec villae, quae s. XIV Wroniniec Mały et Wronin Duży nominabantur, ad meridiem occidentemque a Proszowice oppido in distr. Proszowice, palat. Crac. sitae. Olim fratres s. Spiritus de Saxia prope eccl. s. Crucis habitantes has villas habuerunt.

[5] Canonici regulares s. Spiritus de Saxia, lingua Polonorum duchacy nominati, s. XII Romae sedem suam et domum hospitalem S. Mariae in Saxia possidebant; s. XII ineunte e Francogalia in Poloniam deducti sunt; s. XIII in eorum coenobiis iam multi homines infirmi curabantur.

[6] Eccl. s. Crucis arte gothica aedificata olim ad domum hospitalem pertinebat. Solus Dł. annum diemque, quo fratres s. Spiritus translati sunt, tradit. Prandotha ep. eos Ivone epo decedente transtulit.

[7] Nunc Plac Teatralny vel Plac św. Ducha nominatur, quo loco domus hospitalis usque ad s. XIX fuit. Una domus lapidea, hospitali deleto sub Cruce nominata restabat.

[8] Villa ad meridiem orientemque ab oppido Wieliczka (i.e. Magno Sale) in distr. et palat. Crac. sita, ab Ivone Odrowąż epo coenobio data est.

[9] Cf. n. 1 a. 1218 et fontes hist., e quibus cognoscimus Magistrum Vincentium die 8 III a. 1223 mortuum esse. In annalibus Poloniae de hoc epo, qui annos 5 in monasterio Andreoviensi fuit, legimus. Cf. MPH, t. III, p. 353 sq. et t. V, p. 891, De loco, quo ep. sepultus est, cf. R. Grodecki,

*Mistrz Wincenty zw. Kadłubkiem*, Rocznik Krak., t. 19, 1923 et S. Kiełtyka, *Błogosławiony Wincenty Kadłubek*, Nasza Przeszłość, t. 16, 1962.

[10] His verbis Magister Vincentius incepit Chr. Polonorum, MPH, t. II, p. 249. Cuius Chr. aestimatio a Dl. facta magni momenti nobis est.

[11] Cf. Kod. KK, t. I, nr 9, ubi tantum de villa a. 1213 eccl. collegiatae Kelcensi data, sed nihil de 10 praebendis fundatis legimus.

[12] Brzezie, villa in distr. Bochnia, palat. Crac. sita, cf. *Opera*, t. I, p. 375.

[13] Cf. ad a. 1214, ubi de Ladisłao Odonic e Calissiensi arce expulso eiusque fuga in Hungariam facta etc. iam Dl. narrabat. Cf. Chr. MP, c. 58 et 59.

[14] De Helinga fontes hist. Polonici silent. Ladislaus Odonic a. 1218 Hedvigim, Svantopelconis ducis sororem, Msczugii I Pomeraniae ducis filiam uxorem duxit. Cf. K. Jasiński, *Uzupełnienia*, p. 100 sq. et n. 98, cf. J. Powierski, *Stosunki*, p. 159.

[15] Nunc Ujście oppidum, veteribus temporibus Uście, arx ad Noteć flumen sita fuit. Cf. Annales cap. Gnesn. et Chr. MP, c. 58, MPH, N.S., t. VI, p. 3, t. VIII, p. 302 sq., ubi de arce obsessa et capta ad diem 9 X a. 1223 legimus. Apud Dl. dies 7 X traditur.

[16] Hic legatus Sedis Apostolicae Poloniam a. 1222–1223 visitavit, obiit post diem 9 V a. 1226. Ecclesiae fratrum Praedicatorum Cracoviae consecrandae aderat, cf. MPH, t. II, p. 802, 876. Cf. K. Gołąb, *Opat Obizo*, Nasza Przeszłość, t. X, 1959, p. 130 et n. 44, cf. Z. Kozłowska, *Założenie*, p. 16 sq.

[17] Ignotus, cf. Z. Kozłowska, op. cit., p. 17.

[18] I.e. die 12 III a. 1223.

[19] Polonorum lingua Gedko appellabatur, qui ep. Plocensis a. 1206 factus, post die 18 IV a. 1223 obiit, cf. PSB, t. VII. Dl. in *Operibus*, t. I, p. 548, epum e gente Grifonum natum esse tradit, sed de eo epo electo et de eius controversia cum Henrico Kietlicz archiepo orta nihil scribit.

[20] Solus Dl. de hoc epo narrat (cf. *Opera*, t. I, p. 548). Vixeritne re vera, nonnulli historicorum dubitant. Cf. PSB, t. X, ubi de eo ca a. 1227 mortuo legimus.

[21] Guntherus canonicus et decanus (a. 1207–1222), ep. Plocensis a. 1227 electus ca a. 1232 obiit. De eius vita cf. in PSB, t. IX.

Annus 1224

[1] Dl. in hoc capite iterum ac tertio de fame et calamitatibus scribit, cf. ad a. 1221. Diploma Lestconis Albi ducis die 13 VI a. 1224 (Kod. KK, t. I, nr 13) confectum Dl. secutus de colloquio in Rozegroch villa celebrato et de nuntiis ex Hungaria missis narrat. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 218, qui de his nuntiis dubitat.

[2] Villa ignota, nomen eius obscurum nobis est.

[3] De Cleto epo Agriensi in diplomate supra dicto mentio fit. Etiam ad a. 1225 et a. 1242 de eo legere potes.

[4] Quae Dl. de primi coenobii Oliviensis exitio tradidit, non minimi momenti nobis sunt, sed quo anno hoc factum sit, diiudicare non possumus, nam in alio fonte hist. de alio anno legimus.

Cf. Chr. Ol., cf. Librum mortuorum coenobii Oliviensis, ubi dies 2 I a. 1234 traditur, cf. indicem fundatorum eiusdem monasterii, MPH t. V p. 504 t. VI p. 353 ad a. 1224. Dl. in his narrandis Chr. Ol. usus esse videtur. In ea enim chr. de a. 1224 et de Lubaviensi, Culmensi terris vastatis et de fratribus Dobrinensibus legimus, sed quae multitudo hominum perierit, reperire non possumus. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 218, cf. J. Powierski, *Stosunki*, p. 161 sq., qui haec a. 1226 facta esse opinatur.

[5] De fratribus Dobrinensibus agitur, quorum mentionem Dl. iam ad a. 1207 fecit.

[6] Cf. n. 6 ad a. 1208. Haec a. 1211 nata est.

[7] Cf. Annales capit. Gnesn. ad a. 1224, MPH, N.S., t. VI, p. 3, 12 sq., ubi nomen landgravii deest. Hic fuit Lodovicus, landgravius Thuringiae, cf. n. 14 ad annales u.s. et R. Grodecki in opere *Historia Śląska*, t. I, p. 195, 204 sqq.

Annus 1225

[1] De hac obscura expeditione Henrici Barbati ducis adversus Lestconem Album ducem facta cf. Annales cap. Crac. ad a. 1225, MPH, t. II, p. 802. Quae in his font. hist. tradita erant, Dl. amplificavit. Narrationem Dl. veram esse viri historiae periti opinantur. Eo enim tempore nobilissima familia Odrowąż cum Grifonibus contendebant, quin etiam Grifones Henricum Barbatum ad Cracoviam urbem auxilium rogantes deduxerunt. Cf. R. Grodecki, in opere *Historia Śląska*, t. I, p. 205 et n. 1, K. Górski, *Ród Odrowążów*, p. 73 sq. W. Semkowicz, *Ród Awdańców*, p. 340 sq.

[2] Marcus e gente Grifonum natus, palatinus Crac. in Silesiam se recepit, a. 1225 periit, cf. W. Semkowicz, l.c.

[3] Cf. K. Górski, *Ród Odrowążów*, p. 72, qui Ostasium e gente Rawitarum fuisse opinatur.

[4] De hoc nihil certi scimus.

[5] Ignotus.

[6] Dzierslaus Abrahamowic e familia Odrowąż natus, castellanus Visliciensis, a. 1224 aut 1225 periit.

[7] De Budislao nihil certi scimus, a. 1224 aut 1225, ut videtur, occisus est.

[8] Cf. *Henricus dux Zlezie stetit in Cracovia octo diebus cum suo exercitu et recessit.* Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 802.

[9] Narratio a Dl. ficta; de nulla pace inter princ. facta scimus.

[10] Cf. ad a. 1222, ubi Dl. de eadem re scribit. Cf. B. Włodarski, *Polska i Ruś*, p. 107 et 110, qui de Andrea (non Colomano) duce in Haliciensem ducatum revertente eiusque morte a. 1233 facta disserit. In *Lat. hip.*, col. 771 annus mortis 1234 indicatur. Nobiles Halicienses a. 1235 Michaelem ducem, filium Wszewoldi, rogaverunt, ut Haliciensis ducatus imperium obtineret. Isaslaus et Vladimirus duces, qui fuerint, nescimus.

[11] Michael, filius Wszewoldi ducis ca a. 1185 natus, dux Perejaslaviensis, Czyrnejoviensis, m. dux Kijoviensis, a. 1235–1238 dux Haliciensis, die 20 IX a. 1246 obiit.

[12] Haec incendii mentio in fontibus hist. ante Dl. ortis non occurrit.

[13] In hoc capite Dl. multa repetens in errorem nos coniecit. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 129. De coenobio Mogilnensi spoliato Dl. ad a. 1230 scribit. De horreis, quae in Niedźwiedź villa spo-

liata sunt, Dl. ad a. 1226 mentionem iterum fecit. De Ladislao Odonic duce, qui in Hungariam fugit, de eius matrimonio, vide ad a. 1223.

[14] Filii Ladislai Odonic ducis erant hi: Premislius, Boleslaus Pius nominatus, Siemomysł, filiae autem duae duci erant.

[15] Cf. ad a. 1226 (p. 244), ubi de Dobrogostii palatini Posn. morte sermo est. Erat etiam alius eiusdem nominis palatinus Gnesn., qui ad personam ducis Ladislai Loripedis factus est.

Annus 1226

[1] Cf. Chr. MP, c. 59, quod caput Dl. amplificavit et res gestas ad a. 1226 enarravit. In eadem chr. de pugna die 15 VII commissa, de palatini morte, de Posnaniae et Calisiae urbibus arcibusque occupatis legimus. Ex annalibus cap. Gnesn. haec omnia a. 1227 facta esse cognoscimus. Cf. MPH, N.S., t. VI, p. 4.

[2] I.e. 13 VII; quo ex fonte Dl. hunc diem hauserit, nescimus.

[3] Quo fonte Dl. usus sit in hac mentione facienda, ignoramus. Niedźwiedź, villa in distr. Ostrzeszoviensi, palat. Posn. sita.

[4] Hoc Dl. repetit, cf. n. 3 ad a. 1221.

[5] Gerardus, primus ep. ecclesiae Romanae in Russia, Ordinis Cisterciensis, prius abbas coenobii Opatoviensis, obiit ca a. 1256. De eius vita cf. PSB, t. VII.

[6] Ignotus.

[7] Dl. de fundatione monasterii ad a. 1222 scripsit. Hoc loco diplomate falso, a. 1225 confecto, usus est, e quo de monasterio in villam Mogiła (Claram Tumbam nominatam) translato cognovit. Dypl. Mog. nr 4. Annus, quo monasterium translatum est, in Catalogis eporum Crac. et Annalibus Sandivogii (MPH, t. III, p. 355, t. II, p. 877) 1225 traditur. Dl. autem in *Annalibus* et in LB, t. III, p. 421, annum 1226 indicat.

[8] Dobczyce, oppidum in distr. Myślenice, palat. Crac. situm. Prandotha ep. monasterio decimas a. 1266 dedit (Dypl. Mog., nr 28).

[9] Nunc Winiary, villa in distr. et palat. u.s. sita. Quae Dl. de ecclesia in Clara Tumba villa aedificanda tradit, ipse vidit.

[10] Cf. Catalogum IV eporum Crac., MPH, t. III, p. 356; mentionem de eccl. s. Iacobi in Sandomiria urbe sita, quae fratribus Praedicatoribus data est, Dl. in *Annalibus* et in LB, t. III, p. 454 repetivit. In libro: *Katalog zabytków sztuki, pow. sandomierski*, 1962, legimus de prima eccl. parochiali s. Iacobo dicata, quae s. XII iam fuit, et de altera, quae ipso loco s. XIII medio aedificata et fratribus Praedicatoribus data est. Parochia s. XIII in ecclesiam s. Pauli translata est, ergo Sandomiriae eo tempore una eccl. et unum monasterium (non duo) fuerunt. Hoc monasterium, utrum ab Ivone Odrowąż epo Crac. aedificatum sit, an non, diiudicare non possumus.

[11] Cf. Catalogum V eporum Crac., MPH, t. III, p. 355. De synodo ab Ivone epo intermissa nullo fonte hist. legimus. Ivo diplomate papae Urbani III, cf. Kod. KK, t. I, nr 3, argumento usus postulabat, ut suo optimo iure sedem prope archiep. in synodo celebranda obtineret.

[12] Hoc caput deest in *Ed. Crac.* Honorius III papa die 18 III a. 1227 obiit. De Gregorio IX papa

electo, cf. n. 5 ad a. 1218. Electio die 19 III a. 1227 domi s. Gregorii, loco Septizonio, Romae facta est. Papa die 11 IV a. 1227 coronatus est.

[13] Cf. n. 20 ad a. 1223. Iohannes ep. ca a. 1227 obiit.

[14] Cf. n. 21 ad eundem annum. De huius insignibus Prus nominatis nihil certi scimus.

Annus 1227

[1] In hoc capite Dl. de Lestcone Albo duce necato narrat. De hac re Dl. in fontibus hist. legit his: in Chr. MP, c. 60, in *Annalibus*, in Chr. PP, Chr. Pol, in *Lat. hip.*, in Chr. Alberici de Trois Fontaines (MGH SS, t. XXIII, 1874). Ipse nonnulla addidit, quorum multa nobis obscura sunt. S. Smolka, W. Semkowicz, A. Semkowicz, A. Kłodziński, S. Kujot, J. Umiński, M. Łodyński, R. Grodecki, G. Labuda de hac caede disserebant. Dl. Chr. MP secutus in narrationis initio opinionem suam protulit superbiam et seditionem Svantopelconis ducis causam necis fuisse.

[2] De Boguslao I duce, qui temporibus Casimiri Iusti princ. vixit, cf. n. 4 ad a. 1179.

[3] Gąsawa, oppidulum in distr. Żnin, palat. Bidgostiensis situm, ad monasterium Trzemesznense pertinebat (KDW, t. I, nr 11). Ibi colloquium 4 princ. et 7 eporum omnium provinciarum Poloniae mense Novembri a. 1227 celebratum est. Fontes hist. de Ladislao Loripede colloquii participe silent. Is tamen horum omnium praeses fuit. Dl. recte scribit omnes convenisse ad controversiam Ladislai Loripedis ducis cum Ladislao Odonic duce de terris diiudicandam.

[4] Dl. dicens Svantopelcum solum caedis reum fuisse, in errorem nos coniecit, cum Ladislaus Odonic Svantopelco duci persuasisset, ut facinoris societatem iniret. Ladislaus etiam duos princ. necari iussit, ut terras suas retinere posset. Dl. de quibusdam promissis Ladislao Odonic factis scripsit, ex quo apparet eum has res minime intellexisse.

[5] Cf. Chr. Pol, MPH, t. III, p. 648, ubi de Ladislao Odonic duce legimus, qui omnes princ. colloquii participes ad Nakel arcem obsidendam adhortatus est. Obsessionem autem simulavit. Haec mentio maximi momenti est, sed Dl. eam omisit.

[6] Svantopelcus e Nakel arce dimissus impetum adversus princ., qui in balneario fuerunt, fecit. De his in Chr. MP et in Chr. Pol verissima invenies.

[7] Marcinkowo, villa in distr. Iunivladislaviensi, palat. Bidgostiensis, sita.

[8] De milite Peregrino e Lusatia veniente cf. Chr. PP, Chr. Pol, MPH, t. III, p. 640, 648, 485, cf. H. Polaczkówna, *Ród Wesenborgów w Polsce*, Rocznik Herald., t. VII, p. 137.

[9] Annus diesque caedis Lesconis Albi ducis in fontibus hist. indicantur hi: in Annalibus cap. Crac. et Chr. MP a. 1227, in caeteris fontibus a. 1225, 1226, 1228, dies autem 23, 24, 27 XI. Viri historiae periti a. 1227 indicant. E Necrologio fratrum Praedicatorum Crac. diem 14 XI Dl. hausit. Historici diem 23 XI dicunt (Balzer, *Genealogia*, p. 264).

[10] Epi colloquii in Gąsawa oppidulo habiti participes in diplomate a. 1232 (KDM, t. II, nr 403) confecto eo ipso ordine nominantur.

Annus 1228

[1] Dl. hoc loco contentionem duorum princ., Lestconis Albi ducis iuvenis cum Ladislao Loripede Maioris Poloniae duce, cuius nomen omisit, de provinciis gubernandis enarravit. In his describendis

utraque chr. Silesiaca usus est. (Chr. PP, Chr. Pol, MPH, t. III, p. 485, 641). Cf. S. Zachorowski, *Studia do dziejów wieku XIII*, R. Hist., t. 62, 1921, p. 89 sqq., cf. R. Grodecki, in opere *Historia Śląska*, t. I, p. 207 sq.

[2] Dl. iam de his nobilibus dixit; Pacosláus usque ad a. 1227 palatinus Crac. et Sandomiriensis fuit. A. 1228 Marcus e gente Grifonum natus, palatinus Crac. factus est, alter Marcus ex eodem gente a. 1230 hoc munus gessit, ex quo apparet nobilissimam gentem Grifonum eo tempore plurimum valuisse.

[3] Grzymisława ducissa, vidua usque ad a. 1228 medium ducatum Crac. regebat.

[4] In Chr. PP, in Chr. Pol, in Annalibus Siles. compilatis (MPH, t. III, p. 677, 641, 486), in Annalibus cap. Crac., in Annalibus Krasiński (ib., t. II, p. 803, t. III, p. 132) de tribus castellis eo tempore muro exstructis legimus. Castella fuerunt in regionibus his: in Przeginia, villa in distr. Ilkussiensi, palat. Crac., iuxta viam, qua Cracoviam urbem venies, sita — in Skała, villa ad Prandnik flumen sita, — in Międzyborze, loco ad septentrionem orientemque ab Opoczno oppido sito.

[5] Hic non fuisse videtur, cf. Balzer, *Genealogia*, p. 328 sq.

[6] *fortunam … temptaturus*, cf. Sallustium, *Cat.* 57, 5: *fortunam belli temptare.*

[7] *fortuna … mutata non est*, cf. Iustinum 31, 5: *statim cum loco fortunam belli mutatam.*

[8] Nunc Wrocieryż, villa s. XIII etiam Sudowic, s. XIV Sandowice nominata, ad septentrionem orientemque ab Andreovia oppido sita, s. XIII ad monasterium in Clara Tumba villa pertinebat. In nullo alio fonte hist. eae commemorantur. Cf. J. Jacniacka, *Walki ks. Konrada Mazowieckiego z Henrykiem Brodatym pod Skałą i Międzyborzem*, Prace hist., 50-lecia akad. Koła Historyków… we Lwowie, 1929, p. 59 sqq. Omnia, quae ad archeologiam pertinent, ab A. Żaki viro doctissimo explicata sunt.

[9] Spytkowice villa in distr. Wadowice, palat. Crac. sita, 84 chiliom. a Wrocieryż villa distat. De Henrico Barbato duce, qui dolo captus est, in Chr. PP, Chr. Pol, in Annalibus Traska legimus, cf. J. Jacniacka, op. cit., p. 63 sqq., cf. R. Grodecki, in opere *Historia Śląska*, t. I, p. 209, qui hoc a. 1228 factum esse opinatur.

[10] In Chr. PP et Chr. Pol de Płoczko oppido legimus, cf. J. Jacniacka, op. cit., p. 64. Quae Dl. de familia Henrici Barbati ducis porro narrat, e Genealogia s. Hedvigis, MPH, t. IV, p. 647 hausta sunt.

[11] Anna ducissa a. 1204 nata, die 23 VI a. 1265 obiit. Post mortem mariti ducatum Vrat. a. 1241–1242 regebat.

[12] Boleslaus II Calvus, Rogatka dictus, ca a. 1224–1230 natus, dux Vrat., Silesiae, Lubucensis terrae usque ad a. 1249 fuit, obiit mense Decembri a. 1278.

[13] Henrici ducis natu minor filius ca a. 1224–1230 natus, presbyter Vissegradensis, cancellarius Regni Bohemiae, ep. Passaviensis, archiep. Juvaviensis, legatus Sedis Apostolicae, mense Decembri a. 1270 obiit.

[14] Henricus III dux, Albus nominatus, ca a. 1229 natus, in ducatu Vrat. regnabat, die 3 XII a. 1266 obiit.

[15] Conradus I dux, a. 1249 ep. Passaviensis factus, dux Glogoviensis, Bithomiensis, Crosnensis, die 6 VIII a. 1273 aut a. 1274 obiit.

[16] Hedvigis, coenobii Vrat. s. Clarae abbatissa, die 3 IV a. 1318 obiit. Agnes, coenobii Trebnicensis abbatissa, die 12 V post a. 1278 obiit. Constantia, uxor Casimiri I princ. Cuiaviae, die 21 II 1257 obiit, Gertrudis, post a. 1220 nata, uxor Boleslai I ducis Sandom., Siradiensis, Masoviensis, post a. 1224 et ante a. 1247 obiit, Elisabeth, uxor Premislii I ducis Posn., die 16 I 1265 a. mortua est.

[17] Cf. Vitam s. Hedvigis, MPH, t. IV, p. 524, ubi neque de Ploczko, neque de Czersk, nec de Crusvicia oppidis legimus.

[18] Henricus dux de iure suo ducatus Crac. decedere coactus est, ut videtur, postea papam rogavit, ut iureiurando solveretur.

[19] Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 287 et 297, qui statuit Henrici Barbati ducis neptes posteriore tempore filiis Conradi, ducis Masoviae, desponsas esse eamque rem ad pactiones condicionesque inter Henricum et Conradum statuendas nullam vim habuisse.

[20] De bulla papali ad Henricum Barbatum ducem missa nihil certi scimus.

[21] Cf. *Lat. hip.*, col. 778 ad a. 1237, cf. *Lat. ławrent-suzd.*, col. 514 sq., ad a. 1236, cf. *Lat. troicki*, p. 313 ad a. 1237, ubi de Suzdal arce occupata, de Riazan arce capta legimus, in *Lat. troicki* etiam de arce Vladimiriensi capta mentio fit. In his fontibus hist. nihil de Vladimiri duce Rostoviensi traditum est.

[22] Res nobis esse videtur cum Georgio II, filio Wszewoldi ducis, qui a. 1238 obiit. Is a Dl. Gregorius, cf. infra, nominatur.

[23] Hic Vladimirus III, dux Kijoviensis et Smolescensis, qui obiit a. 1239, fuisse videtur.

[24] Cf. diplomata fundationis a Svantopelcone duce die 22 I a. 1227 et a Michaele, epo Cuiaviensi die 8 V a. 1227 edita, Pomm. UB, nr 34, 36, quae ab editoribus falsa putabantur, sed J. Kłoczowski, *Dominikanie polscy nad Bałtykiem w XIII w.*, Nasza Przeszłość, t. VI, p. 100 sqq., ea genuina exemplaria esse dicit. Dl. a. 1228 pro a. 1227 vitiose tradidit.

[25] Venceslaus I dux Bohemiae a Sigfrido, archiep. Maguntinensi, die 6 II a. 1228 coronatus est, quod fide Annalium Pragensium et Pulkawae, p. 134, comprobatur. Cf. Novotný, op. cit., t. I 3, p. 580.

[26] Cunegundis, filia Philippi, ducis Sueviae, ab a. 1207 uxor Venceslai I, una cum marito coronata erat, die 13 IX a. 1248 obiit.

[27] Diploma fundationis periit. Miles Vrotislaus e familia Gerałt natus monasterium s. XII medio fundavit. Papa a. 1141 fundationem comprobavit, cf. *Repertorium*, p. 119, 144 sq. Dl. autem Ivonem Odrowąż epum Crac. monasterium fundavisse opinatur. Ivo re vera solas decimas monasterio addidit. Cf. W. Semkowicz, *O początkach rodu Geraltów i fundacji klasztoru Norbertanów w Brzesku*, Mies. Herald., R. II, 1909, p. 17 sqq. Monasterium postea in Chebdów villam translatum est.

[28] De Brzesko Stare, villa in distr. Brzesko, palat. Crac., sita, sermo est. Brzesko Nowe, villam in distr. Proszowice, palat. Crac. sitam, unus ex abbatibus loco ad coenobium pertinente die 6 X a. 1279 condidit, cf. Kod. KK, t. I, nr 82.

[29] Cf. ... *Gregorius Sanctam Elisabeth ... Catalogo Sanctorum annumerat ... Hist. eccles.*, col. 1134. S. Elisabeth die 27 V a. 1235 ad Sanctorum numerum adscripta est. De corona aurea nihil scimus.

Annus 1229

[1] Dl. in hoc capite componendo Chr. MP usus esse et eius chronicae caput amplificavisse videtur. Sed ex hac chr. cognoscimus bellum Ladislai Loripedis ducis cum Ladislao Odonic duce a. 1228 factum esse. Dl. mentionem de Svantopelcone duce Pomeraniae auxilio veniente adiecit. Cf. A. Kłodziński, *Stosunki Laskonogiego z Odoniczem*, p. 138 sqq. Cf. Chr. MP, c. 64, ubi de Ladislao Loripede, qui in Rathiboriam oppidum se recepit, mentio fit.

[2] Casimirus I dux, filius Mesconis Loripedi ducis a. 1178 aut a. 1179 natus, princ. Opoliensis et Rathiboriensis, die 13 V a. 1229 aut 1230 obiit.

[3] Cf. Annales cap. Gnesn., MPH, N.S., t. VI, p. 3, ubi ea traduntur, quae Dl. ad a. 1226 enarravit.

[4] Cf. Catalogos eporum Crac. IV et V, MPH, t. III, p. 354–357. R. Grodecki in vita Ivonis Odrowąż epi, PSB, t. X, p. 190, descripta mentiones fundationum in Mstow oppido et in Dlubnya villa factarum falsas esse dicit, de fundatione autem Sandomiriensi dubitat.

[5] Ivo Odrowąż ep. Crac. Cracovia a Conrado duce Masoviae capta, sponte sua in exilium profectus est.

[6] Mentio falsa, e Catalogo V eporum Crac., cf. u.s. hausta.

[7] I.e. Castelvetro propugnaculum non procul a Roma situm. Dies mortis Ivonis epi 21 VII in Catalogo, u.s., et in Necrologio fratrum Praedicatorum Crac. traditur. R. Grodecki diem 21 VIII (PSB, t. X) vitiose indicat, sed caetera huius capitis recte explicat.

[8] Cf. in *Lat. ławrent.-suzd.*, col. 469 sq., cf. *Lat. troicki*, p. 320 sq., ubi de impetu Tartarorum in Czyrniejoviensem ducatum, in Murom et Klaźma arces regionesque facto ad a. 1239 sermo est. De impetu in Smolescensem terram dubitamus.

Annus 1230

[1] De Vislao, epo Crac., cf. Catalogos IV et V eporum Crac., cf. *Opera*, t. I, p. 400 sq., cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 228 sq., qui quaedam nulla fide hist. fontium comprobata excludi iussit. Cf. Annales cap. Crac. ad a. 1231, MPH, t. II, p. 803, ubi de Vislao, epo consecrato, scribitur.

[2] Ignotus.

[3] Solus Dl. in *Operibus*, t. I, p. 400 sq., Andream, filium Clementis castellani Crac., e gente Grifonum natum fuisse dicit.

[4] De eporum Crac. sede, quae biennio vacabat, mentio obscura fit, etiam de huius rei causis dubitamus. Cf. Annales cap. Crac., Annales Traska, Catalogos eporum Crac. IV et V, MPH, t. II, p. 803, 837, 877, t. III, p. 166, 167.

[5] In Kościelec, villa prope Proszowice oppidulum sita, eccl. s. Adalberto dicata s. XIII medio aedificata invenitur, cf. Z. Świechowski, *Budownictwo*, p. 102 sqq., sub voce Kościelec Pińczowski. De Vislao eccl. fundatore cf. Catalogos eporum Crac. IV et V.

[6] Cf. *1230 Ecclesia Cracoviensis combusta est.* Annales cap. Crac. Cf. *Hic tres turres eccl. Crac. maiores plumba texit.* Catalogus IV eporum Crac., cf. *A.D. 1230 eccl. cathedralis Crac. concrematur per casum carbonis, cum turris plumbo operiebatur.* Annales Krasiński, MPH, t. II, p. 803, 877, t. III, p. 132, 166, 167.

[7] In hoc capite ea, quae ad a. 1224 tradidit, repetit.

[8] Cf. Pulkawa, p. 135. De Premislio Ottocaro I cf. n. 12 ad a. 1191. De Venceslao rege Bohemorum cf. n. 25 ad a. 1228.

[9] Hoc caput maximi momenti est. Dl. hoc loco diplomatibus, Chr. Dusburgi et Chr. Ol. usus de ordinem Cruciferorum in terram Culmensem deducendi causa, quae in chr. Cruciferorum et in diplomatibus falsis confectis tradita erat, scribit. Utrum re vera Pruthenorum impetuum reprimendorum causa Cruciferi deducti essent, an non, multi iam viri docti disserebant, qua de re nuper scripserunt G. Labuda, *Stanowisko ziemi chełmińskiej w państwie krzyżackim*, PH 45, 1954, cf. M. Pollakówna, *Kronika Piotra z Dusburga*, Wrocław-Warszawa-Kraków 1968, c. II et H. Łowmiański, J. Powierski. Cf. Exordium Ord. Crucif., MPH, t. VI, p. 292 sq.; de Christiano epo cf. n. 2 ad a. 1220. De fratribus Dobrzyniensibus Dl. iam ad a. 1224 scripsit.

[10] Dl. nomina duorum hominum in unum coniunxit; Hermanus de Salza, a. 1210–1239 magister Ordinis, civitatem Cruciferorum condidit, Hermanus Balk a. 1219?–1230 magister provincialis fuit.

[11] Conradus, Masoviae dux, a. 1228–1230 Cruciferis bona dabat (Preuss. UB, t. I, nr 64, 71, 75 sq., 78). De Conradi diplomatibus, quae genuina, quae falsa fuissent, multi viri docti scripserunt. — Nieszawa, oppidum in distr. Aleksandrów Kuj., palat. Bidgostiensis situm, s. XIII castrum in sinistra Vistulae ripa positum fuit.

[12] Murzynno, villa in distr. Junivlad., palat. Bidgostiensis sita, in diplomatibus Preuss. UB, t. I, cf. n. 11 non enumeratur.

[13] Orłowo, villa in terra Cuiaviensi ad meridiem occidentemque a Gniewków oppido sita, in diplomate nr 64 a. 1228 confecto dicitur. Cf. J. Karwasińska, *Sąsiedztwo kujawsko-krzyżackie*, Rozpr. Tow. Nauk. Warsz, t. VII, z. 1, 1927, p. 13 sq.

[14] Cf. diplomata a. 1230 falsa confecta, Preuss. UB, t. I, nr 78, ubi de uxore filiisque ducis rogantibus et de epis infra nominatis legimus. De Henrico Barbato duce cf. Chr. MP, c. 66. Christianus eo tempore ep. Prussiae, non terrae Culmensis fuit.

[15] Boleslaus I dux a. 1208 natus, princ. Sandomiriensis, ab a. 1233 etiam Siradiae et Masoviae, post diem 25 II a. 1248 obiit.

[16] Casimirus I, ca a. 1211 natus, dux Cuiaviensis, postea Lanciciensis, die 14 XI a. 1267 obiit. Cf. PSB, t. XII.

[17] Semovitus I, a. 1224 natus, dux Masoviae et Czersk ducatus, die 23 VI a. 1262 obiit.

[18] Cf. Preuss. UB, t. I, nr 78, ubi duo milites Pacoslai (senior et iunior) et comes Dirsyoy, i.e. Dzierżykraj, enumerantur. Quos tres homines Dl. confudisse videtur et de uno homine vitiose scribit, etiam nomen Pacoslai comitis Derszoviensis et nomen Polonicum Dzierżykraj cum Dirsovia oppido et arce vitiose coniungit.

[19] Vistula flumen in multis fontibus hist. finis terrae Culmensis indicatur. Terram autem Lubaviensem Cruciferi reliquo quodam tempore in potestate habuerunt. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 229, cf. J. Karwasińska, *Sąsiedztwo*, p. 16 et notas.

[20] Propugnaculum Rogów ad Toruniam oppidum a Pruthenis ca a. 1231 aedificatum est. Cf. MPH, t. VI, p. 294, cf. infra p. 323. Nunc non exstat.

[21] Hanc mentionem solus Dl. fecit. Condiciones ad terras a Cruciferis reddendas pertinentes ignoramus, nam nulla fide diplomatum in archivio Plocensi asservatorum comprobantur. Quin etiam ex omnibus diplomatibus falsis cognoscimus terras, quas Cruciferis Conradus, dux Masoviae, dedit et terras, quas Cruciferi bello cum Pruthenis sub suam potestatem subacturi erant, fratribus Cruciferis perpetuas datas esse.

[22] Conradus, landgravius Thuringiae, magister Ordinis a. 1239–1240 fuit.

[23] Propugnaculum Cruciferorum ca a. 1228 in sinistra Vistulae fluminis ora conditum nunc non exstat.

[24] Pompeius Trogus, Romanorum scriptor, qui temporibus Augusti Caesaris vixit, *Historiarum Philippicarum* 44 libros composuit. Cuius operis fragmenta a Iustino (s. II aut s. III) excerpta ad nos pervenerunt.

[25] Hoc factum memoratu dignum in Iustini *Epitome Historiarum Philippicarum Pompei Trogi*, 43,4 enarratum invenies, cf. Turkowska, p. 161.

Annus 1231

[1] De Gnezna urbe obsessa, cf. Chr. MP, c. 64. Cf. autem S. Zachorowski, *Studia*, p. 129 sq., qui Ladislaum Loripedem ducem eo tempore in Maiore Polonia non fuisse, etiam Svantopelcum I autem ducem auxilio non venisse demonstravit.

[2] Cf. ad a. 1206, ubi Dl. de ducis Ladislai Loripedis morte vitiose scripsit. Hoc loco annum 1231 recte, sed diem false indicavit. Cf. K. Jasiński, *Uzupelnienia*, Stud. Źródł., V, 1960, p. 96 sq., qui diem 3 XI indicat. E fontibus hist. posterioris temporis discimus ducem in Środa, oppido Silesiae, sepultum esse. De coenobio Lubinensi in Necrologio fratrum Lubinensium legimus. In Chr. Alberici monachi Trium Fontium de duce a concubina necato mentio fit.

[3] De Torunia, oppido condito, de Rogow propugnaculo, de Culm castro cf. MPH t. VI, p. 294, cf. Chr. Dusburgi, p. 55 sq.

[4] Ubi Torunia antiquissimum oppidum situm fuerit, incertum est. Villa Slavorum s. X–XI hoc loco fuit, sed a. 1236 in alium locum translata esse dicitur. Fratres Cruciferi Toruniam oppidum die 28 XII a. 1233 condiderunt.

[5] Culm oppidum, distr. sedes, palat. Bidgostiensis, s. X villa Slavorum fuit, quae loco, ubi nunc Starogród oppidum positum est, sita fuit. De Culm oppido mentiones in fontibus hist. ad a. 1065 et a. 1215 fiunt. Privilegium oppido condendo a Cruciferis a. 1233 donatum est.

[6] De Lacu Pipini, cuius nomen etiam a. 1449 notum fuit, cf. SRPr., t. I, p. 55.

[7] Pipinus, nobilis Pruthenus in chr. ad n. 3 enumeratur. In Chr. Dusburgi de eo suspenso, in Exordio Ord. Crucif. de eo ad crudele suplicium dato legimus.

[8] Fridericus, Fortis nominatur, princ. Austriae, Stiriae, Crainae ducatuum, filius Leopoldi VI, ultimus gentis Babenberg, obiit a. 1246. De expeditione, cf. Pulkawa ad a. 1231, FRB, t. V, p. 135, cf. Novotný, op. cit., t. I 3, p. 651. Cf. Genealogiam s. Hedvigis, MPH, t. IV, p. 513 sq., ubi consanguinei ducissae Silesiae enumerati sunt.

[9] Premislius, marchio Moraviae, regis frater, a. 1209 natus, die 16 X a. 1239 obiit.

[10] Otto, dux Merani, non Moraviae, palatinus Burgundiae, a. 1234 obiit.

[11] Henricus, marchio Istriae, iam a. 1228 de vita decessit.

[12] Eberhardus, i.e. Eckbert v. Andechs-Meran, ep. Bambergensis a. 1203–1237 fuit.

[13] Bertoldus v. Andechs, s. Hedvigis frater, ab a. 1218 patriarcha Aquilegiensis die 23 V a. 1251 obiit.

[14] Bietow vel Vetaw, castrum, quod in Moravia prope Bohemorum fines situm fuisse Pulkawa tradidit.

[15] Gunterus, ep. Plocensis, cf. n. 14 ad a. 1226. Solus Dl. in *Operibus*, t. I, p. 548 et in MPH, t. VI, p. 604 eum a. 1232 mortuum esse tradit, cf. PSB, t. IX.

[16] Petrus ep. vixeritne, nescimus. Cf. MPH, t. VI, p. 604. Solus Dl. eum Romanum nominat et a. 1238 obiisse scribit.

[17] Caput repetitum, cf. ad a. 1230.

[18] Andreas II rex mense Novembri a. 1235 obiit. E Chr. Hung. s. XIV scripta et e Turoczi, c. 73, regem in Egres oppido, in monasterio Cisterciensi sepultum esse cognoscimus. In Chr. Bud. autem de Varadino urbe, ubi rex sepultus est, legimus, cf. porro n. 4 ad a. 1235.

[19] In utraque supra dicta chr. de coronatione Belae IV die 14 X a. 1235 facta, quod verum est, mentiones fiunt.

[20] Monasterium fratrum Praedicatorum Posnaniae ca a. 1240 conditum est, cf. privilegium Premislii I ducis a. 1254 donatum, KDW, t. I, nr 324, ubi de altero diplomate Ladislai Odonic ducis a. 1234–1239 confecto, quod ad nos non pervenit, sermo est. Fortasse Dl. hoc loco chr. fratrum Praedicatorum deperdita usus est? De qua re multi viri docti scripserunt: H. Likowski, Z. Kaczmarczyk, J. Kłoczowski, Nowacki in opere *Archidiecezja*, t. II, p. 762.

[21] Śródka, veterrima pars Posnaniae.

[22] Bona epi posterioribus temporibus ad urbem Posnaniam pertinuerunt.

Annus 1232

[1] Hoc loco de privilegio venationis et monetae cudendae, quod epo Posn. a Ladislao Odonic duce datum est, agitur. De hac re Dl. e Chr. MP, c. 65 et ex Annalibus cap. Gnesn., MPH, N.S., t. VI, p. 3 sq. mentiones hausit. Privilegium non est asservatum. Cf. opinionem B. Kürbis, *Kronika wielkopolska*, p. 211 sqq. et n. 290, cf. R. Grodecki, *Przywilej menniczy biskupstwa pozn. z r. 1232*, Poznań 1921. Sunt, qui diversas opiniones, e.g. K. Tymieniecki, protulerunt. Cf. Chr. MP, MPH, N.S., t. VIII, p. 169 sq., n. 463. Privilegium simile archiepo Gnesn. datum ignoramus.

[2] Cf. Chr. MP, c. 65. Krobia oppidulum, ca Krzywin oppidum, in Maiore Polonia situm fuit eiusque pars ad quendam Sulconem pertinebat. In Annalibus cap. Posn. invenies: *villa Fulconis ca Krobiam oppidulum*. Cf. MPH, N.S., t. VIII, p. 170, n. 465.

[3] Laurentius ep. Vrat., cf. n. 14 ad a. 1207, inde ab a. 1208 usque ad a. 1232 regnavit. In villa Przychowa, quae in distr. Wołów, palat. Vrat. sita est, mortuum esse videtur.

[4] Thomas I e gente Rawicz natus, magister, doctor, ut videtur, canonicus Vrat., ep. ante diem 31 X a. 1232 electus, obiit die 30 V a. 1268. Cf. Silnicki in opere *Historia Śląska*, t. II, p. 144–159. Dl. in l. VII longe lateque de hoc epo et de Boleslao Calvo duce narrat.

[5] De Vincentio archiep. cf. n. 2 ad a. 1219. In *Operibus*, t. I, p. 352, Dl. eum annos 13 in archi-

dioecesi regnavisse tradit. Cf. Annales Traska et Annales Minoris Poloniae (in uno tantum codice) ad a. 1232, MPH, t. II, p. 837, t. III, p. 167. Cf. Necrologium Landense, ubi dies mortis archiepi 14 VIII indicatur (ib., t. V, p. 492).

[6] Petrus archiep. numquam vixit; Vincentio archiep. Fulco a. 1232 successit. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 231. De epis Plocensibus Dl. quaedam repetit.

Annus 1233

[1] Cf. Chr. MP, c. 65, ad a. 1232, quo Dl. usus est, cum narraret de nobilibus, qui privilegio episcopatui Posn. donato irati coniurationem contra Ladislaum Odonic ducem fecerunt. Ibidem etiam legi potest de Henrico Barbato duce, qui impetum in Gąsawa villa factum ulcisci voluit. Quibus rebus factum est, ut Ladislaus Odonic dux expelleretur. In Annalibus cap. Gnesn. ad a. 1233 quaedam invenies de coniuratione et de nobilibus Maioris Poloniae, qui Henricum Barbatum ducem rogabant, ubi sibi auxilio veniret. Cf. MPH, N.S., t. VI, p. 4. De his rebus gestis scripserunt viri hi: M. Łodyński, *Polityka Henryka Brodatego i jego syna w latach 1232–1241*, PH 1912, p. 14 sqq., Semkowicz, *Rozbiór*, p. 231, S. Zachorowski, *Studia*, p. 142 sqq. R. Grodecki in opere *Historia Śląska*, t. I, p. 214 sqq., K. Tymieniecki et caeteri, cf. MPH, N.S., t. VI, p. 14, n. 12.

[2] Bnin, oppidum inter Bnińskie et Kórnickie lacus, 17 chiliom. ab oppido Śrem, in distr. Śrem, palat. Posn. situm.

[3] Śrem, oppidum, distr. sedes, in palat. Posn. situm. De his enarratis in Chr. MP legi potest.

[4] Biechowo, villa in distr. Września, palat. Posn. sita.

[5] Henricus Barbatus dux fecit expeditionem a. 1233 sq. i.e. eo tempore, quo Ladislaus princ. castra hoc loco nominata praesidiis muniebat. Cf. Chr. MP, MPH, N.S., t. VIII, p. 170, n. 468. De Posnania urbe occupata et de fuga Ladislai Odonic in Pomeraniam facta fontes hist. silent.

[6] Cf. Chr. PP, MPH, t. III, p. 488, ubi de Borzywogii et Dipoldi ducum morte sermo est.

[7] De Adleidis ducissa vidua expulsa cf. Chr. Pol, MPH, t. III, p. 650.

[8] Adleidis, cf. n. 13 ad a. 1201, 5 filios habuit (v. S. Zakrzewski, *Piast czy Przemyślida*, KH, t. 20, 1906, p. 455). Quorum duo in exercitu Henrici Barbati ducis fuerunt: Borzywogius i.e. Dipoldus III, qui in Maiore Polonia a. 1234 occisus est, et Boleslaus Szepiołka nominatus, qui ad Legnica oppidum a. 1241 cecidit. Sobeslaus iunior die 10 XI post a. 1247 obiit, alter Dipoldus (Otto nominatus), canonicus Magdeburgensis a. 1225 de vita decessit. Premislius iuvenis obiit et in monasterio Trebnicensi sepultus est.

[9] De Vladimiro III, filio Rurik ducis agitur. In nullo fonte hist. de fratribus Praedicatoribus Kijovia expulsis legimus. Verisimile videtur hoc re vera factum esse, nam Hiacynthum in Russia a. 1228–1233 moratum esse scimus.

[10] Martinus, Sandomiriensis abbas, unus e comitibus Vilhelmi Mutinensis epi, legati Sedis Apostolicae fuit. Quae de eo Dl. nobis ad a. 1233 et a. 1237 tradidit, sola scimus.

[11] Hoc caput maxime obscurum, erroribus ad chronologiam, ad homines pertinentibus scatet, de qua re iam Semkowicz, *Rozbiór*, s. 231 sq. disseruit. Boleslaus Pudicus, a. 1226 natus, a. 1233

puer 7, non 14 annorum fuit. Cf. Chr. MP, c. 61, ubi de duce, qui una cum matre a. 1230–1233 in custodiam in Sieciechów castro datus est, mentio fit. Cf. MPH, N.S., t. VIII, n. 448.

[12] Marcus, palatinus Crac., a. 1225 periit.

[13] Boleslaus I, Conradi Masoviae ducis filius natu maior, a. 1208 natus, inde ab a. 1230 usque ad diem 9 IX a. 1232 Sandomiriensis, postea Siradiensis, a mense autem Decembri a. 1234 Masoviensis dux fuit. Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 284. Itaque impetus in terram Sandomiriensem a. 1233 fieri non potuit. De nobilibus in Russiam fugientibus nihil scimus.

[14] S. Dominicus die 3 VII a. 1234 in Rieti oppido ad Sanctorum ordinem adscriptus est. Cf. Martinus Op., p. 439.

[15] I.e. Kwidzyn oppidum a fratribus Cruciferis a. 1233 conditum loco, ubi Liwa fluvius in Nogatum influit, in Insula S. Mariae. Prussorum lingua verbo *Quidin* (insula) significatur. Hermanus magister fueritne Hermanus v. Salza, magister Ordinis Cruciferorum, an qui alius, incertum manet.

[16] Hoc castrum numquam fuit, cf. ... *was der stat vil nâ inkein* ... Chr. Jeroschini, SRPr., t. I, p. 354.

Annus 1234

[1] In Chr. Dusburgi de magna expeditione princ. Polonorum, hoc loco enumeratorum, qui una cum fratribus Cruciferis in Pruthenos infideles irruerunt, et de illa pugna ad Sirgunam fluvium commissa, ubi paene 5 milia Pruthenorum perierunt, legimus.

[2] Bullae a. 1233 et 1234 editae sunt, quibus papa ad expeditionem sacram contra Pruthenos suscipiendam Christianos adhortabatur. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 238.

[3] Dl. Chr. MP, c. 61, secutus latius rem enarravit.

[4] Ignotus.

[5] Cf. Chr. MP, c. 61, n. 448, MPH, N.S., t. VIII, p. 167 sq., ubi B. Kürbis res, quae inter a. 1228 et 1234 gerebantur, a Dl. et in Chr. MP omissas explicat. Foedere a. 1234 facto Boleslaus Pudicus dux terram Sandomiriensem in regnum recepit, Conradus I autem, dux Masoviae, terras Siradiensem et Lanciciensem, quas antea rexerat, in potestate habuit.

[6] Dl. hoc loco Chr. MP, c. 62, usus rem suis enarravit verbis.

[7] Henricus Barbatus dux, a. 1229 e Cracovia a Conrado I, duce Masoviae, expulsus, a. 1232, ut videtur, revertit et Cracoviam usque ad mortem, i.e. ad a. 1238, regebat. Habueritne terram Lublinensem, nescimus. De his omnibus iam viri docti scripserunt, e.g. S. Smolka in opere *Henryk Brodaty*. Cf. opinionem B. Kürbis supra, n. 5, relatam.

[8] Theodorus, Czader vel Thadro, a Dl. autem Cedron nominatus, e gente Grifonum natus, palatini Marci frater, a. 1231–1237 palatinus Crac., antea castellanus Crusviciensis, a. 1237 obiit. Monasterium Cisterciense fundavit. Cf. S. Zakrzewski, *Najdawniejsze dzieje klasztoru cystersów w Szczyrzycu*, R Hist., t. 41, 1902, p. 19 sq.

[9] *Divinum* ... *in celum* cf. Ciceronis *Rep.* VI, 16: *ea vita est in celum.*

[10] Ludzimierz (Ludzimirz), villa in distr. Novoforensi (N. Targ), palat. Crac., loco, ubi flumina Dunayecz, Lepietnica, Rogoźnik confluunt, sita est.

[11] De diplomatibus ad hanc fundationem pertinentibus S. Zakrzewski, op. cit., p. 3–9, 21 sq., subtiliter disseruit et demonstravit Dl. e diplomate epi Vislai, KDM, t. I, nr 16, annum 1234, quo monasterium fundatum est, cognovisse, coenobium autem a. 1238 ortuum esse.

[12] Primum Ludzimierz villa et magna silva Theodoro palatino a duce Henrico Barbato a. 1234 donatae sunt, cf. KDM, t. I, nr 15, ubi hae terrae generaliter cursu fluminum constituuntur.

[13] Post mortem fundatoris monasterium a. 1244 in altera bona Theodori palatini translatum est, i.e. in regionem Szczyrzyc villae, quae in distr. Limanowa, palat. Crac., sita est. Szczyrzyc villa a canonico Crac. Sulislao a. 1235–1238 empta est, quod fide diplomatis a. 1244 confecti comprobatur, cf. KDM, t. I, nr 27. Sulislaus, filius castellani Iohannis, cuius frater Theodorus palatinus fuit. Cf. St. Zakrzewski, op. cit., p. 20, 25 sq., 30.

[14] Poznachowice, villa in distr. Myślenice, palat. Crac., sita.

[15] Cf. diploma KDM, t. I nr 67, ubi legimus: *apud Gostachum.* Quae villa ignota est.

[16] Dlichów, posterioribus temporibus Glichów nominata villa, quae ad occidentem a Poznachowice villa, in distr. et palat. u.s. est sita.

[17] Magna silva 100 lanearum Franconicarum, ubi posterioribus temporibus Wiśniowa, Jerzmanowa, Kobielniki, Lipnik villae conditae sunt.

[18] Dl. mentionem de Prandothae epi donatione e diplomate a. 1264 confecto (KDM, t. I, nr 67), ut K. Mieszkowski opinatur, hausit. Cf. S. Zakrzewski, op. cit., p. 35 sq.

[19] Diploma die 1 II confectum coenobio fratrum Cisterciensium in Paradiso a Paulo epo donatum est, cf. Riedel, Cod. dipl. Brandenburgiensis, Abt. 1, t. 24, p. 322, de quo etiam Semkowicz in *Rozbiór*, p. 233, vitiose paginam laudans, disseruit. Monasterium a. 1230 conditum est, cf. Nowacki, *Archidiecezja*, t. II, p. 758.

[20] Bronissius vel Bronisz, palatinus Posn., e gente Pomian, ut videtur, ortus est, cf. Nowacki, op. cit., l.c. Dl. arma gentis Pomian verbis descripsit his: *gladium vibratum per caput zambri*, arma autem gentis Wyenyawa his: *caput zabrzinum, ex cuius naribus pendet circulus.* Nonnulli e gente Pomian nati arma suae gentis cum armis Wyenyawa commutabant. Cf. armorum descriptionem I. Dlugossii, *Insignia seu clenodia* ..., ed. M. Friedberg, Rocznik Herald. X, 1931, et seorsum impressum p. 63.

[21] Gościkowo, magna silva, ubi venationes fiebant, in distr. Międzyrzecz, palat. Zielona Góra sita. Etiam Paradisus S. Mariae Polonice *Paradyż* nominabatur. In diplomate a. 1230 confecto de Gościkowo mentio fit (Nowacki, u.s.).

[22] Villae nobis ignotae. In diplomatibus a. 1230 editis (KDW, t. I, nri 126–129) nulla earum mentio occurrit. Nobis videtur rem esse cum Clodava villa, quae in distr. Gorzów, palat. Zielona Góra, sita est. Multa in hoc capite explicanda sunt.

[23] Lehnin, villa in Brandenburgia sita, ubi abbatia Cisterciensis, quae mater coenobii Paradisiensis vocabatur, a. 1180 fundata est.

[24] Abbas Henricus a. 1230 notus fuit.

[25] Ignotus.

[26] Cf. Exordium, MPH, t. VI, p. 296. Impetus Pruthenorum in monasterium Oliviense die 1 I a. 1234 factus est. Cf. SRPr., t. I, p. 678, n. 30, alia huius impetus mentio posteriore tempore facta.

[27] Henricus Illustris, marchio Misnensis, postea landgravius Thuringiae, i.e. ab a. 1215, vitam die 8 II a. 1288 reddidit. Dl. expeditionis contra Pruthenos ab Henrico susceptae mentionem e Chr. Dusburgi, SRPr., t. I, p. 59, hausit. Narrationem autem de impetu in Płoczko castrum facto composuit usus quibusdam annalibus Plocensibus, nobis ignotis, ut Semkowicz, *Rozbiór*, p. 233, opinatur.

[28] Cf. *Annales*, L. VII ad a. 1244, ubi has res latius enarravit.

Annus 1235

[1] In hoc capite componendo Dl. ultimas capitis 61 Chr. MP sententias secutus est. Res gestae hoc loco enarratae nulla fide caeterorum fontium hist. comprobantur.

[2] *in propria ... convertit*, cf. Lucanum, *Phars.* 1,4: *populum ... in sua ... conversum viscera dextra*, cf. Madyda, p. 200.

[3] De fame caeteri fontes hist. silent.

[4] Cf. a. 1231, res ibi enarratas Dl. repetit Chr. Bud. usus, nam de Andrea II rege in Varadino urbe, non in Egres oppido sepulto scribit.

[5] Iam Semkowicz, *Rozbiór*, p. 234 dixit Dl. hoc loco diplomate a. 1238 confecto (KDW, t. I, nr 213) usum esse. Cf. ad a. 1170 et n. 31 sqq., ubi Dl. iam de hac fundatione scripsit. Ondrogowo villa nunc sine dubio Andrzejowo.

[6] Huius nominis tres villae sunt: in distr. Tuchola una, in distr. Bidgostiensi altera et tertia, quae omnes in palat. Bidgostiensi sunt sitae. Itaque de qua earum agatur, nescimus.

[7] Nunc Drożyn vel Drążeń, villa in distr. Konin, palat. Bidgostiensis sita.

[8] De villa, quae a. 1238 *Curenczino* nominabatur, nihil certi scimus, neque quod nomen eius sit, neque ubi sita sit.

[9] Haec villa postea *S. Iohannes* nominabatur, paulo post sibi domus hospitalis s. Iohanni dicata fundata est. Etiam eiusdem nominis altera villa est in distr. Jarocin, palat. Posn. sita.

[10] De Borzywogio duce, filio Dipoldi III et Adleidis sermo est, cf. n. 6 ad a. 1233. Solus Dl. de controversia inter ducem et Paulum epum Posn. scribit. In Chr. MP c. 65 de hac re et de duce morte multato diversa iis, quae Dl. tradidit, invenies. De Sandivogio milite nihil scimus.

Annus 1236

[1] De castro Gnesn. obsesso in ceteris fontibus hist. ad a. 1236 non legimus. S. Zachorowski, *Studia*, p. 150 sq. putat narrationem a Dl. fictam esse.

[2] Dl. iam iterum ac tertio nonnullis mutatis de morte Borzywogii ducis scribit.

[3] Dl. de fuga Ladislai Odonic ducis mentionem iterum facit, cf. p. 254. Ladislaum in Nakel et Ujście castris, quae ad eius bona a. 1234 pertinebant, regnavisse veri simile est, cf. S. Smolka, *Henryk Brodaty*, p. 58 sq.

[4] Mentio de conventu princ. in Dankow, villa in distr. Grójec palat. Varsaviensis sita, celebrato unius diplomatis die 2 VII a. 1236, Kod. Pol., t. II 1, nr 20, confecti fide comprobatur. Quo in diplomate de ducatibus in partes divisis plura legimus. Balzer, *Genealogia*, p. 287 sqq. narrationem de his sponsalibus fictam esse opinatur. Dl. diem 29 VI indicare videtur, quo conventus agi coeperat.

[5] Constantia, altera Casimiri I ducis uxor, die 21 II a. 1257 e vita discedit.

[6] Gertrudis, post a. 1220 nata, Boleslao duci ca a. 1234 nupsit. Inter a. 1244 et 1247 obiit.

[7] Dl. diploma die 2 VII a. 1236 confectum novit. Uterque epus hoc loco enumeratus testis in diplomate dicitur.

[8] Casimirus I, dux Opoliensis, a. 1179 natus, Mesconis Loripedi filius, die 13 V a. 1229 aut a. 1230 mortuus est.

[9] De coenobio monialium s. Norberti in Rybnik, villa Silesiae, fundato, quod posterioribus temporibus in Czarnowansch oppidulum translatum est, cf. ad a. 1211. Filia Casimiri ducis Wieńczysława nominabatur.

[10] Mesco II Crassus, dux Opoliensis, a. 1225 aut 1226 natus, die 18 aut 22 X a. 1246 obiit. Uxor eius Iudith, filia Conradi, ducis Masoviae, fuit.

[11] Ladislaus, dux Calisiensis et Rudensis die 13 XI, ut videtur, a. 1281 mortuus est.

[12] Viola ducissa, natione Bulgara, Casimiro I duci a. 1211 nupsit. Die 7 IX a. 1251 obiit. Cf. W. Dziewulski, *Bułgarka księżną opolską*, Sobótka, 1969, nr 2.

Annus 1237

[1] Cf. Chr. MP, c. 61, in quo Dl. quae repperit, mutavit et narrationem composuit. Cf. R. Grodecki, in opere *Historia Śląska*, t. I, p. 213 sq. Conradus, dux Masoviae, mense Novembri a. 1232 in Skarzeszow, nunc Skaryszów oppidulo, in Sandomiriensi terra sito, foedere Henricum Barbatum sibi adiunxit. Quod foedus maximi momenti fuit.

[2] Henricus Barbatus titulo ornabatur hoc: dux Poloniae et Cracoviae, aut dux Silesiae et Poloniae. Boleslao autem Pudico duci titulus fuit hic: dux Cracoviae et Sandomiriae. Dl. Henricum ducem eo tempore princ. senioremque a Polonis usque ad mortem dictum esse tradidit. Haec Dl. mentio magni momenti est. Cf. R. Grodecki, op. cit., p. 211 sqq., 218 sq.

[3] Diploma, cuius fide haec iura princ. comprobantur, ignoramus. Res nobis esse videtur cum iure princ. senioris, quod ad salis fodinam et ad portoria pertinebat.

[4] Cf. Chr. MP, c. 61. De illa eccl. collegiata s. XII in Opatow, oppido terrae Sandomiriensis, aedificata sermo est. Monachi, qui antea fratres Cistercienses, nunc canonici putantur, temporibus Casimiri Iusti ducis in Russiam religionis propagandae gratia missi esse videntur. Epatus in Russia paulo ante a. 1232 conditus est. Cf. Chr. MP, MPH, N.S., t. VIII, p. 168 et J. Szymański opus ibidem laudatum. Donatio a Henrico Barbato duce inter mensem Novembrem a. 1232 et diem 9 III a. 1233 est facta.

[5] Diploma, quo bona eccl. Lubucensi donata confirmabantur, ignoramus. In libro autem beneficiorum epatus Lubucensis a. 1405 confecto molendina, piscinae, villae quae ad Kazimierz Biskupi, oppidulum in distr. Konin, palat. Posn. situm, positae erant, sed excepto ipso oppidulo, enumerantur. Borek villa, in distr. Strzelce Opolskie, palat. Opoliensis sita et aliae villae numero 8, in Silesia sitae, ad beneficia eccl. cathedralis Lubucensis pertinebant. Cf. H. Ludat, *Das Lebuser Stiftregister von 1406*, t. I, Wiesbaden 1965, p. 36, 86 sq.

[6] Mesco, Choscisko nominatus, filius natu minimus Conradi, ducis Masoviae, ca a. 1230 natus,

puer a. 1238 obiit, cf. Balzer, *Genealogia*, p. 324 sqq. Cf. MPH, t. III, p. 71, t. V, p. 887, 891.

[7] Cf. ... *dum quasdam viduas ... ab muribus devoratus est.* Annales S. Crucis, MPH, t. III, p. 71 ad a. 1238. Ex his annalibus Dl. quaedam hausit.

[8] Cf. Balzer, *Genealogia*, p. 287 sqq. Nuptiae Boleslai ducis cum Gertrude iam a. 1234 celebrari potuerunt. Huic capiti Dl. multa addidit, quae nulla fide fontium hist. comprobantur.

[9] Haec omnia Dl. e Genealogia s. Hedvigis hausit, MPH, t. IV, p. 649 sq.

[10] Cf. ... *circiter triginta annos a thoro divisi fuerunt* ... Vita s. Hedvigis, ib., p. 516.

[11] Cf. LB, t. III, p. 483, 466, cf. K.S. Rosenbaiger, *Dzieje kościoła OO. Franciszkanów w Krakowie w wiekach śr.*, Bibl. Krak., t. 79, 1933, c. I, qui narrationem Dl. perscrutatus est et statuit: Eccl. a Henrico Pio, duce Silesiae, eiusque uxore Anna fundatam esse, s. XVII homines falsum diploma a. 1655 confcetum et typis in lucem non editum secutos, Boleslaum Pudicum huius ecclesiae fundatorem putare coepisse. Eccl. et monasterium ca a. 1237 aedificatum esse (cf. Annales Crac., MPH, t. II, p. 838) ca autem a. 1269 consecratum esse. Boleslaum Pudicum ducem in hac eccl. patronum sepultum esse.

[12] Utrum Dl. in hoc capite componendo Historia eccl., an chr. fratrum Praedicatorum, quae periit, usus sit, nescimus.

[13] Vilhelmus, ep. Mutinensis, postea Sabinensis, ille legatus Sedis Apostolicae in Pomerania et in Prussia, ca a. 1184 natus die 31 III a. 1251 de vita decessit. A. 1236 ineunte a papa in Francogalliam missus est.

[14] De Martino Sandomiriensi cf. n. 10 ad a. 1233.

[15] De Lodovico IX, Sancto nominato, rege Francorum inde a die 8 X a. 1226 usque ad diem 25 III a. 1270, sermo esse videtur, sed de eo in Francogallia eo anno morante dubitamus.

[16] Cf. Pulkawa, FRB, t. V, p. 216 ad a. 1237. De Bela IV, Hungariae rege hoc loco agitur. Cf. Novotný, op. cit., t. I 3, p. 669.

[17] Elbinga, urbs sita ad Nogat, Vistulae fluminis os, a fratribus Cruciferis a. 1237 condita, a. 1246 ius suum adepta est. Una e firmissimis Prussiae urbibus fuit. De ea a magistro Hermano Balk condita et de ducibus Pomeraniae auxilio eo tempore venientibus nihil scimus.

[18] I.e. Pogesanorum, qui Pruthenі fuerunt, regio, inter Łyna et Wąska flumina sita. Cf. J. Powierski, *Najdawniejsze nazwy etniczne z terenu Prus*, Kom. Mazur.-Warmińskie, nr 88, 1965, et eiusdem auctoris *Stosunki*, p. 25.

[19] In chr. Dusburgi de loco, quo Elbinga urbs sita fuit, legimus. De Stagno Hab, cf. *Annales*, t. I (Chorographia), p. 74 et 340, n. 5.

[20] De his iam Dl. ad a. 1229 scripsit.

[21] Cf. ad a. 1228, ubi Dl. de duobus castris in Przeginia villa et in Skała villa ad Prądnik fluvium sitis tradidit, hoc loco autem de uno castro in Skała villa sito narrat.

[22] Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 236. Cf. Kod. Maz. (K), p. 141, diploma Conradi, Masoviae ducis, ca a. 1231 editum, quo pretium viduale nominatum resolutum est. Dl. alias quoque pecuniarum exactiones enumerat.

Annus 1238

[1] Cf. ... *ad inferiores sui principatus partes descendens, in Crosna ... XIIII Kalendas Aprilis feliciter diem clausit extremum.* Chr. PP, MPH, t. III, p. 488. E Vita s. Hedvigis discimus Henricum ducem in Leśnica villa a. 1237 mortuum esse. MPH, t. III, p. 558. Henricus Barbatus dux die 19 III a. 1238 mortuus est.

[2] Cf. ... *deductus ad monasterium Trebniczense, quod ... pridem fundaverat et large dotaverat* ... Chr. PP, l.c.

[3] Cf. ... *dum omnes sorores ... flerent inconsolabiter ... ipsa siccis apparens oculis ... dicens: quid turbamini?* Vita s. Hedvigis, op. cit., p. 525.

[4] *Huic ... duci Henrico successit Henricus filius eius* ... Chr. PP, op. cit., p. 489. De Henrico Pio cf. n. 27 ad a. 1213.

[5] Dl. primus de fratribus Praedicatoribus in Haliciensi urbe morantibus scripsit. W. Abraham, *Powstanie organizacji Kościoła łac. na Rusi*, t. I, Lwów 1904, p. 111, n. 3, mentionem veram esse putat.

[6] De Petro epo cf. n. 16 ad a. 1231.

[7] Andreas ep. posteriore parte a. 1239 regnavisse videtur, cf. Kod. Maz. (K), nr 372 et n. Clementis, castellani Crac., filius e familia Grifonum ortus est (Semkowicz, *Rozbiór*, p. 236). Brzeźnica, villa, in distr. Pajęczno, palat. Lodensi sita est.

Annus 1239

[1] Ladislaus Odonic dux non in Pomerania, sed in Maiore Polonia, ubi Gnesn. et Posn. civitates habuerat, obiit a. 1238, cf. MPH, N.S., t. VIII, n. 482, p. 171, cf. Balzer, *Genealogia*, p. 220 sq.

[2] De filiis ducis Dl. iam ad a. 1225 scripsit, hoc loco tantum duos e uxore Hedvige (non Helinga) susceptos enumerat; Premislius I die 4 VI aut 9 VIII a. 1220 natus, princ. Maioris Poloniae, a. 1257 vita functus est.

[3] Boleslaus Pius, princ. a. 1221 natus, in Maiore Polonia regnavit. Obiit die 13 V ca a. 1270. Dl. Chr. MP secutus exigua utriusque ducis bona haereditaria enumerat.

[4] Mentio de expeditionibus Conradi ducis commenticia est.

[5] Etiam Dl. narrationem de legatis finxit; Clemens de Climontow vixit s. XII medio, alius Clemens, castellanus Crac. ca a. 1230 fuit. Ianussium, palatinum Crac., eo tempore nescimus. Cf. S. Maria H. Witkowska, *Vita s. Kyngae ... jako źródło hagiograficzne*, Roczniki Hum. KUL, t. X, z. 2, 1961, p. 103 et notae.

[6] Kynga, filia Beli IV, Hungariae regis, et Mariae Laskaris, a. 1234 nata, coenobium in Stary Sącz oppido fundavit. Obiit inter mensem Maium et Novembrem a. 1292.

[7] De b. Salomea cf. n. 6 ad a. 1208.

[8] Kynga, 5 annorum puella, a. 1239 in Poloniam deducta est et Boleslao duci, 12 annorum puero, nupsit. Cf. S.M.H. Witkowska, op. cit., p. 109 sqq., quae has nuptias a. 1246 celebratas esse demonstrare conatur. Quae infra leguntur, a Dl. e Chr. MP, c. 68, e Vita s. Kyngae, MPH, t. IV, p. 687, sumpta sunt.

[9] Cf. Vita s. Kyngae, MPH, t. IV, p. 687. In his miraculis narrandis Dl. suis est usus verbis.

[10] Cf. ... *more beati Nicolai non bino in hebdomade* etc., op. cit., l.c. Dl. huius narrationis rem paulo mutavit. De s. Nicolao epo in Legenda Aurea Iacobi de Voragine legimus.

[11] Solus Dl. de magna dote b. Kyngae scribit. Quae mentio vera videtur, nam Kyngam marito subsidio pecuniario saepe venisse scimus.

[12] De Iohanne Czapla, non cancellario sed scholastico Plocensi, palatini Christini hoste, Dl. iam ad a. 1217 scripsit. Hoc loco de eo aliter tradidit. Cf. Chr. MP, c. 69, ubi nomen Czapla occurrit, cf. PSB, t. IV. Cf. Annales cap. Crac., MPH, t. II, p. 803, cf. Chr. MP, c. 69, Annales cap. Gnesn., MPH, N.S., t. VI, p. 4, ubi de eo bis suspenso legimus. Dl. plura narravit, quae in fontibus hist. legimus. Quae re vera necis causa fuerit, nescimus.

[13] equuleus — instrumentum equi forma ad tormenta pertinens.

[14] De Agaphia ducissa, cf. n. 6 ad a. 1206.

[15] Dl. de Czapla canonico in eccl. s. Benedicti, in Radziwie suburbio Plocensi sita, suspenso acuratissime, quod mirum est, scribit, cf. B. Kürbis, MPH, N.S., t. VIII, n. 489.

[16] Dl. recte de Fulcone archiep., qui ducem eiusque uxorem anathematizavit, ad a. 1240 narrat. Cf. bullam a. 1240 editam, ubi de anathemate mentio fit.

[17] Cf. Annales cap. Gnesn., MPH, N.S., t. VI, p. 4 sq. Dl. alio temporum ordine res gestas enarravit. Casimirus I, filius Conradi ducis, eo tempore dux Cuiaviensis fuit. Cf. J. Powierski, *Z najdawniejszych dziejów Bydgoszczy, wydarzenia z lat 1230–1239*, Bydgostiana, 1964–1966, nr 3, p. 7–17.

[18] De terra Cuiaviensi vastata a Svantopelcone I, duce Pomeraniae Superioris, Msczugii I ducis filio, qui die 10–11 I a. 1266 de vita decessit, in Annalibus, u.s., op. cit., p. 4, mentio fit.

[19] De castro Santocensi occupato cf. ib. ad a. 1238, op. cit., p. 4, n. 24.

[20] Wilbrandus, archiep. Magdeburgensis inde ab a. 1235 usque ad a. 1253 regnabat. De castro Lubucensi obsesso cf. Chr. MP, c. 67. De hac re Dl. iam ad a. 1110 scripsit, cf. *Annales*, t. II, p. 257, Cf. Annales cap. Gnesn., MPH, N.S., t. VI, p. 4 et n. 27 sq. ad a. 1239. Uterque fons de Henrico Pio duce silet.

[21] Cf. Chr. Dusburgi, SRPr., t. I, p. 52 sqq., quo fonte hist. Dl. usus est. Magister Ordinis nomine Popinus (Poppo) eo tempore non vixit. In hoc capite Dl. de terris Varminiis, Bartonis, Natangis sub Cruciferorum potestatem redactis scribit.

[22] Balga, qua voce lingua Pruthenorum profunditas appellatur, propugnaculum ad Pregoła flumen situm, ca a. 1237 et a. 1239 conditum, postea sedes commendatoris Ordinis fuit.

[23] Otto, Henrici Leonis ducis nepos, ab a. 1226 Brunsviciensis dux, a. 1253 obiit.

[24] Utrumque castrum iam veterrimis temporibus funditus periit. Postea ibi bona Partheinen et Schrangenberg appellata, quod nomen a *monte Scrandonis* sumptum erat, fuerunt. Cf. SRPr., t. I, p. 63 et notas. In chr. Dusburgi nomen *Partegal* pro Partheinen traditur.

[25] De inscriptione deperdita, quae in coenobio fratrum Minorum, Toruniae sito, incisa fuit, cf. SRPr., t. II, p. 392 et n. 2. Qua ex inscriptione Dl. cognovit Popponem magistrum fratribus Minoribus a. 1239 donationem fecisse. Cf. Semkowicz, *Rozbiór*, p. 238.

Annus 1240

[1] In hoc capite conscribendo Dl. diplomatibus potissimum usus est. Dl. false de Petro archiepo pro Fulcone epo scribit, epum autem Plocensem Andream recte enumerat. De interdicto nihil scimus.

[2] Hoc loco de concilio quodam agitur. Quod autem nulla fide fontium hist. superioris temporis comprobatur.

[3] Archiep. Gnesn. iam ante a. 1236 castellaniam Lovicensem possidebat. Hoc loco de castro Lovicensi una cum privilegiis archiepo donatis agi videtur. Cf. MPH, N.S., t. VIII, n. 492, p. 172.

[4] Diploma donationis ignotum. Nihil etiam de eius canonici dignitate scimus.

[5] Conradus, dux Masoviae, die 16 VI a. 1242 bonis eccl. cathedralium Gnesn., Vlad., Plocensis et bonis ecclesiasticis, quae in terris a filiis suis administratis sita erant, immunitates iudiciales et fiscales addidit, KDW, t. I, nr 234.

[6] Cf. bullam Gregorii IX papae a. 1241 editam, Theiner, Vet. Mon. Poloniae et Lithuaniae, t. I, 1860, nr 74, ubi de anathemate et de duce, qui de iniuriis satisfecit, sermo est. Thomas autem et Gerardus scholasticus ibi enumerati sunt. Cf. PSB, t. VII et *Annales*, t. IV, n. 4, ad a. 1250.

[7] Cf. KDW, t. I, nr 226, quod diploma sine die et anno, quo editum esset, asservatur. In aut. hoc diploma inter f. 665 et 666, ut charta quaedam, est insertum.

[8] De Gregorio IX cf. n. 5 ad a. 1218. Is die 22 VIII a. 1241 mortuus est. Quod e Martino Op., p. 439 sumptum est.

[9] Goffredus Castiglioni Mediolanensis die 25 X a. 1241 papa Coelestinus IV electus die 10 XI eodem anno vitam deseruit.

[10] *discordiae ... semen* alluditur ad *Vlg*, Mat. 13, 39.

[11] Hi duo versus in aliis mss. coniunctim aut separatim occurrunt, e.g. coniunctim traduntur in mss 3749, f. 52 v. Bibliothecae in Wolffenbüttel (O. v. Heinemann, *Die Handschriften d. Herzoglichen Bibliothek zu Wolffenbüttel*, Bd 8, 1903, p. 139). Quo e mss. Dl. hos versus hauserit, nescimus.

[12] Cf. *Hist. eccles.*, col. 1141. Sinibaldus Fieschi die 25 VI a. 1243 papa electus nomen Innocenti IV sibi ascivit. Sedes papalis tantum 18 menses vacabat.

[13] Fratres Minores Vratislaviam urbem a. 1239 deducti ad eccl. s. Iacobi a. 1240 collocati sunt. Eccl. a. 1240–1270 aedificabatur. Vide *Sztuka Wrocławia*, Wrocław-Warszawa-Kraków, 1967, p. 63, 460.

[14] Dl. hoc caput nonnullis additis repetit, cf. ad a. 1239, ib. n. 24, ubi de utroque propugnaculo scribit.

[15] De Bogatini familia nihil certi scimus, cf. SRPr., t. I, p. 680.

[16] Schenk v. Winterstetten (a. 1208–1236) in fontibus hist. *Wolkwin*, *Volguin* nominatus, magister provincialis Livoniensis fuit.

[17] Post cladem ad Szawle oppidum a Lithuanis illatam, qua multi utriusque exercitus milites perierunt, i.e. a. 1236, Ordo Militum Christi cum Ordine Cruciferorum se coniunxit. Quod a papa Gregorio IX bulla a. 1237 edita confirmatum est.

# INDICES

collegit

MARIA MICHALEWICZ

# ABBREVIATIONES

| | | |
|---|---|---|
| archiep. | — | archiepiscopus |
| bibl. | — | Biblia, biblicus |
| castr. | — | castrum |
| cf. | — | confer |
| depart. | — | departamentum |
| dioec. | — | dioecesis |
| distr. | — | districtus |
| ep. | — | episcopus |
| f. | — | filius, filia |
| fl. | — | flumen (etiam amnis, fluvius, rivus) |
| imp. | — | imperator |
| ins. | — | insula |
| lac. | — | lacus |
| loc. | — | locus |
| m. | — | mons (montes) |
| opp. | — | oppidum (oppidulum) |
| palat. | — | palatinatus |
| s. | — | sancta, sanctus |
| u. | — | uxor |
| v. | — | villa, villula, vicus |

Adnotatio:
Instituta, ecclesiae, monasteria vide sub locis.

# INDEX NOMINUM PERSONARUM


Abgar V (Agar), fabularis rex 39, 309
Abgar IX, rex Edessae 309
Abraham e familia Odrowąż, pater Dzierslai 241
*Abraham Ladislaus* 375, 394
Accipitrum familia 103, 329
Adalbertus s., ep. Pragensis 225
Adalbertus (Wojtěch), archiep. Iuvaviensis 132, 343
Adalbertus marchio Sirbiae 151
Adla cf. Adleidis f. Ottonis Divitis marchionis Missnensis, u. Premislii Ottocari I
Adleidis f. Casimiri Iusti (vitium Dl.) cf. Adleidis f. Casimiri I ducis Cuiaviensis
Adleidis cf. Eudoxia, u. Mesconis Senis
Adleidis f. Almi regis Croatiae, u. Sobeslai I princ. Bohemiae 298
Adleidis f. Berengarii de Sulzbach palatini, u. Boleslai I Alti 172, 180, 355, 358
Adleidis f. Boleslai Alti, u. Dipoldi III 180, 265, 358, 388, 391
Adleidis f. Casimiri I ducis Cuiaviensis, soror Ordinis Praedicatorum 178, 357
Adleidis (Adleÿda) neptis Friderici I Barbarossae, ignota 64, 320
Adleidis (Adla) f. Ottonis Divitis comitis Missnensis, u. Premislii Ottocari I 180, 253, 357
Adleÿda cf. Adleidis neptis Friderici I Barbarossae
Adolphus e familia comitum Altenensium, archiep. Mediolani, Coloniae Agrippinae 205, 366
Adrianus III papa 57, 317
Adrianus IV papa (Nicolaus Breakspear) 57, 58, 68, 316, 317, 322
Aegidius Mutinensis, nuntius Apostolicus in Polonia 135, 344
Agaphia f. Petri Vlostovic, u. Iaxae princ. Stodoranorum 301
Agaphia f. Svantoslai Andreae, u. Conradi I ducis Masoviae 200, 258, 286, 363, 395
Agar cf. Abgar V
Agatha u. Raynaldi III comitis Superioris Lotharingiae 319
Agnes (Cristina — ita a Dl. vitiose nominata) f. Leopoldi III marchionis Austriae, u. Ladislai II Exulis 14, 16, 17, 19–24, 35, 36, 38, 40, 66, 70, 298, 300, 306, 308, 321
Agnes f. Henrici Pii ducis, abbatissa Trebnicensis 220, 252, 371, 383
Agricolarum domus 49
Alaph cf. Alp-Arslan al Khafai
Albericus de Trois Fontaines scriptor chron. 380, 386
Alberto de Morra cf. Gregorius VIII papa
Albertus pater Lucii II papae 33, 307
Albertus I (Albertus III ep. Livoniensis) archiep. Rigae et Livoniae 152, 198, 349, 362
Albertus III ep. Livoniensis alias Rigensis cf. Albertus I archiep. Rigae
Albertus marchio Sirbiae cf. Albrechtus marchio Missnensis
Albrachtus f. Iohannis, ignotus 243, 257
Albrechtus (Albertus) marchio Missnensis 159, 350, 352, 353, 357
Alexander III papa (Rolando Bandinelli, Rulandus) 68, 69, 73, 74, 80, 82, 90, 95, 96, 103, 116, 119, 122, 130, 134, 322, 324, 333, 334, 340–343
Alexander ep. Plocensis 44, 59, 311, 318
Alexius imp. Byzantinus cf. Manuel I Komnenos
Alexius III (Ascarius, Aschkarius, Lascaris) imp. Byzantinus 177, 357
Alga f. Boleslai Alti 180, 358
Allucingoli Ubaldo cf. Lucius III papa
Almus f. Geysae I, rex Croatiae 298, 313, 332
Almus f. Beli II Caeci 16
Alp-Arslan al Khafai (Alaph) soldanus Persiae 38, 309

Anastasia cf. Wierzchosława f. Wszewoldi Mstislavicz u. Boleslai Crispi
Anastasia f. Mesconis Senis, u. Boguslai I princ. Stetinensis 332
Anastasius IV papa (Conradus di Saburra) 55, 56, 316
Andreas f. Clementis de domo Grifonum, ep. Plocensis 241, 256, 262, 283, 287, 289, 384, 394, 396
Andreas ep. Pragensis 224, 373
Andreas princ. Bohemiae 310
Andreas II rex Hungariae 136, 137, 141, 143, 145, 181, 204, 206, 209, 212, 217, 218, 220, 221, 229, 230, 234, 236, 240, 243, 253, 262, 273, 345, 357, 358, 365, 367, 368, 370, 374-377, 387, 391
Andreas f. Andreae II regis Hungariae, dux Haliciensis 181, 217, 358, 368, 374, 379
Andreas I Bogolubski, f. Georgii I Dołgoruki, princ. oppidorum Wyżgorod, Turovia, Pinsk 43, 66, 90, 311, 321, 328, 331
Andreas Bonus f. Vladimiri Monomachi, princ. Volhyniensis et Vladimiriensis Perejislaviensisque 328
Anna f. Premislii Ottocari I, u. princ. Henrici Pii 252, 293, 382
Arnoldus archiep. Coloniensis 52, 313
Arnoldus I ep. Posnaniensis, e stirpe Dolanga 114, 140, 337, 346
Arnoldus II ep. Posnaniensis 346, 353
Arnoldus abbas Mogilnensis 337
Arnoldus de Brescia 317
Arpad f. Geysae II, ignotus 51, 313
Artungus frater Ordinis Praedicatorum 245
Ascarius cf. Alexius III imp. Byzantinus
Aschkarius cf. Alexius III imp. Byzantinus
Asterius (Astorgius) s. 74
Astorgius cf. Asterius s.
Auger cf. Ogierius ep. Vladislaviensis
Augurius cf. Ogierius ep. Vladislaviensis
Awdańce familia 305, 345, 379
Augustinus s. 72, 237
Augustus (Octavianus Augustus) imp. Romanus 52, 386

Babenberg gens 335, 386
Baldrzych, nobilis 335
Balduinorum familia 347
Balduinus I (Baldvinus) rex Hierosolymae 347
Balduinus III (Baldwinus) rex Hierosolymae 53, 314
Balduinus V rex Hierosolymae 314
Baldvinus cf. Balduinus
Baldwinus cf. Balduinus
Balk Hermanus cf. Hermanus Balk
*Balzer Oswaldus* 312, 313, 317, 318, 320–322, 325–327, 331–333, 341, 351, 356, 359, 363, 381–383, 389, 391, 393, 394
Bandinelli Rolando cf. Alexander III papa
Bank banus e familia Boor, palatinus Hungariae 217, 218, 369
*Bardach Julius* 340
Bartha ep. Vladislaviensis 191, 223, 360, 372
Beatrix f. Philippi ducis Sueviae, u. Ottonis IV regis Germanorum 366
Beatrix f. Raynaldi III comitis Superioris Lotharingiae, u. Friderici I Barbarossae 59, 318
Becket Thomas archiep. Cantuariensis 101, 333
Bela II Caecus rex Hungariae 16, 51, 299, 313
Bela III rex Hungariae 52, 98, 129, 136, 137, 141, 143–145, 147, 154, 175, 180, 181, 217, 230, 313, 332, 356, 358
Bela IV rex Hungariae 181, 212, 217, 234, 253, 262, 273, 280, 284, 285, 358, 376, 377, 387, 393, 394
Belial 270
Benedictus ep. Posnaniensis 334, 346
Benedictus frater Ordinis S. Benedicti, socius ep. Verneri 92, 329
Benedictus pater Anastasii IV papae 55, 316
Benessius (Byenyassius), frater Bolestae castellani Visnensis, ignotus 92, 93, 329
Berengarius de Sulzbach palatinus 355
Bernardus (Bernhardus) Clarevallensis, s. 12, 36, 37, 40, 297, 298, 300, 309
Bernardus abbas coenobii ss. Vincentii et Anastasii cf. Eugenius III papa
Bernardus (Bernhardus) ep. Lubucensis 44
Bernardus ep. Posnaniensis 73, 93, 103, 317, 324, 334
Bernhardus cf. Bernardus
Bertholdus IV v. Diessen-Andechs, comes ducatus Merani 181, 217, 261, 358
Bertholfus cf. Otto v. Wittelsbach
Bertoldus ep. Livoniae 152, 198, 349, 362
Bertoldus v. Andechs, patriarcha Aquilegiensis 261, 387
Biedrzych cf. Fridericus f. Ladislai II, princ. Bohemiae
*Bieniek Stanislaus* 301–304
Bipennium stirps 335
*Błaszkiewiczówna Irene* 307
Bodzantha consanguineus archiep. Iohannis II 315

Bogatini (Bogetyna) familia 293, 396
Bogetyna cf. Bogatini familia
Bogoria familia 345
Bogufał I (Boguphalus) ep. Posnaniensis 42, 44, 48, 310
Bogumil e gente Leszczyc, beatus 326
Boguphalus cf. Bogufał I ep. Posnaniensis
Boguslaus frater Petri Vlostovic 303
Boguslaus I princ. Stetinensis 99, 117, 247, 332, 338, 381
Boguslaus II princ. Stetinensis 99
Boleslaus I Magnus rex Poloniae 263
Boleslaus II Audax rex Poloniae 333
Boleslaus Altus princ. Silesiae 35, 67, 70, 71, 75, 76, 87, 90, 98, 102, 117, 121, 127, 152, 161, 163, 172, 180, 316, 323, 325, 333, 334, 338, 344, 352, 355, 358
Boleslaus Calvus Rogatka dictus, princ. Vratislaviensis, Silesiae 252, 354, 382, 387
Boleslaus Crispus 12, 16, 19, 21, 26, 27, 30–41, 43–54, 58–62, 64, 65, 67–69, 73, 75–88, 92–94, 96–99, 112, 113, 118, 131, 133, 139, 297, 305, 306, 308–310, 312, 318–320, 322, 324–327, 331, 332, 346
Boleslaus Krzywousty (Crziwousty, Crzywovsty, Krziwousti) princ. Poloniae 11, 13, 17, 25, 51, 52, 86, 117, 155, 210, 247, 288, 297, 300, 305, 319, 324, 326, 341
Boleslaus Pius f. Ladislai Odonic, princ. Maioris Poloniae 263, 284, 380, 394
Boleslaus Pudicus f. Lestconis Albi 234, 245, 250, 266, 268, 269, 270, 272–274, 277–280, 284, 285, 376, 388, 389, 392–394
Boleslaus Szepiołka nominatus, f. Dipoldi III 265, 266, 388
Boleslaus f. Boleslai Alti 102, 180, 334
Boleslaus f. Boleslai Crispi 58, 96, 331
Boleslaus f. Casimiri Iusti 132, 343
Boleslaus I f. Conradi I, dux Sandomiriensis, Siradiensis et Masoviae 252, 258, 267, 269, 271, 276, 279, 286, 290, 291, 382, 385, 389, 392, 393
Boleslaus f. Henrici I Barbati 171, 219, 354, 371
Boleslaus f. Mesconis Senis 69, 99, 149–152, 161, 162, 164, 165, 322, 332, 349, 352, 356, 359
Bolesta castellanus Visnensis 91–93, 329
Boor familia 217, 369
Borys (Borzich) f. Georgii I Dołgoruki, dux Białogorodiensis et Turoviensis 66, 321
Borzich f. Borys
Borzislaus cf. Borzywogius f. Dipoldi III
Borzywogius (Borzislaus) f. Dipoldi III 265, 266, 274, 275, 388, 391
Borzywogius II f. Vratislai II 18, 299
Breakspear Nicolaus cf. Adrianus IV papa
Bronissius (Bronisz) e gente Pomian, palatinus Posnaniensis 271, 390
Bronisz cf. Bronissius palatinus Posnaniensis
Budislaus f. Crzeslai 241, 379
*Budkowa Sophia cf. Kozłowska-Budkowa Sophia*
Byenyassius cf. Benessius

Caccianemici Gerardus cf. Lucius II papa
Calixtus III (Iohannes ep. Albanensis) antipapa 96, 331, 334
Calo Iohannes cf. Kalojohannes imp. Bulgarorum
Carolus Magnus imp. 49, 312
Casimirus Instaurator princ. Poloniae 102, 316
Casimirus Iustus (Kazimirus) f. Boleslai Krzywousty 12, 36, 51, 86–89, 97, 98, 108–117, 120–139, 141–157, 160, 162, 165, 166, 168, 174–176, 178, 179, 182, 183, 185, 188, 192, 199, 201, 241, 297, 308, 320, 327, 335, 336, 338, 340–346, 350, 351, 357, 364, 381, 392
Casimirus I f. Conradi I, dux Cuiaviensis, postea Lanciciensis 252, 258, 271, 276, 286, 287, 290, 291, 383, 385, 392, 395
Casimirus I f. Mesconis Loripedis, princ. Opoliensis et Rathiboriensis 118, 213, 214, 254, 276, 339, 367, 368, 384, 392
Castiglione gens 12
Castigilioni Goffredus cf. Coelestinus IV papa
Cedron cf. Theodorus de domo Grifonum
Cervorum-Niałek familia 375
Cherubin ep. Posnaniensis 121, 317, 334, 337
Chinchis cf. Czyngis-chan
Choszizko cf. Mesco Chościsko
Christianus (Cristianus, Cristinus) ep. Prussiae 232, 258, 325, 375, 385
Christinus (Cristinus) palatinus Masoviensis 158, 194, 195, 225–227, 287, 351, 361, 373, 395
Christus (Iesus Christus Nazarenus) 39, 74
Cicero (Marcus Tullius Cicero) 336, 337, 350
Cieszęta (Czesszatha) f. Laurencii, subvenator Cracoviensis 219, 370

Ciprianus ep. Vratislaviensis 180, 203, 357, 365
Clemens III papa (Paulus Scolari) 145, 146, 151, 347
Clemens de domo Grifonum, castellanus Cracoviensis 241, 262, 284, 384, 394
Clemens de Klimontow e gente Grifonum, Iohannis II Ianic dicti frater 12, 13, 37, 297, 394
Clemens miles 218, 370
Clemens Smolatycz, metropolita Kijoviensis 311
Cletus ep. Agriensis 240, 378
Coelestinus II papa (Guido di Città di Castello) 26, 33, 305, 307
Coelestinus III papa (Hiacynthus f. Petri Bubo) 148, 151, 152, 166, 171, 349, 354, 355
Coelestinus IV papa (Goffredus Castiglioni) 292, 396
Colomanus rex Haliciae 181, 204–209, 212, 217, 229, 230, 232, 234, 236, 243, 285, 358, 365–367, 374, 375, 377, 379
Conradus ep. Caminensis 121, 340
Conradus II imp. 180, 358
Conradus III rex Germanorum 19, 21, 33, 35, 38–41, 44, 46–48, 50–52, 60, 64, 308–313
Conradus I princ. Bernensis et Bohemiae 18
Conradus f. Boleslai Alti, monachus Lubensis 180, 358
Conradus I f. Casimiri Iusti, dux Masoviae et Cuiaviae 156, 158, 160, 168, 174–177, 182–184, 188, 192–196, 200–202, 223, 225–227, 231, 232, 240, 242, 246, 248, 250–252, 254, 255, 257–260, 264, 266–274, 276–280, 284–287, 289, 290, 329, 351, 356, 359, 361, 363, 364, 373, 375, 382–386, 389, 392–394, 396
Conradus f. Dedoni, marchio Lusatiae Inferioris 332
Conradus I f. Henrici II Pii, ep. Passaviensis, dux Glogoviensis, Bithomiensis, Crosnensis 252, 382
Conradus II (Cunradus) f. Leutoldi, princ. in Znoim, marchio Moraviae 18, 19, 21, 33, 299
Conradus dux Rathiboriensis (vitium Dl.) cf. Mesco Loripes dux Rathiboriensis
Conradus Crispus f. Henrici I Barbati 171, 219, 220, 354, 371
Conradus de Landisberg magister Ordinis Cruciferorum 259, 386
Conradus I Loripes f. Ladislai II Exulis 35, 48, 67, 70, 75, 76, 87, 98, 102, 312, 321, 325
Conradus III Otto f. Conradi II, princ. Bohemiae 18, 21, 114, 119, 129, 130, 132, 136, 138, 140, 147, 151, 299, 342, 346, 348, 349
Conradus di Saburra cf. Anastasius IV papa
Constantia f. Belae III regis Hungariae, u. Premislii Ottocari I regis Bohemiae 180, 252, 253, 357
Constantia f. Henrici II Pii, u. Casimiri I princ. Cuiaviae 252, 276, 286, 383, 392
Constantia f. Rogeri II regis Siciliae, u. Henrici VI imp. 151, 216, 349, 269
Constantinus f. Davidis Rostislavicz 202, 364
Constantinus f. Iaroslai magni ducis Kijoviensis 365
Constantinus f. Petri Vlostovic 24, 301
Constantinus f. Vladimiri principis in Riazan, dux Ruthenorum 365
Constantinus f. Wszewoldi III, dux Rostoviensis et Vladimiriensis 201, 215, 363
Conti familia 354
Cosmas scriptor chron. 307
Cristianus cf. Christianus ep. Prussiae
Cristina u. Ladislai II Exulis cf. Agnes u. Ladislai II Exulis
Cristinus cf. Christianus ep. Prussiae
Cristinus palatinus Masoviensis cf. Christinus palatinus Masoviensis
Crivelli Uberto cf. Urbanus III papa
Crzeslaus pater Budislai 241
Cunegundis f. Philippi ducis Sueviae, u. Venceslai I regis Bohemiae 253, 383
Cunradus cf. Conradus
Cygnorum gens (Łabędziów) 300–304
Czader cf. Theodorus de domo Grifonum
*Czerska Danuta* 5
Czeslaus (Czesław), b., abbas monasterii fratrum Praedicatorum Vratislaviae 229, 374
Czesław b. cf. Czeslaus b.
Czesszatha cf. Cieszęta
Czyngis-chan (Chiuchis) imp. Tartarorum 142, 347

Danger ep. Vladislaviensis cf. Swidgerus ep. Vladislaviensis
Daniel f. Romani, princ. Haliciensis, Vladimiriensis, Luceoriensis, m. dux Kijoviensis 232, 234, 236, 243, 366, 376, 377

David pater Isaslai m. ducis Kijoviensis 320
Davis pater Rostislai, dux Ruthenorum, ignotus 366
David rex (bibl.) 72, 104, 107, 323, 334

David f. Mstislai Roscislavicz, princ. in Toropec 224, 372
David f Rostislai IMichaelis, dux Vitebscensis, Smolescensis et Wyżgorod oppidi 91, 202, 328, 339, 351, 364, 373
*Dąbrowska Iwona* 316
Dedonus marchio Lusatiae Inferioris 332
Demetrius f. Georgii, ignotus 91
Demetrius Ruthenus 208
Dipoldus I (Dypoldus, Theobaldus) f. Ladislai I princ. Bohemorum 19, 42, 299, 310
Dipoldus II f. Dipoldi I, princ. Bohemorum 344
Dipoldus III (Dypoldus, Theobaldus) f. Dipoldi II, dux Moraviae 136, 180, 192, 265, 275, 344, 358, 361, 388, 391
Dipoldus (Otto) f. Dipoldi III, canonicus Magdeburgensis 265, 266, 388
Dirsyoy (Dzierżykraj) comes 385
Dlugossius 5, 297–302, 305–312, 314–344, 346–381, 383–396
Dobek miles cf. Dobiesz miles
Dobes (Dobesch) miles cf. Dobiesz miles
Dobiesz (Dobek, Dobes, Dobesch, Dobyesz) miles 23, 24, 300, 301
Dobrogostius palatinus Gnesnensis 243, 244, 380
Dobrogostius f. Laurentii, ignotus 219, 370
*Dobrowolski Casimirus* 344, 345
Dobyesz miles cf. Dobiesz miles
Dolanga stirps 114, 338
Dolivitarum familia 203
Dominicus, s. 222, 223, 228, 229, 234, 235, 267, 374, 389
*Dworzaczek Vlodimirus* 310, 325, 332
Dypoldus cf. Dipoldus
Dzierslaus Abrahamowic e familia Odrowąż, castellanus Visliciensis 241, 379
Dzierżek frater ep. Viti 339
Dzierżykraj cf. Dirsyoy comes
*Dziewulski Ladislaus* 392

Eberhardus cf. Eckbert v. Andechs-Meran ep. Bambergensis
Eckbert v. Andechs-Meran (Eberhardus) ep. Bambergensis 261, 387
Egidius cf. Svantoslaus-Aegidius f. Petri Vlostovic
Elisabeth s., f. Andreae II regis Hungariae, u. Lodovici palatini Thuringiae 181, 217, 253, 262, 273, 358, 370, 383
Elisabeth (Gertrudis — ita a Dl. vitiose nominata), f. Almi princ. Hungariae, u. Mesconis Senis 51, 57, 62, 313, 317, 319, 332
Elisabeth f. Henrici II Pii, u. Premislii I princ. Posnaniensis 252, 383
Elisabeth f. Mesconis Senis, u. Sobeslai II princ. Bohemiae 332, 338
Emericus f. Belae III regis Hungariae 175, 178, 356, 357
Esau (bibl.) 219
Eudoxia f.Conradi ducis Masoviae, u. Theodorici ducis Brennensis 175, 356
Eudoxia f. Isaslai IIMstislavicz, u. Mesconis Senis 49, 69, 78, 87, 312, 322, 327, 332
Eugenius III papa (Bernardus abbas coenobii ss. Vincentii et Anastasii Romae) 36, 37, 44, 45, 48, 50, 55, 308, 316

Felix, s. 74, 324
Fieschi Sinibaldus cf. Innocentius IV papa
*Fijałek Iohannes* 317, 348, 353
Filia Attila (Filnya Attilia, Tyla) palatinus Hungariae 206–208, 366
Filnya Attilia cf. Filia Attila palatinus Hungariae
Floger ep. Vladislaviensis cf. Swidgerus ep. Vladislaviensis
Florentinus (Florencius) abbas coenobii Cisterciensis 102, 334
Florianus s., Noricus 119, 134, 135, 344, 345
Florianus s., Italicus 344
Franciscus s. 222, 223
Franciscus (Franco, Swantko) ep. Vratislaviensis 127, 172, 342, 355
Franco cf. Franciscus ep. Vratislaviensis
Fridericus I Barbarossa imp. 52, 57, 59–64, 66, 67, 70, 71, 73–75, 95, 96, 99, 100, 103, 108, 114, 126, 127, 130, 140, 144, 146, 147, 151, 311, 313, 317–324, 331, 332, 334, 337, 341, 346, 348, 355, 370
Fridericus II imp. 216, 223, 224, 232, 233, 246, 253, 292, 369, 375, 376
Fridericus I dux Lotharingiae 99, 332
Fridericus II dux Sueviae 52, 168, 313
Fridericus V dux Sueviae 146, 147, 348
Fridericus (Biedrzych) f. Ladislai II, princ. Bohemiae 78, 100, 114–116, 119, 129, 130, 132, 136, 138, 140, 147, 325, 333, 337, 342–344, 346, 348
Fridericus II Fortis nominatus, f. Leopoldi VI, princ. Austriae, Stiriae, Crainae 261, 386
Fridericus II Wettin 356
*Friedberg Marianus* 301–304, 356, 376, 390

Fulco (Fulko) cf. Pełka ep. Cracoviensis
Fulco cf. Pełka archiep. Gnesnensis

Gaudencius cf. Gaudentius ep. Lubucensis
Gaudentius (Gaudencius) ep. Lubucensis 121, 340
*Gąsiorowski Antonius* 329, 330
Gedeon cf. Gedko ep. Cracoviensis
Gedka cf. Gedko ep. Cracoviensis
Gedko (Gedka, Gedeon) ep. Cracoviensis 82, 93, 94, 98, 101, 102, 104, 106, 109, 112, 113, 119, 121, 135, 137, 326, 330, 339, 344, 345
Gedko (Getka, Gethka, Goslaus) ep. Plocensis 201, 239, 364, 378
Georgius f. Iaroslai, princ. Ruthenorum, ignotus 43, 68, 322
Georgius I Dołgoruki f. Vladimiri Monomach, princ. Rostoviensis, Kijoviensis et Suzdalensis 43, 55, 65, 66, 68, 74, 78, 311, 315, 316, 320–322, 324, 325, 328, 331, 343
Georgius II f. Wszewoldi III Wielkie Gniazdo nominati, dux Vladimiriensis et Suzdalensis 201, 213, 253, 363, 383
Georgius princ. Ruthenorum, ignotus 91
Gerałt familia 383
Gerardus primus ep. Ecclesiae Romanae in Russia 245, 380
Gerardus scholasticus Cracoviensis 290, 291, 396
Gertrudis cf. Elisabeth f. Almi princ. Hungariae, u. Mesconis Senis
Gertrudis f. Bertholdi IV comitis ducatus Merani, u. Andreae II regis Hungariae 181, 217, 218, 358, 369, 370
Gertrudis f. Henrici I Barbati, abbatissa Trebnicensis 190, 360, 366
Gertrudis f. Henrici II Pii, u. Boleslai I ducis Sandomiriensis, Siradiensis, Masoviensis 252, 276, 279, 283, 392, 393
Gertrudis f. Leopoldi III marchionis Austriae, u. Ladislai II regis Bohemorum 19, 299
Gervardus comes, pater archiep. Petri II 335
Gervardus (Gerward) ep. Posnaniensis (non exstitit) 107, 114, 334, 335, 337
Gerward cf. Gervardus ep. Posnaniensis
Getka (Gethka) cf. Gedko ep. Plocensis
Geysa II (Geÿsza) f. Beli II Caeci, rex Hungariae 16, 51, 72, 98, 313, 323, 325
Geÿsza cf. Geysa
Geÿsza f. Geysae II regis Hungariae, ignotus 51, 313
*Gieysztor Alexander* 340, 341
Gleb III (Hleb) f. Georgii, dux Dubroviensis et Turoviensis 158, 351
Gleb (Hleb) f. Georgii I Dołgoruki, dux Perejaslaviensis, m. dux Kijoviensis 65, 66, 91, 95, 97, 320–322, 328, 329, 331, 343
Gleb f. Iaroslai m. ducis Kijoviensis, princ. Riazanensis 203, 365
Gleb (Hleb) f. Rostislai (Jarosławowicz) dux Riazanensis 134, 344
Gleb (Hleb) f. Svantoslai III, dux in Bieługorod arce 159, 351
Gleb f. Vladimiri, dux Riazanensis 365
Godzamba familia cf. Godzięba familia
Godzięba (Godzamba) familia 94, 223, 372
Goliath (bibl.) 72, 323
*Gołąb Casimirus* 378
Goslaus cf. Gedko ep. Plocensis
Goszdowitarum gens cf. Gozdawa gens
Gotfridus de Bouillon 144, 347
Goworek cf. Goworicius palatinus Sandomiriensis
Goworicius (Goworek) palatinus Sandomiriensis 162–164, 174, 177, 185–188, 356
Gozdawa (Gozdowa, Goszdowitarum) gens 226, 239, 335, 361
*Górka Olgierdus* 316
*Górski Carolus* 345, 379
*Grabski Ladislaus* 303, 304
Gregorius VIII papa (Alberto de Morra) 144, 347
Gregorius IX papa (Hugolinus, Ugolino Conti) 198, 203, 228, 246, 252, 253, 255, 262, 267, 268, 279, 290, 292, 365, 374, 376, 380, 383, 396
Gregorius IV Bahlavuni patriarcha Armenorum 308
Gregorius de Crescencia cardinalis legatus Sedis Apostolicae in Polonia 238
Gregorius cf. Georgius II f. Wszewoldi III Wielkie Gniazdo
Gregorius cf. Igor Georgius f. Svantoslai II Nicolai
Grifonum domus 12, 37, 53, 73, 82, 117, 137, 211, 241, 247, 262, 270, 283, 323, 324, 326, 338, 378, 379, 382, 384, 389, 394
*Grodecki Romanus* 321, 325, 327, 331, 338, 340, 354, 360, 371, 377, 379, 381, 382, 384, 387, 388, 392
*Grygorowicz Alexander* 304
Grzimislava f. Ingvar ducis Luceoriensis, u. Lestconis Albi 231, 232, 234, 240, 245, 250–252, 266, 268, 269, 272, 279, 280, 375, 382

Guido Cremonensis cf. Paschalis III antipapa
Guido di Città di Castello cf. Coelestinus II papa
Guido de Lusignan princ. Hierosolymae 347
Guntherus ep. Plocensis 239, 246, 250, 258, 261, 264, 378, 387

Hedvigis s., f. Bertholdi IV comitis Diessen-Andechs, u. Henrici I Barbati 171, 175, 180, 181, 189, 190, 217, 219, 220, 236, 242, 250, 252, 254, 261, 265, 268, 279, 281, 282, 284–286, 292, 356, 358–360, 369, 371, 382, 383, 386, 387, 393, 394
Hedvigis f. Henrici II Pii, abbatissa coenobii Vratislaviensis S. Clarae 252, 383
Hedvigis (Helinga — ita a Dl. nominata) f. Msczugii I Pomeraniae ducis, u. Ladislai Odonic 238, 284, 378, 394
*Heinemann Otto* 396
Helena f. Rostislai ducis Premisliensis, ignota 69
Helena f. Stephani Urosz regis Serbiae, u. Belae II Caeci 16, 299
Helena u. Casimiri Iusti 87, 165, 169, 175–179, 181–185, 214, 327, 351, 353
Helinga cf. Hedvigis f. Msczugii I, u. Ladislai Odonis
Henricus IV imp. 288
Henricus V imp. 14
Henricus VI imp. 146, 147, 151, 154, 159, 171, 172, 205, 216, 232, 348–350, 355, 369
Henricus rex Germaniae 44
Henricus f. Ladislai I princ. Bohemorum, frater Ladislai II 40, 310
Henricus (Hermanus — ita Dl.) abbas coenobii Cisterciensium in Lehnin 271, 390
Henricus III Albus nominatus, f. Henrici Pii, dux Vratislaviensis 252, 382
Henricus I Barbatus princ. Silesiae 171, 180, 181, 189, 190, 203, 217, 219, 220, 227, 233, 234, 236, 241, 242, 247–252, 254, 256, 258, 261, 262, 264–266, 268–270, 272–284, 286, 292, 323, 354, 358, 360, 366, 371, 373, 377, 379, 382, 383, 385, 388–392, 394
Henricus Brzetislaus ep. Pragensis, princ. Bohemorum 154, 155, 159, 167, 350, 353
Henricus Illustris marchio Missnensis 271, 391
Henricus II Jasomirgott marchio Austriae 108, 335
Henricus Ketlicz miles 149, 150, 349, 356
Henricus Kietlicz (Henricus de Kÿetlicz, Henricus Kyethlycz) archiep. Gnesnensis 100, 125, 174, 175, 203, 210, 219, 229–231, 333, 356, 364, 370, 374, 375, 378
Henricus Leo, dux Saxoniae 172, 355, 395
Henricus Moravus, frater Ordinis Praedicatorum 229, 374
Henricus II Pius, f. Henrici I Barbati princ. Silesiae 171, 219, 220, 251, 252, 268, 276, 279, 281, 282, 284, 286–288, 292, 371, 382, 393–395
Henricus II Plantagenet rex Anglorum 96, 101, 331, 333
Henricus Sandomiriensis f. Boleslai III Krzywousty ducis Poloniae 12, 16, 19, 21, 26, 27, 30, 31, 33–35, 38, 40, 41, 43–46, 50–52, 60–62, 64, 67–69, 75, 77, 82, 84–86, 124, 152, 297, 306, 308, 310, 313, 314, 326, 327
Henricus de Verd marchio Istriae 261, 387
Henricus Zdik ep. Olomucensis 33, 307
Herkemboldus castellanus Calisiensis 210, 367
Hermanus abbas Cisterciensium in Lehnin cf. Henricus abbas Cisterciensium in Lehnin
Hermanus palatinus Saxoniae, landgravius Turingiae 217, 370
Hermanus Balk magister provincialis Cruciferorum 258, 264, 280, 385, 393
Hermanus de Salza magister Ordinis Cruciferorum 258, 259, 267, 268, 385, 389
Hermanus Theutonicus, frater Ordinis Praedicatorum 229, 374
Hermanus de Wartberge scriptor chron. 348, 349, 362, 365
Hivo cf. Ivo Odrowąż
Hleb cf. Gleb
Honoldus cf. Onoldus ep. Vladislaviensis
Honorius III papa (Cencio Savelli) 223, 224, 228, 230, 232–234, 238, 246, 372, 380
Horatius (Quintus Horatius Flaccus) 341
Hostasius cf. Ostasius
Hugolinus cf. Gregorius IX papa
Hvnbertus cf. Urbanus III papa
Hyacinthus (Iaccho, Iaczek, Iaczko) e familia Odrowąż, s. 228, 229, 235, 374, 376, 388

Iaccho s. cf. Hyacinthus s. e familia Odrowąż
Iacobus (bibl.) 219
Iacobus de Sneyn archiep. Gnesnensis 27, 30, 36, 37, 42, 44, 45, 61, 67, 306, 311
Iacobus de Voragine 395
Iaczek (Iaczko) s. cf. Hyacinthus s.
Ianik cf. Iohannes II archiep. Gnesnensis
Ianina domus 120

Ianislaus cf. Iohannes II archiep. Gnesnensis
Ianus archidiaconus 203
Ianussius palatinus Cracoviensis 284, 394
Ianyk cf. Iohannes II Ianic dictus archiep. Gnesnensis
Iarlochus scriptor chron. 333, 334, 345, 350, 352
Iaromarus dux Rugiae 333
Iaropolcus f. Isaslai II, dux in Bużsk castro 322
Iaropolcus f. Romani, dux Smolescensis 97, 331
Iaropolcus (II), (Iaropolkus) f. Vladimiri Monomach, princ. Perejaslaviensis, m. dux Kijoviensis 14, 298
Iaropolcus nepos Gleb Rostislavicz ducis Riazanensis, ignotus 134, 344
Iaropolkus Wlodimirovicz cf. Iaropolcus (II) f. Vladimiri Monomach
Iarosch eques Hungaricus 209
Iaroslaus dux Ruthenorum, ignotus 68, 322
Iaroslaus f. Boleslai Alti princ. Opoliensis, ep. Vratislaviensis 102, 161, 163, 172, 180, 334, 352, 355, 357
Iaroslaus f. Gleb Rostislavicz, m. dux Kijoviensis 365
Iaroslaus (Iaroslaus Iszaslavicz) f. Isaslai II, princ. Luceoriensis, m. dux Kijoviensis 68, 74, 97, 118, 134, 322, 331, 339
Iaroslaus f. Wszewoldi III, princ. Perejaslaviensis, in Zalesie, in Riazan, M. Novogradiae, m. dux Kijoviensis 197, 201 213, 224, 362, 363, 372
Iaroslaus pater Grzimislavae cf. Ingvar dux Luceoriensis
Iaroslaus Iszaslavicz cf. Iaroslaus f. Isaslai II
Iaroslaus Ośmiomysł f. Vladimirkonis, dux Haliciensis 58, 318, 331, 344, 345, 346, 354
Iaroslaus Wszewłodowicz f. Wszewoldi, princ. Czyrniejoviensis 359
Iaxa princ. Stodoranorum 24, 301
Iaxa de Miechovia (Mÿechow) 72, 73, 89, 112, 310, 323, 324, 327
Iezabel (bibl.) 286
Igor (Ihor) II f. Oleg Michaelis, m. dux Kijoviensis 42, 43, 310
Igor Georgius (Gregorius) f. Svantoslai II Nicolai, dux M. Novogradiae, Severiensis, Czyrniejoviensis 91, 159, 328, 352, 363
Ihor cf. Igor II f. Oleg Michaelis
Ingvar f. Iaroslai Isaslavicz, dux Luceoriensis 231, 232, 375
Innocentius II papa 16, 21, 26, 299, 305
Innocentius III papa (Lotharius f. Trazymondi de Segni e familia Conti) 171, 172, 175, 180, 191, 202, 203, 205, 216, 222–224, 303, 354, 372
Innocentius III (Lando di Sezze) antipapa 96, 331, 334
Innocentius IV papa (Sinibaldus Fieschi) 396
Iohannes II Ianic (Ianik, Ianislaus, Ianyk) ep. Vratislaviensis, archiep. Gnesnensis 12, 13, 37, 45, 51, 53, 54, 56, 57, 59, 69, 73, 80, 297, 308, 314, 326
Iohannes ep. Albanensis cf. Calixtus III antipapa
Iohannes ep. Plocensis 239, 246, 381
Iohannes castellanus e gente Grifonum 270, 390
Iohannes decanus Plocensis, cancellarius Conradi ducis Masoviae 329
Iohannes f. Boleslai Alti 180, 358
Iohannes miles 243, 257
Iohannes miles de domo Grifonum 241
Iohannes pater Clementis III papae 145
Iohannes pater Urbani III papae 140
Iohannes Czapla (Iohannes Czyaplya) scholasticus Plocensis 226, 286, 287, 289, 290, 373
Iohannes Czyaplya cf. Iohannes Czapla
Iohannes de Konary, miles, ignotus 110, 111, 336
Iohannes e familia Malabranca, legatus Sedis Apostolicae 146, 347
Iohannes Prezbyter rex Aetiopiae 142, 347
Iohannes de Temporibus dictus 49, 312
Iolanta f. Petri II de Courtenay, secunda u. Andreae II regis Hungariae 367
Iordanus nobilis de familia Pierleone 37, 308
Isaslaus dux Ruthenorum, ignotus 243, 379
Isaslaus f. David Rostislavicz 159, 351
Isaslaus (Iszaslaus Davidovicz, Yszaslaus) f. David Svantoslavicz princ. Czyrniejoviensis, m. dux Kijoviensis 26, 31, 33, 55, 65, 66, 78, 85, 86, 306, 316, 320, 325, 327
Isaslaus f. Iaroslai m. ducis Kijoviensis 365
Isaslaus II (Isaslaus Msczislawicz, Iszaslaw Pereaslawiensis) f. Mstislai I, m. dux Kijoviensis 42, 43, 54, 55, 58, 59, 65, 68, 310–312, 315, 318, 320–322, 324, 328
Isaslaus Msczislawicz cf. Isaslaus II f. Mstislai I
Iszaslaus Davidovicz cf. Isaslaus f. David Svantoslavicz
Iszaslaw Pereaslawiensis cf. Isaslaus II f. Mstislai I
Iudith f. Conradi I ducis Masoviae,

u. Mesconis II Crassi 276, 392
Iudith f. Lodovici II landgravii, Turingiae, u. Ladislai II regis Bohemiae 90, 328
Iustinus (Marcus Iunianus Iustinus) 297, 298, 300, 321, 332, 366, 382, 386
Ivo (Hivo, Ywo) Odrowąż ep. Cracoviensis 204, 205, 228, 229, 234–239, 241, 242, 245, 246, 248, 250, 255–257, 280, 357, 365, 373, 374, 376, 377, 380, 383, 384

*Jacniacka Iohanna* 382
Jaropolcus cf. Iaropolcus
Jaroslaus cf. Iaroslaus
*Jasiński Casimirus* 317, 319, 325, 327, 332, 337, 378, 386
Jeroschinus scriptor chron. 389
*Jungnitz J.* 304

*Kaczmarczyk Sdislaus* 387
Kadlubek de Karwow, pater Magistrii Vincentii 202, 228, 237
Kadłubek cf. Magister Vincentius
Kalojohannes (Calo Iohannes) imp. Bulgariae 78, 325
*Karwasińska Hedvigis* 385
Kazimirus cf. Casimirus Iustus
*Keyser Erichus* 304
*Kętrzyński Adalbertus* 307
*Kętrzyński Stanislaus* 327, 343, [351
*Kiełtyka Stanislaus* 378
Kietlicz gens 356
Kietlicz (Kÿetlicz, Kyethlycz) Henricus cf. Henricus Kietlicz archiep. Gnesnensis
*Klimaszewski Mieczislaus* 5
*Kłoczowski Georgius* 383, 387
*Kłodziński Adam* 371, 381, 384
*Korusowa Agnes* 5
Koszlyarogy gens 129, 263
*Kozłowska-Budkowa Sophia* 335, 374–376, 378
*Kujot Stanislaus* 381
*Kürbis Brigida* 337, 342, 387, 389, 395
Kynga (Kunegundis) f. Belae IV, u. Boleslai V Pudici 284, 285, 394, 395

*Labuda Gerardus* 297, 306, 317, 318, 322, 327, 337, 381, 385
Ladislaus II (Wladislaus) rex Bohemiae, 14, 18, 19, 21, 38, 40–42, 46, 47, 56, 60, 62, 64, 67, 78, 90, 100, 114, 116, 119, 151, 298, 299, 310, 312, 321, 322, 328, 333, 349, 350
Ladislaus I Sanctus rex Hungariae 273
Ladislaus II rex Hungariae 16, 78, 325
Ladislaus III rex Hungariae 178, 181, 357
Ladislaus I princ. Bohemorum 14, 298, 350
Ladislaus f. Casimiri I, dux Calisiensis et Rudensis 210, 276, 367, 392
Ladislaus f. Henrici Pii, ep. Passaviensis, archiep. Iuvaviensis 252
Ladislaus f. Sobeslai I, dux Olomucensis 18, 299
Ladislaus II (Wladislaus) Exul, f. Boleslai, dux Cracoviensis et Silesiae 11–17, 19–24, 26–35, 38–41, 44–48, 50, 52, 59–61, 64–67, 70, 74–76, 87, 117, 152, 161, 213, 276, 297, 298, 300, 301, 306–310, 312, 313, 318–321, 325–327, 338, 352
Ladislaus I Hermanus princ. Poloniae 247
Ladislaus III Henricus princ. Bohemiae, f. regis Ladislai II 154, 159, 168, 350, 354
Ladislaus III (Wladislaus, Lyasconogi, Lyaskonogy) Loripes, f. Mesconis Senis, princ. Posnaniensis, Gnesnensis, Cracoviensis 87, 99, 125, 174, 183, 184, 187–189, 199, 200, 220, 221, 230, 238, 243–245, 248, 254, 255, 259, 260, 263, 273, 327, 332, 333, 341, 359, 363, 371, 375, 380, 381, 384, 386
Ladislaus Odonic Plwacz vocatus, princ, Calisiensis, Posnaniensis, Maioris Poloniae 184, 218–221, 238, 243–245, 247, 248, 250, 254, 257, 259, 260, 262, 264–268, 273–275, 282–284, 356, 359, 371, 378, 380, 381, 384, 387, 388, 391, 394
Lando di Sezze cf. Innocentius III antipapa
Lascaris cf. Alexius imp. Byzantinus
Laurentius ep. Lubuczensis 250
Laurentius ep. Vratislaviensis 203, 232, 246, 250, 263, 365, 387
Laurentius f. Iohannis, miles 243, 257
Laurentius (III) fortasse camerarius ep. Cracoviensis 219, 370
Leopoldus III marchio Austriae 299
Leopoldus V (Leupold, Liutpold) marchio Austriae 132, 343
Leopoldus VI princ. Austriae, Stiriae 386
Leopoldus (Leupoldus), f. Borzywogii II, princ. Olomucensis 18, 299
Lestco (Lestko) f. Boleslai Crispi, dux Masoviae et Cuiaviae 65, 97, 98, 118, 121, 130–133, 139, 320, 331, 343, 346
Lestco (Lestko) Albus, f. Casimiri Iusti, dux Cracoviensis et Sandomiriensis 156–158, 160, 161, 168–171, 173–180, 182–188, 191–196, 199–201, 205, 206, 210–214, 221, 225, 228, 231, 234, 238–243, 245, 247–250, 252, 254, 265, 266, 268, 351, 352, 354, 356, 359, 361, 364–368, 373, 375, 376, 378, 379, 381

Lestco Niger f. Casimiri ducis Cuiaviae, dux Lanciciensis, Siradiae et Cracoviensis 357
Lestko cf. Lestco
Leszczyc gens 107, 326, 335
Leupoldus cf. Leopoldus
Leutoldus (Levtoldus) f. Conradi I, princ. in Znoim 18, 299
Levtoldus cf. Leutoldus
*Lichaczew* N.P. 340
*Likowski Henricus* 370, 387
Lis gens 335
*Litwiniszyn Georgius* 5
Liutpold cf. Leopoldus V marchio Austriae
Livius (Titus Livius Patavinus) 334, 346, 361, 373
Lodovicus VII rex Francorum 37, 41, 44, 74, 96, 308, 311, 331
Lodovicus (Ludovigus) IX Sanctus nominatus, rex Francorum 280, 393
Lodovicus IV f. Hermani, landgravius Turingiae 217, 240, 253, 358, 370, 379
Lotharius f. Trazymondi de Segni e familia Conti cf. Innocentius III papa
Lucanus (Marcus Annaeus Lucanus) 299, 300, 306, 352, 363, 391
Lucia f. Iaromari, u. Ladislai Loripedis 333
Lucius II papa (Gerardus Caccianemici) 33, 36, 307, 308
Lucius III papa (Ubaldo Allucingoli) 129, 130, 134, 135, 138, 140, 343, 344, 346
*Ludat Herbertus* 392
Ludmila u. Mesconis Loripedis 214, 368
Ludovigus cf. Lodovicus
Lupus ep. Plocensis 93, 120, 121, 329, 339
Lyasconogi (Lyaskonogy, Lyaszkonogy) cf. Ladislaus III Loripes f. Mesconis Senis
Łabędziów cf. Cygnorum gens
*Łodyński Marianus* 381, 388
*Łowmiański Henricus* 385

*Madyda Ladislaus* 299, 300, 352, 391
Magister Vincentius (Vincentius Kadłubek dictus) scriptor chron. 202–205, 214, 221, 228, 229, 237, 297, 299, 300, 306–308, 314, 317–320, 324–327, 329, 332–334, 336–359, 364, 365, 371, 373, 377, 378
Magnus ep. Vratislaviensis, ignotus 15, 16, 37, 44, 308
Magnus palatinus Silesiae 299
Malabranca familia 347
Malabranka cf. Iohannes (a s. Theodoro) e familia Malabranca, cardinalis
*Maleczyński Carolus* 317, 319
Manuel I Komnenos (Alexius — ita Dl.) imp. Byzantinus 41, 310, 325
Marcus e gente Grifonum, palatinus Cracoviensis 241, 267, 283, 379, 382, 389
Marcus e gente Grifonum, palatinus Cracoviensis (1228–1230) 250, 382
Maria f. Mstislai Udały nominati, ignota 212, 368
Maria f. Olegi Michaelis princ. Russiae, u. Petri Vlostovic 25, 300, 301, 303
Maria u. Boleslai Crispi 97, 98, 322
Maria Laskaris f. Theodori I Laskaris, u. Belae IV regis Hungariae 394
Martinus IV papa 175, 356
Martinus I ep. Posnaniensis 42
Martinus prior Ordinis Praedicatorum in Płock 286
Martinus de Sandomiria abbas coenobii Praedicatorum Kijoviae 266, 279, 280, 388, 393
Martinus Oppaviensis scriptor chron. 305, 307, 308, 316, 347, 349, 354, 389, 396
Matthaeus ep. Cracoviensis 20, 21, 44, 73, 82, 297, 300, 323, 326
Maurus ep. Cracoviensis 53, 54, 314
*Mendys Michael* 306, 310, 312, 313
Menszo abbas monasterii Ordinis Cisterciensis Paradisii 271
Mesco (Mieczislaus) f. Boleslai Alti, ignotus 102, 334
Mesco (Myeczslaus) f. Mesconis Senis, dux Calisiensis 78, 99, 184, 325, 332, 343
Mesco Chościsko (Choszizko) f. Conradi I ducis Masoviae 278, 392
Mesco II Crassus, f. Casimiri I ducis Opoliensis, dux Opoliensis 276, 392
Mesco (Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩, Myeszl⟨aus⟩) Loripes f. Ladislai II Exulis, dux Opoliensis et Rathiboriensis 35, 67, 70, 75, 76, 87, 98, 102, 117, 118, 152, 157, 161, 163, 164, 213, 214, 276, 325, 338, 339, 352, 356, 363, 368, 384, 392
Mesco Senex (Mÿe⟨cz⟩szl⟨aus⟩, Myeszlaus Senex) 12, 16, 19, 21, 26, 27, 30, 31, 33–35, 38, 40–42, 44–46, 49–53, 56, 57, 60–62, 64, 67–69, 73, 75, 77, 78, 80, 82, 84–87, 89, 94, 98–107, 109, 112–118, 120, 123, 125–127, 129–133, 139, 140, 148–152, 157, 160–166, 170, 174–188, 193, 210, 220, 273, 297, 305, 307–309, 312, 313, 316, 317, 319, 322, 325–327, 329, 332, 333, 335, 337–339, 341, 343, 349, 350, 352, 353, 356, 357, 359, 363, 367
Meynardus (Meynhardus) ep. Livoniae 148, 152, 348, 349
Meynhardus cf. Meynardus ep. Livoniae

Michael de Gołańcza ep. Vladislaviensis 225, 232, 250, 253, 258, 276, 291, 372, 383
Michael (Michałko) f. Georgii I Dołgoruki, m. dux Vladimiriensis 95, 134, 331, 343
Michael f. Wszewoldi Czermny, dux Perejaslaviensis, Czyrniejoviensis, m. dux Kijoviensis, dux Haliciensis 243, 379
Michael Skarbek 305
Michalko cf. Michael m. dux Vladimiriensis
Miczeyewicz dux Polowczonum 205
Mieczislaus cf. Mesco
Mierzwa scriptor chron. 320, 347, 354, 355
*Mieszkowski Carolus* 5, 337, 390
*Mięsowicz Marianus* 5
*Migne Jacobus Paulus* 308
*Miśkiewicz Benonus* 319
*Mitkowski Iosephus* 335, 336
*Młynarska Martha* 359
Monachus patriarcha conventus Sacri Sepulcri Hierosolymae 72, 323, 324
Mrokota ep. Posnaniensis 140, 166, 337, 346, 353
Msczislaus (II Chrobry) cf. Mstislaus II Chrobry
Msczugius I f. Sobeslai I, dux Pomeraniae Orientalis 101, 127, 161, 211, 333, 337, 341, 352, 378, 395
Mstislaus dux Haliciensis ignotus 136, 137, 344
Mstislaus f. Andreae I Bogolubski 90, 91, 328
Mstislaus f. Georgii I Dołgoruki, princ. M. Novogradiae 55, 316
Mstislaus f. Rostislai Iuriewicz, nepos Georgii I Dołgoruki, princ. M. Novogradiae 134, 343
Mstislaus f. Rostislai I Michaelis, dux in Bieługorod et M. Novogradiae 363
Mstislaus f. Svantoslai III Wszewłodowicz, dux Czyrniejoviensis 369
Mstislaus I f. Vladimiri II Monomach, m. dux Kijoviensis 315, 320, 322, 328
Mstislaus f. Vladimiri Mstislavicz, dux in Dorohobuż 185, 359
Mstislaus nepos Gleb Rostislavicz ducis Riazanensis, ignotus 134, 344
Mstislaus III Borys f. Romani, dux Smolescensis, m. dux Kijoviensis 159, 198, 209, 215, 216, 351, 362, 366, 369
Mstislaus II (Msczislaus) Chrobry f. Isaslai II, princ. Perejaslaviensis, Vladimiriae et Volhyniae, m. dux Kijoviensis 54, 59, 65, 66, 68, 74, 85, 86, 90, 91, 128, 315, 318, 320–322, 324, 327, 328, 342, 343, 351
Mstislaus Fiodor f. David Rostislavicz, dux Smolescensis et M. Novogradiae 202, 224, 230, 364, 373, 374
Mstislaus Udały f. Mstislai Rostislavicz, nepos Rostislai I Michaelis, dux in Toropec arce regioneque, M. Novogradiae et Haliciae 201, 204–209, 212, 215, 216, 229, 363, 365–369, 374
Myeczslaus cf. Mesco f. Mesconis Senis
Mye⟨cz⟩szl⟨aus⟩ cf. Mesco Senex
Mÿe⟨cz⟩sz⟨la⟩us cf. Mesco Senex
Mÿe⟨cz⟩sz⟨laus⟩ cf. Mesco Loripes
Myeczslawus cf. Mesco Senex
Myeszl⟨aus⟩ cf. Mesco Loripes
Myeszlaus Senex cf. Mesco Senex
*Myśliński Casimirus* 338

Naborius s. 74, 324
Nalancz familia 375
Napoleon consanguineus cardinalis Stephani e Fossanuova 374
*Nasonow A.N.* 320, 321
Nathan (bibl.) 104, 334
Nicolaus s., ep 285, 395
Nicolaus canonicus cathedralis Vratislaviensis ducis Henrici I Barbati cancellarius 236, 377
Nicolaus palatinus Crac. 128, 129, 141, 143, 149, 154, 158, 162, 164–166, 168, 174–179, 181–188, 199, 200, 206, 342, 347, 349, 352–354, 357, 359, 366
Nicolaus Bogoria comes 138, 345
Nicolaus Gallicus abbas Sieciechoviensis ordinis s. Benedicti 268, 269
*Niwiński Mieczislaus* 339
*Nowacki Iosephus* 312, 317, 234, 326, 334, 335, 337, 346, 353, 367, 387, 390
*Novotný Vacldv* 298, 299, 310, 316, 322, 328, 333–335, 338, 339, 342, 343, 345, 349, 350, 353–355, 373, 383, 386, 393

Octavianus di Monticelli cf. Victor IV antipapa
Odalricus f. Conradi I, princ. Bernensis 18, 299
Odalricus f. Sobeslai I, princ. Bernensis 14, 56, 103, 298, 316, 334
Odon (Ottho, Otto) f. Mesconis Senis, dux Posnaniensis et Calisiensis 57, 99, 117, 118, 121, 124, 126, 127, 174, 183, 184, 220, 243–245, 247, 248, 250, 254, 257, 259, 260, 262–265, 268, 273, 275, 282–284, 317, 332, 338, 341, 359
Odrowansch cf. Odrowąż familia
Odrowąż (Odrowansch) familia 228, 229, 241, 373, 374, 379
Ogerius cf. Ogierius ep. Vladislaviensis
Ogierius (Auger, Augurius, Ogerius) ep. Vladislaviensis 167, 191, 353, 360
Olch, Olh cf. Oleg f. Svantoslai II Nicolai
Oleh cf. Oleg

Olech cf. Oleg f. Svantoslai II Nicolai

Oleg f. Iaroslai Ośmiomysł ducis 345

Oleg (Olch, Olech, Olh) f. Svantoslai II Nicolai, princ. Sievieriensis 43, 91, 311, 328, 352

Oleg (Olh) f. Svantoslai III Wszewłodowicz, dux Czyrniejoviensis 134, 343

Oleg (Oleh, Olh) Michael f. Svantoslai I ducis Czyrniejoviensis, dux Vladimiriae et Volhyniae 55, 298, 310, 316

Olegowicze (filii Oleg) 184, 198, 359

Olh cf. Oleg Michael

Onoldus (Honoldus) ep. Vladislaviensis 58, 69, 318, 322, 348

Onolfus (Onolphus) cf. Unelphus ep. Vladislaviensis

Orsini familia 349

Orsus pater Lucii II papae 307

Ortliebus Zvivildensis scriptor chron. 302

Ostasius (Hostasius) e gente Rawitarum, comes 241, 379

Ottho cf. Odon

Otto IV imp., rex Germanorum 172, 192, 205, 216, 223, 224, 230, 232, 355, 366, 369, 374, 375

Otto dux Brunsviciensis, nepos ducis Henrici Leonis 288, 293, 395

Otto I dux Merani, palatinus Burgundiae 261, 386

Otto f. Friderici I imp., palatinus Burgundiae 103, 334

Otto f. Mesconis Senis cf. Odon

Otto Dives comes Missnensis 357

Otto Frisingensis scriptor chron. 308

Otto (Bertolphus) v. Wittelsbach palatinus, princ. Bavariae 205, 366

Ovidius (Publius Ovidius Naso) 341

Owardus cf. Valdemarus II rex Daniae

Pacoslaus comes Derszoviensis (vitium Dl.) 258, 385

Pacoslaus palatinus Cracoviensis et Sandomiriensis 250, 382

Pacoslaus iunior miles 258, 385

Pacoslaus senior miles 258, 385

Paschalis III (Guido Cremonensis) antipapa 96, 331

Paulus I ep. Posnaniensis 210, 250, 262, 263, 273, 274, 330, 353, 367, 390, 391

Paulus de Samborzec, e familia Awdańce 345

Peanus (Pianus) ep. Posnaniensis, cancellarius ducis Mesconis Senis 48, 49, 312

Pełka (Fulco, Pelka) archiep. Gnesnensis 262, 283, 289–291, 388, 395, 396

Pełka (Falck, Falek, Fulco, Fulko, Pelka, ep. Cracoviensis 108, 137, 146, 149, 154, 156–158, 160, 161, 164–167, 175, 176, 185, 186, 188, 194, 199, 201–203, 237, 345, 349, 353, 359, 364, 377

Peregrinus miles 249, 250, 381

*Perzanowski Sbigneus* 305

Petrus archiep. Gnesnensis, ignotus 263, 264, 289, 290, 388, 396

Petrus II archiep. Gnesnensis (de domo Srzyenyewa) 80, 90, 93, 94, 103, 107, 108, 114, 120, 127, 129, 326, 335, 336

Petrus Bubo e familia Orsini, pater Coelestini III papae 151, 349

Petrus Capuanus legatus Sedis Apostolicae in Bavaria, Bohemia et Polonia 166, 167, 231, 353, 375

Petrus Comnenos 325

Petrus comes de Skrzin cf. Petrus Vlostovic

Petrus de Dacia cf. Petrus Vlostovic

Petrus dictus Romanus ep. Plocensis 261, 264, 276, 283, 291, 387, 394

Petrus Dusburgus scriptor chron. 385, 386, 389, 391, 393, 395

Petrus (Pyotrko Magnus, Petrus Wszeborowic Senex) f. Wszeborii, cognomine Magnus, palatinus Cuiaviae 300, 302, 305

Petrus Skrzinensis cf. Petrus Vlostovic

Petrus Vlostovic (Petrus comes de Skrzin, Petrus de Dacia), de Książ, palatinus Silesiae 5, 21–26, 35, 66, 298, 300–306, 311, 327

Petrus Wszeborowic Senex cf. Petrus f. Wszeborii

Petrusa abbatissa Trebnicensis 190, 360

Philippus ep. Posnaniensis 166, 210, 353, 367

Philippus rex Romanorum, dux Sueviae, f. Friderici I Barbarossae 168, 171, 172, 192, 205, 230, 253, 355, 361, 366, 374, 383

Philippus II Augustus rex Francorum 224

Pianus cf. Peanus

Piast familia 341

*Piekosiński Franciscus* 297

Pierleone familia Romana 308

*Pierzchalanka-Jeskowa Stephana* 368

Pipinus nobilis Pruthenus 261, 264, 386

*Plezia Marianus* 297, 300

Plwacz cf. Ladislaus Odonic

*Polaczkówna Helena* 381

*Polkowska-Markowska Wanda* 365

*Pollakówna Marzena* 385

Polukoza domus 261

Pomian gens 390

Pompinus cf. Poppo

Pompo cf. Poppo

Popinus cf. Poppo

Poppo (Pompinus, Pompo, Popinus) magister Ordinis Cruciferorum 288, 395
Powała gens 326, 338, 339
*Powierski Iohannes* 325, 326, 350, 373, 378, 379, 385, 393, 395
Prandotha ep. Cracoviensis 270, 380, 390
Prawditarum gens 127, 342
Premislaus f. Conradi I ducis Masoviae, ignotus 251
Premislius f. Dipoldi III 265, 266, 388
Premislius I f. Ladislai Odonic, princ. Maioris Poloniae 263, 284, 380, 387, 394
Premislius f. Premislai Ottocari I 261, 280, 386
Premislius (Przemislaus) Ottocarus I, f. Ladislai II, rex Bohemiae 136, 138, 151, 154, 155, 167, 168, 172, 180, 192, 224, 225, 252, 253, 257, 349, 350, 353, 355, 357, 361, 373, 385
Prussorum domus 246, 381
*Pruszcz Hyacinthus* 304
Przemislaus cf. Premislius Ottocarus I rex Bohemiae
*Ptaśnik Iohannes* 347
Pulkawa 298–300, 307, 310, 312, 316–319, 324, 325, 328, 333, 335, 337–339, 342–346, 348–350, 353, 354, 356, 373, 383, 385–387, 393
Pyotrko Magnus cf. Petrus f. Wszeborii, cognomine Magnus, palatinus Cuiaviae

Radoslaus (Raslaus) comes 108, 335
Radost (Radosth) ep. Cracoviensis 15, 53, 54, 298, 314
Radosth cf. Radost ep. Cracoviensis
Radvanus (Radwanus) cancellarius princ., ep. Posnaniensis 57, 73, 94, 317, 324, 329
Radwanus cf. Radvanus
Raslaus cf. Radoslaus comes
Rawitarum, Rawicz domus 174, 379, 387
Raynaldus v. Dassel archiep. Coloniae Agrippinae 75, 324
Raynaldus III comes Superioris Lotharingiae 318
Reinaldus magister, frater Ordinis Praedicatorum 223, 372
*Riedel Adolphus Friedrichus* 390
Rixa f. ducis Boleslai Krzywousty 341
Robertus I (Ropecius, Rupertus) ep. Vratislaviensis, Cracoviensis 15, 20, 21, 298–300
Robertus II ep. Vratislaviensis 299, 309
Rogerus II rex Siciliae 369
Rolevincius Vernerus (Rolewinck Werner) scriptor chron. 327, 347
Romanus pater Alexandri III papae 68
Romanus (Borzischowicz) f. Borzich, ignotus 202
Romanus f. Gleb, princ. in Riazan 134, 344
Romanus f. Igor Georgii, dux Zwienigorodensis, Haliciensis 363
Romanus f. Mstislai II Chrobry, dux Vladimiriensis et Haliciensis 137, 149, 150, 159, 162–165, 168–171, 173, 174, 177, 191–199, 204, 226, 342, 345, 351, 353–355, 357, 361, 362, 366, 376
Romanus f. Rostislai I Michaelis, dux Smolescensis, m. dux Kijoviensis 91, 97, 328, 331, 339, 351
Ropecius cf. Robertus I ep. Vratislaviensis, Cracoviensis
Roscislaus cf. Rostislaus dux Premisliensis, ignotus
Rosczislaus cf. Rostislaus I Michael
Rosczislaus cf. Rostislaus f. Georgii I Dołgoruki
*Rosenbaiger Casimirus S.* 393
*Rosin Richardus* 370
Rostislaus (Roscislaus, Roszczislaus) dux Premisliensis, ignotus 68, 69, 322
Rostislaus f. David, dux Ruthenorum, ignotus 202, 206, 207, 366
Rostislaus (Rostislaus Iuriewicz, Rosczislaus) f. Georgii I Dołgoruki, princ. Perejaslaviensis 43, 311, 343
Rostislaus f. Iaroslai (Jarosławowicz), dux in Riazan et Murom 344
Rostislaus f. Igor Georgii 363
Rostislaus II f. Mstislai III Borys, m. dux Kijoviensis 197, 206, 207, 362, 366
Rostislaus f. Rurik II Basilii, m. dux Kijoviensis, dux in Wyżgorod arce 197, 198, 362
Rostislaus f. Volodarii, dux Premisliensis 310
Rostislaus Iohannes (Iwan) f. Iaroslai Wszewłodowicz, dux in Snowsk 185, 359
Rostislaus Iuriewicz cf. Rostislaus f. Georgii I Dołgoruki
Rostislaus I (Rosczislaus) Michael princ. Smolescensis, m. dux Kijoviensis 55, 65, 66, 86, 90, 118, 316, 320, 322, 327, 328, 339, 351, 355
Roszczislaus cf. Rostislaus dux Premisliensis, ignotus
Rosze (Różyców) domus 42, 59, 90, 202
Roudolphus (Rudolfus) archiep. Coloniae Agrippinae 75, 324
Różyce-Poraje familia 310, 328
Rudgerus (Ruthgerus) ep. Vladislaviensis 69, 90, 318, 322, 327
Rudolfus cf. Roudolphus archiep. Coloniae Agrippinae

Rudolphus cantor Romanus, ignotus 256
Rulandus cf. Alexander III papa
Rupertus cf. Robertus I ep. Vratislaviensis, Cracoviensis
Rurik II Basilius (Wasyl) f. Rostislai I Michaelis, dux Owrucensis, m. dux Kijoviensis 159, 173, 184, 185, 351, 355, 359, 362, 364, 366, 369, 388
Ruthgerus cf. Rudgerus ep. Vladislaviensis

Saladinus cf. Salah ad-Din soldanus Aegipti
Salah ad-Din (Saladinus) soldanus Aegipti 144, 153, 347, 350
Sallustius (Caius Sallustius Crispus) 298, 334, 341, 354, 363, 373, 382
Salomea f. Henrici comitis de Berg, u. Boleslai Krzywousty 297, 299, 324
Salomea f. Lestconis Albi, u. Colomani regis Haliciae 204, 205, 212, 240, 250, 285, 365–367, 394
Salomea f. Mesconis Senis, u. Ratibori I f. Boguslai I principis Stetinensis 332
Salomon rex (bibl.) 334
Samborius I (Schamborius, Szamborius) f. Sobeslai I, princ. Pomeraniae Orientalis 101, 115, 117, 333, 337, 338, 350
Samborius II f. Msczugii I, dux Pomeraniae (in Lubiszew) 268, 280
Sandivogius de Czechło scriptor chron. 314, 326, 343, 352, 364, 380
Sandivogius miles 274, 275, 391
Saulus (vel Paulus) comes e familia Odrowąż (pater Ivonis Odrowąż) 228, 373
Savelli Cencio cardinalis cf. Honorius III papa
Sbigneus f. Ladislai Hermani 17, 299
Sbilutus Pałuka fundator coenobii in Łekno 307
Schamborius cf. Samborius I
Schenk v. Winterstetten (nominatus Wolkwin, Wolquinus, Volguin) magister 293, 396
*Schulte Fr. L.* 299
*Schulte I. Vilhelmus* 358
Scolari Paulus cf. Clemens III papa
Sdislaus (Sdzislaus, Szdzislaus) archiep. Gnesnensis 121, 129, 140, 151, 166, 172, 174, 326, 342, 349, 356
Sdzislaus cf. Sdislaus archiep. Gnesnensis
*Semkowicz Alexander* 298, 299, 309, 311, 312, 314, 317, 319, 324–327, 329, 330, 333, 334, 336, 337, 344–346, 348, 350–354, 356–359, 361, 364, 367–369, 371–374, 377–379, 381, 384, 385, 388–391, 393–395
*Semkowicz Ladislaus* 337, 342, 343, 379, 381, 383
Semovitus I f. Conradi I ducis Masoviae, dux Masoviae et ducatus Czersk 258, 286, 385
Sethegius (senior) palatinus 304
Siemomysł f. Ladislai Odonic 380
Siffridus cf. Sigfridus archiep. Maguntinensis
Sigfridus II (Siffridus) de Eppenstein, archiep. Maguntinensis 217, 253, 369, 373, 383
*Silnicki Thaddaeus* 299, 311, 328, 334, 342, 355, 357, 360, 365, 387
Simon comes Lotharingiae 319
Siroslaus cf. Syroslaus II ep. Vratislaviensis
Slawyecz dux Ruthenorum, ignotus 91
Smil (Szmil) f. Bodzanthae, consanguineus archiep. Iohannis II 54, 315
*Smolka Stanislaus* 308, 309, 323, 381, 389, 391
Sobeslaus I dux Bohemiae 13, 18, 42, 56, 132, 151, 298, 299, 349
Sobeslaus II (Sobÿeslaus) f. Sobeslai I, dux Bohemiae 14, 42, 99, 100, 103, 108, 114–116, 119, 132, 298, 310, 332, 333, 335, 338, 339
Sobeslaus I princ. Pomeraniae Orientalis 101, 333
Sobeslaus (iunior) f. Dipoldi III 388
Sobieslaus cf. Sobeslaus I dux Bohemiae
Sobÿeslaus cf. Sobeslaus II dux Bohemiae
*Sokołowski Marianus* 304, 305
Spitigneus f. princ. Borzywogii II 18, 40, 299, 310, 353
Srzenyevitarum (Srzyenyewa) domus 57, 80
Srzyenyewa cf. Srzenyevitarum domus
Stanislaus, s., ep. Cracoviensis 333
Stauforum familia 313, 369
Stephanus de domo Agricolarum, ep. Posnaniensis 49, 57, 312, 317
Stephanus ep. Vladislaviensis 148, 167, 348, 353
Stephanus de Fossanuova cardinalis 229, 374
Stephanus rex Hungariae (vitium Dl.) 54, 55
Stephanus III f. Geysae II, rex Hungariae 51, 72, 78, 98, 313, 325, 332
Stephanus IV f. Belae II Caeci 16, 62
Stephanus f. Mesconis Senis 62, 99, 319, 332, 359
Stephanus palatinus Cracoviensis, ignotus 109
Stephanus primus castellanus Culmensis 326
*Struvius Burchardus* editor 327
Sudyslaus cf. Sulislaus

Sulco 387
Sulco cf. Pełka ep. Cracoviensis
Sulislaus (Sudyslaus) castellanus Sandomiriensis 200, 212, 213, 363, 368
Sulislaus f. castellani Iohannis, canonicus Cracoviensis 270, 390
*Sułowski Sigismundus* 311
Svantopelcus I (Swanthopelcus, Swanthopolcus) dux Pomeraniae Superioris 125, 210, 211, 238, 243, 245, 247–250, 253, 254, 261, 263–265, 268, 275, 280, 283, 284, 287, 341, 368, 378, 381, 383, 384, 386, 395
Svantopelcus (Swanthopelk) dux, f. Ladislai II Bohemiae regis 90, 328
Svantopelcus (Swanthopelkus, Swantopelcus) f. Mstislai, I, princ. Polocensis et Minsk oppidi, dux M. Novogradiae 54, 59, 315, 318
Svantoslaus (Swanthoslaus) ep. Posnaniensis 103, 107, 334, 335
Svantoslaus f. Georgii I Dołgoruki 43, 311
Svantoslaus I (II) f. Iaroslai I Sapientis, princ. Czyrniejoviensis, m. dux Kijoviensis 298
Svantoslaus f. Mstislai III Borys, dux M. Novogradiae et Smolescensis 198, 362
Svantoslaus f. Mstislai II Chrobry, dux Brestensis 127–129, 134, 342, 343
Svantoslaus f. Oleg, dux in Rylsko 352
Svantoslaus III (Swanthoslaus, Swanthoslawko Wszewoldowicz) f. Wszewoldi, princ. Czyrniejoviensis, m. dux Kijoviensis 21, 31, 33, 65, 66, 118, 134, 159, 173, 306, 320, 339, 343, 351, 355, 369
Svantoslaus — Aegidius (Egidius, Swanthoslaus) f. Petri Vlostovic 22, 24, 89(?), 112(?), 300, 301, 303, 327
Svantoslaus Andreas f. Igor Georgii, dux Vladimiriensis et Volhyniensis 199, 213(?), 363
Svantoslaus II (Swanthoslaus) Nicolaus f. Oleg Michael, princ. M. Novogradiae 42, 55, 310, 316, 328, 352
Svetonius (Caius Suetonius Tranquillus) 373
Swanthopelcus (Swanthopolcus) cf. Svantopelcus I dux Pomeraniae Superioris
Swanthopelk cf. Svantopelcus f. Ladislai II regis Bohemiae
Swanthopelkus cf. Svantopelcus f. Mstislai I
Swanthoslaus cf. Svantoslaus
Swanthoslaus Msczislawicz (vitium Dl.) cf. Svantoslaus Andreas
Swanthoslawko Wszewoldowicz cf. Svantoslaus III f. Wszewoldi
Swantko cf. Franciscus ep. Vratislaviensis
Swantopelcus cf. Svantopelcus f. Mstislai I
Swidgerus (Danger, Floger, Szwidgerus) ep. Vladislaviensis (Crusviciensis) 44, 58, 317, 318
Swieboda-Grifonum familia 309, 323
Syrokomla gens 324
Syroslaus II (Siroslaus, Ziroslaus) ep. Vratislaviensis 90, 102, 121, 127, 172, 328, 334, 341
*Szacherska Stella Maria* 372
Szamborius cf. Samborius I
Szdzislaus cf. Sdislaus archiep. Gnesnensis
Szmil cf. Smil f. Bodzanthac
*Szujski Iosephus* 376
Szwidgerus cf. Swidgerus ep. Vladislaviensis
*Szymański Iosephus* 392
*Świechowski Sigismundus* 302–305, 384

Tancredus abbas coenobii Praedicatorum Romae 229, 374
Tancredus dux 349
*Tazbirowa Iulia* 317, 318, 328
Thadro cf. Theodorus de domo Grifonum
*Theiner Augustinus* 396
Theobaldus cf. Dipoldus
Theodoricus f. Friderici II e genere Wettin, dux Brennensis 175, 356
Theodoricus f. Ottonis Divitis comitis Missnensis 357
Theodoricus cf. Theodorus de domo Grifonum
Theodorus (Cedron, Czader, Thadro, Theodoricus) de domo Grifonum, palatinus Cracoviensis, castellanus Crusviciensis 270, 389, 390
Thomas, s. cf. Becket Thomas
Thomas I ep. Vratislaviensis (e gente Rawitarum) 263, 290, 291, 387, 396
Thomas archidiaconus Gnesnensis 174, 356
Titus imp. Romanus 227, 373
*Tobiasz Mieczislaus* 323
*Toeche T.* 349
Toporczycy familia 304
Traska 298, 314, 345, 349, 353, 356, 361, 373, 376, 382, 384, 388
*Trawkowski Stanislaus* 302, 329
Trazymondus de Segni, pater Innocentii III papae 171, 354
Trogus Pompeius 259, 386
*Turkowska Danuta* 386
Turoczy (Turóczi János) scriptor chron. 369, 387
*Tymieniecki Casimirus* 330, 387, 388
Tyla cf. Filia Attyla

*Umiński Iosephus* 353, 375, 381

Unelphus (Onolfus, Onolphus, Wnelphus, Wyernerz) ep. Vladislaviensis 116, 121, 148, 318, 338
Urbanus III papa (Uberto Crivelli) 140, 144, 345–347, 380

Valdemarus I rex Daniae 341
Valdemarus II (Owardus) rex Daniae 125 341
Venceslaus I (Wenceslaus) f. Premislii Ottocari I rex Bohemiae 253, 257, 261, 265, 280, 383, 385
Venceslaus (Wenceslaus) f. Sobeslai I dux Bohemiae 14, 132, 151, 298, 349, 350
Vernerus (Wernerus) ep. Vladislaviensis, Plocensis 59, 90–93, 116, 317, 318, 327–329, 338
Vespasianus imp. Romanus 227
*Vetulani Adam* 347, 375
Victor IV (Octavianus di Monticelli) antipapa 68, 73, 74, 95, 96, 322, 331
Vilhelmus ep. Mutinensis 279, 388, 393
Vilhelmus I abbas Ordinis Praemonstratensis Vratislaviae 25, 301
Villebrandus cf. Wilbrandus archiep. Magdeburgensis
Vincentius e familia Cervorum-Niałek, archiep. Gnesnensis 230, 246, 250, 263, 264, 375, 387, 388
Vincentius Kadłubek dictus cf. Magister Vincentius
Vincentius Pragensis scriptor chron. 309, 318, 319, 320
Viola (Wenczslawa) u. Casimiri I ducis Opoliensis 276, 392
Vislaus (Viszeslaus) ep. Cracoviensis 256, 257, 261, 262, 266, 270, 384
Vislaus, consanguineus Ivonis Odrowąż 376
Viszeslaus cf. Vislaus ep. Cracoviensis
Vitus (Witus), de domo Ianina, ep. Plocensis 120, 194, 339, 340
Vladimirko (Wlodimirko, Wlodimirus, Wszewoldimirus) dux Zwienigorodensis, Premisliensis Haliciensisque 26, 31, 33, 42, 43, 49, 54, 55, 58, 306, 310, 315, 316, 318, 344
Vladimirus dux Ruthenorum, ignotus 243, 379
Vladimirus (Wlodimir Andrzeovicz) f. Andreae Boni, dux Brestensis 91, 328
Vladimirus f. Gleb, dux Perejaslaviensis 134, 159, 328
Vladimirus f. Gleb Rostislavicz, dux Riazanensis 365
Vladimirus (Wladimirus) f. Iaroslai Ośmiomysł, princ. in Czyrwien arce, dux Haliciensis 129, 136, 137, 141–144, 147, 148, 168, 345–348, 354
Vladimirus f. Igor Georgii, dux Putywlensis 352
Vladimirus (Wlodimirus) f. Isaslai II, ignotus 68, 74, 128, 129, 322, 342
Vladimirus (Wlodimirus) f. Mstislai I, princ. Dorohobuż ducatus 59, 86, 90, 318, 328, 359
Vladimirus f. Mstislai II Chrobry, dux Brestensis 342
Vladimirus III f. Rurik II Basilii, m. dux Kijoviensis et in Wyżgorod arce 197, 198, 201, 202, 206–208, 213, 215, 216, 253, 266, 362–364, 366, 369, 383, 388
Vladimirus f. Svantoslai III Wszewlodowicz, dux M. Novogradiae 134, 343
Vladimirus Monomach, m. dux Kijoviensis 298, 311, 320, 325
Vlost pater Petri palatini Silesiae 300
Volguin cf. Schenk v. Winterstetten
Vratislaus II (Wratislaus) rex Bohemorum 14, 18
Vratislaus (Wratislaus) f. Odalrici, princ. Bernensis 18, 299
Vrotislaus e familia Gerałt, miles 383
Vulpium gens 138, 174

*Wachholz Leonius* 377
Walter cf. Waltherus
Waltherus (Walter) a Malonne, ep. Vratislaviensis 45, 90, 102, 311, 316, 328, 334
Wasyl dux in Toropec, ignotus 372
Wasylko (Waszilko) f. Georgii I Dołgoruki dux in Suzdal urbe 55, 66, 316, 321
Waszilko cf. Wasylko f. Georgii I Dołgoruki
*Wąsowiczówna Teresia* 303, 305
*Wdowiszewski Sigismundus* 345
Wenceslaus cf. Venceslaus f. Sobeslai I; Venceslaus I f. Premislii Ottocari I
Wenczeslawa Ruthena cf. Więcesława u. Boleslai Alti
Wenczslawa cf. Viola u. Casimiri I ducis Opoliensis
Wernerus cf. Vernerus ep. Vladislaviensis, Plocensis
Wesenborgorum gens 381
Wettinorum familia 356, 361
Wibaldus abbas Stabulensis et Corveiensis 319
Wieńczysława f. Casimiri I ducis Opoliensis, soror coenobii monialium s. Norberti in Czarnowąs 392
Wierzbięta miles, fundator coenobii Cisterciensis 218, 370
Wierzchosława (Anastasia — vitiose nominata) f. Wszewoldi Mstislavicz, u. Boleslai Crispi 49, 58, 65, 312, 318, 320
Wierzchosława-Ludmila f. Mes-

conis Senis, u. Friderici I ducis Lotharingiae 332
Więceslaus (Wyeczeslaus, Wyeczslawus) f. Vladimiri Monomach, princ. Turoviensis et Smolescensis 14, 43, 65, 298, 311, 320
Więcesława (Wenczeslawa Ruthena) u. Boleslai Alti 180, 358
Wilbrandus (Villebrandus) archiep. Magdeburgensis 288, 395
*Wilkiewicz-Wawrzyńczykowa Alina* 342
*Winiarska Agnes* 5
*Witkowska, Soror, Maria Helena* 394
Witus cf. Vitus ep. Plocensis
Wladislaus cf. Ladislaus
Wladislaus Otthonis cf. Ladislaus Odonic
Wlodimir Andrzeovicz cf. Vladimirus f. Andreae Boni
Wlodimirko cf. Vladimirko
Wlodimirus cf. Vladimirko
Wlodimirus cf. Vladimirus f. Isaslai II, ignotus
*Włodarski Bronislaus* 341, 354, 361, 365–367, 369, 374, 375, 377, 379
Wnelf cf. Unelphus ep. Vladislaviensis
Wnelphus cf. Unelphus ep. Vladislaviensis
Wojtěch cf. Adalbertus archiep. Iuvaviensis
Wolkwin cf. Schenk v. Winterstetten
Wolquinus cf. Schenk v. Winterstetten
*Woroniecki Hyacinthus* 374
Woyslaus, marsalcus curiae Ladislai II regis Bohemiae 90, 328
Wratislaus cf. Vratislaus
Wszeborius palatinus Sandomiriensis 21, 22, 300, 306
Wszevoldus Olhovicz cf. Wszewoldus f. Oleg Michaelis
Wszewoldimirus Halicziensis cf. Vladimirko
Wszewoldus dux in Suzdal arce 362
Wszewoldus f. Mstislai I, princ. Novogradiensis 312
Wszewoldus f. Mstislai II Chrobry, dux Vladimiriensis, Volhyniensis et Belscensis 128, 129, 149, 151, 159, 342, 351
Wszewoldus (Wszevoldus, Wszewolodus) f. Oleg Michaelis, princ. Czyrniejoviensis, m. dux Kijoviensis 14, 26, 42, 87, 298, 306, 310, 320, 327
Wszewoldus f. Svantoslai II Nicolai, dux arcis Trubczewsk 159, 352
Wszewoldus Czermny, princ. Czyrniejoviensis, m. dux Kijoviensis 379
Wszewoldus III Wielkie Gniazdo dictus, dux Vladimiriensis et Riazan ducatus 134, 197, 343, 362, 363, 372, 383
Wszewolodus cf. Wszewoldus I f. Oleg Michaelis
Wyeczeslaus cf. Więceslaus f. Vladimiri Monomach
Wyeczslawus cf. Więceslaus f. Vladimiri Monomach
Wyenyawa gens 166, 271, 390
Wyernerz cf. Unelphus ep. Vladislaviensis
Wyszeslawa, probabiliter f. Iaroslai Ośmiomysł, u. Odonis, ducis Posnaniensis et Calisiensis 317, 332

Yszaslaus cf. Isaslaus f. David
Ywo cf. Ivo Odrowąż

Zabawa familia 256, 257
*Zachorowski Stanislaus* 371, 382, 386, 388, 391
Zadora domus 45, 335
*Zakrzewski Stanislaus* 358, 388–390
Zaramba domus 16
Zarembina Wanda 285
Zengi Imad al-Din (Zenko) dominus urbium Mossul et Aleppo 309
Zenko cf. Zengi Imad al-Din
*Zin Victor* 303, 304
Ziroslaus cf. Syroslaus II ep. Vratislaviensis

*Żaki Andreas* 382
Żyra e gente Powała, palatinus Masoviae 118, 131–133, 339, 343

# INDEX NOMINUM GEOGRAPHICORUM

Aegypt 374
Aetiopia 347
Akka (Akkaron) urbs 147, 348
Akkaron urbs cf. Akka
Alba Ecclesia opp. cf. Czchów
Alba Regia (Alba Regalis) opp. 16, 72, 175, 181, 262, 273, 323
Alberti Villa cf. Rososznica
Albia fl. cf. Albis
Albis (Albia) fl. 298, 301
Aldemburk castr. cf. Altenburg
Aleksandrów Kujawski distr. 385
Aleppo urbs 309
Almani cf. Germani
Almania cf. Germania
Alpes m. cf. Carpates
Alpes Pannoniae m. cf. Carpates
Altenberg (Vetus Mons) opp., monasterium Cisterciensium 34, 307, 308
Altenburg (Aldemburk) castr. 66, 312, 321
Amalphi opp. 353
Anagni opp. 322, 354
Andreovia (Andrzeowia) opp. 12, 13, 162, 272, 273, 277, 297, 314, 315, 352, 382
— monasterium Cisterciensium (Andreoviense) 12, 13, 37, 53, 54, 137, 162, 228, 229, 237, 272, 297, 308, 314, 373, 377
Andreoviensis distr. 297, 314
Andrzejowo v. cf. Ondrogowo
Andrzejowo (Andrzeowo?) v. in decanatu Garwolin 330
Andrzejowo (Andreowo?) v. in distr. Słupca 330
Andrzeowia opp. cf. Andreovia
Andrzeowo (Andrzejowo v. in decanatu Garwolin ?, Andrzejowo v. in distr. Słupca ?) 94, 330
Anglia 96, 101
Anglici 101, 333
Antiochia urbs 147
Antiqua Konin opp. 25, 304
Antiqua Villa (Stara Wieś) v. in Scepusinesi terra 154, 350
Apulia 349
Aquisgranum opp. 34, 52, 147, 172, 217, 313
Arach urbs cf. Edessa
Arconburg arx cf. Harzburg
Armeni 142, 308
Armenia 146
Arrovesia monasterium canonicorum regularium 303
Ascalon opp. cf. Aschalon
Aschalon (Ascalon) opp, castr. 41, 310
Asia Minor 348
Aureus Mons opp. cf. Złotoryja
Austria 108, 132, 230, 261, 299, 335, 343, 386
Austriaci 114
Avium Cantus castr. cf. Vogilsang
Azowskie Mare 369

Babylonia (Babilonia) 65, 153
Baldrzikow v. cf. Bałdrzychów
Balga propugnaculum 288, 293, 395
Balticum Mare 5, 383
Bałdrzychów (Baldrzikow) v. 108, 335
Bamberga (Bamberk) opp. 172, 205, 313, 319, 360, 366
— monasterium Cisterciensium 190, 360
Bamberk opp. cf. Bamberga
Baranów Sandomierski opp. 314
Baricz fl. 219
Bartoni 395
Bavari (Bawari) 62
Bavaria (Bawaria) 313, 353
Belewyesza castr. cf. Biełowieża
Belgrad castr. 332
Belsz castr. cf. Bełz
Bełz (Belsz) castr. 129
Berestow castr. prope Kijoviam 78, 97, 331
Beszdin v. cf. Bezdeń
Bezdeń (Beszdin) v. 54, 315
Bibice v. 324
Biczina v. 108, 335
Bidgostia opp. castr. 287, 395
Bidgostiensis distr. 386, 391
Bidgostiensis palat. 303, 381, 385, 386, 391
Biechowo (Byechow) v. castr. 265, 388
Biełowieża (Belewyesza, Bołowes) castr. 65, 320
Bieługorod arx 351
Biestnik (Byesznik) v. 222, 372
Bietow (Vetaw, Wetaw) castr. 261, 387
Biskupicze v. prope Wyeliczka 237

Biskupicze v. cf. Biskupiec
Biskupiec (Biskupicze) v. in distr. Reszel 92, 329
Biskupiec (Biskupicze) v. in distr. Susz 92, 329
Bithom (Bitum, Bythomiense castrum) castr. 63, 177, 180, 356
Bithomiensis regio 118, 339
Bitterfeld opp. 356
Bitum castr. cf. Bithom
Bizantium urbs cf. Constantinopolis
Blonicza v. 54, 315
Blonye v. cf. Błonie
Błonie (Blonye) v. 54, 315
Bnin (Bnyn) opp. 265, 388
Bnińskie lacus 388
Bnyn opp. cf. Bnin
Bochnia distr. 378
Bohemi 5, 18, 21, 42, 46, 56, 62, 65, 99, 100, 103, 116, 119, 138, 147, 154, 167, 168, 192, 200, 225, 232, 240, 298, 307, 309, 312, 318, 319, 333, 337, 338, 350, 356, 357, 361, 385, 387
Bohemia (Bohemiae Regnum) 13, 14, 18, 19, 21, 40, 42, 46-48, 56, 60, 64, 67, 76, 78, 90, 96, 100, 103, 108, 114–116, 119, 130, 132, 136, 138, 140, 147, 151, 154, 159, 167, 168, 174, 177, 180, 186, 192, 225, 243, 252, 253, 257, 261, 265, 280, 281, 299, 309, 310, 321, 322, 328, 335, 342, 344, 346, 348–350, 353, 373, 382, 383
Bolonia urbs cf. Bononia
Bołowes castr. cf. Biełowieża
Bononia (Bolonia) urbs 223, 267, 307
Boppard opp. 355
Borek v. 278, 392
Borowa (Borowiec ?, Borów ?) v. 54, 314
Borowiec (Borowa ?) v. 314
Borów (Borowa ?) v. 314
Borun arx cf. Bothum
Borzykowa opp. 375
Bothum (Borun) arx 149, 349
Bóbr fl. 321
Brandenburgia 354, 390
Brech v. cf. Brzem
Breghe v. cf. Brzem
Brehna (Bren, Brene) opp. 356
Breitenau v. cf. Brodno
Bren opp. cf. Brehna
Brene opp. cf. Brehna
Brescia (Brixia) urbs 67, 317, 321
Breste (Brzescze) opp. 127
Brestensis provincia 118
Breytnow v. cf. Brodno
Brixia urbs cf. Brescia
Brodno (Brietenau, Breytnow) v. 189, 360
Brunsviga (Brunswig, Brunswik) opp. 288, 293
Brunswig (Brunswik) opp. cf. Brunsviga
Brzegi (Brzem ?) v. 315
Brzem (Brech, Breghe, Brzegi ?) v. 54, 315
Brzescze opp. cf. Breste
Brzesko opp. cf. Brzesko Nowe
Brzesko distr. 371, 372, 383
Brzesko v. cf. Brzesko Stare
Brzesko Nowe (Brzesko) opp. 253, 371, 383
Brzesko Stare (Brzesko) v. in distr.
Brzesko, monasterium Praemonstratensium 253, 383
Brzestensis supra Bug principatus 162
Brzeszna v. cf. Brzeźno
Brzesznicza v. cf. Brzeźnica
Brzeszye v. cf. Brzezie
Brzezie (Brzeszye) v. 238, 377
Brzeziny distr. 305
Brzeźnica (Brzesznicza) v. postea Andreovia 12, 37, 53, 54, 297
Brzeźnica (Brzesznicza) v. in distr. Pajęczno 283, 394
Brzeźno (Brzeszna) v. 54, 314
Brzozowa v. 222
Bucham cf. Buchara
Buchara (Bucham) 142
Budisin (Budissin) opp. 100, 333
Bug fl. 127, 162, 342
Bulgari 325
Bulgaria 146, 310
Burgundia 12, 59, 96, 334, 386
Buschko opp. cf. Busko
Busko (Buschko) opp., monasterium Praemonstratensium 120, 339, 340
Busko — Zdrój distr. 314, 339
Buszków (Buszkow) v. 54, 315
Bużsk castr. 322
Byala v. 54
Byechow castr. cf. Biechowo
Byela v. in distr. Piotrków Trybunalski 108, 336
Byesznik v. cf. Biestnik
Bythomiense castr. cf. Bithom

Caesarodunum cf. Turones (Tours)
Calisia (Calisch, Kalisch, Kalisz) opp., arx 25, 56, 57, 184, 210, 220, 221, 244, 245, 265, 302, 303, 305, 359, 367, 371, 375, 378, 380
— Eccl. 90, 184, 359
Calisiensis distr. 303, 367, 370
Calisiensis ducatus 243, 260, 367
Calisiensis (Chalissiensis) terra 25, 218, 305
Campa v. cf. Zagórzyce
Carinthia 217
Carpates (Alpes, Alpes Pannoniae) m. 75, 142, 270, 346
Carsco v. cf. Karsy
Carssi v. cf. Karsy
Cartusiensis distr. 338
Casimiria (Kazimiria) opp. ad Cracoviam 25, 222, 304
Casimiria distr. 315
Casimiriae (Kazimierz) opp. 25, 304
Castelvetro (Pristinum Burgum) opp. 255, 384
Castrum Felicitatis (Citta di Castello) arx 26, 305
Cava monasterium 331

Chalino v. cf. Chalno
Chalissiensis terra cf. Calisiensis terra
Chalno (Chalino) v. 25, 303
Chelm opp. cf. Culm
Chelmcze v. cf. Chełmce
Chelmensis dioec. cf. Culmensis dioec.
Chelmensis terra cf. Culmensis terra
Chełmce (Chelmcze, Chełmo) v. 25, 302
Chełmo v. cf. Chełmce
Chenna v. cf. Cienia
Chersones (Tersona) 177, 357
Chiara valle opp. 308
Chlewyszka v. 25
Cholaszino v. cf. Chołoszyce
Choleuici v. cf. Cholewice
Cholewice (Choleuici, Cholewicze, Cholyewycze) v. 235, 376, 377
Cholosyn v. cf Chołoszyce
Cholyewycze v. cf. Cholewice
Chołoszyce (Cholaszino, Cholosyn, Chołoszyn, Holoszicze, Holusza) v. 54, 314
Chołoszyn v. cf. Chołoszyce
Chomesa v. cf. Chomiąża
Chomiąża (Chomesa, Comescha) v. 189, 360
Chona v. cf. Cienia
Chorzewa (Chorzowa) v. 12, 54, 297
Chotel opp. cf. Chotel Czerwony
Chotel Czerwony (Chotel) opp. 120, 339
Chotinino v. cf. Chotynin
Chotynin (Chotinino) v. 219, 370
Chrzanoviensis regio 339
Cienia (Chenna, Chena, Chona) v. 108, 336
Cincimiz v. cf. Sinczinicze
Cistercium 297
Citta di Castello cf. Castrum Felicitatis arx
Clambin v. cf. Glambowy
Clambovi v. cf. Glambowy
Clara Tumba cf. Mogiła
Clara Vallis (Clairvaux) 13, 297
Clepardia (Kleparz) opp. ad Cracoviam 135
Clersovo v. cf. Gleyszowo
Climontow v. cf. Klimontow
Climyanthow v. cf. Klimontow
Cliszowo v. cf. Kliszowo
Clodava (Klodawa) v. 271, 390
Colonia Agrippina (Colonia) urbs 34, 52, 75, 307, 308, 324, 366
Comescha v. cf. Chomiąża
Conari (Conary) v. Konary
Conarowo v. cf. Konarzew
Conske v. cf. Końskie
Constantinopolis (Bizancium) urbs 41, 74, 177, 279, 310, 325, 357
Copriwnicia (Coprziwnica) v. cf. Koprzywnica
Corczin opp. 234
Coroczora opp. cf. Karakorum
Costan cf. Hostinné
Cozsutowo v. cf. Goszthowo
Cracovia (Cracowia) urbs 5, 11, 12, 16, 25, 32, 34, 35, 44, 49, 61, 69, 73, 86, 98, 108, 113, 133, 135, 146, 149, 150, 155, 156, 161, 164–167, 171, 176, 177, 179, 183, 185, 187–189, 199, 200, 211, 214, 221, 222, 232, 234–238, 241–243, 249–251, 255, 256, 268, 269, 272, 279–281, 284, 285, 299, 304, 307, 308, 323, 324, 336, 344, 351, 353, 359, 362, 363, 368, 374, 375, 377–379, 382, 389, 392, 393
— castrum, arx 35, 98, 148–150, 164, 165, 177, 179, 183, 199, 214, 251, 269, 272, 308, 359
— Eccl. (eccl. cathedralis, dioec., episcopatus) 12, 15, 16, 20, 21, 72, 98, 122, 130, 132, 134, 135, 137, 138, 150, 156, 162, 196, 199, 202, 214, 215, 221, 222, 237, 238, 243, 255–257, 262, 283, 300, 349, 361, 364, 384
— Eccl. s. Michaelis Archangeli in Rupella (Rumpella) 135
— Fratres Minores Conventuales (s. Francisci) 279, 393
— Fratres Praedicatores 234, 374, 376, 378
Cracovienses 160, 164, 186–188, 199, 200, 266, 269
Cracoviensis distr. 323, 377, 383
Cracoviensis ducatus 14, 16, 44, 87, 88, 98, 118, 149, 160, 161, 175–183, 185–189, 191, 194, 200, 201, 203, 241, 251, 255, 256, 270, 272, 274, 277, 278, 363, 383
Cracoviensis palat. 315, 323, 371, 376–378, 380, 382, 390
Cracoviensis provincia 184, 251
Cracoviensis regio 199, 283
Cracoviensis terra 178, 257, 268, 269, 272, 273, 278, 283, 284, 298
Craina 386
Crankowo v. cf. Krąków
Crisgove (Crisogwe, Krzyszkowo) opp. 64, 319, 320
Crobya v. cf. Krobia
Crosna (Croszna) opp. cf. Krosno Odrzańskie
Crowodra (Crowodrza) v. cf. Krowodrza
Cruciferi (S. Mariae Theutonicorum Ordo, Fratres Cruciferi) 5, 198, 203, 227, 257–261, 264, 268, 271, 280, 288, 293, 362, 365, 372, 373, 375, 385, 386, 389, 393, 395, 396
Crusvicia (Crusszviczia, Cruszwicza) castr., opp. 25, 58, 252, 305, 383
Crusviciensis dioec. 58, 318
Crusviciensis terra 25, 305
Crziwosandowo v. cf. Krzywosądów
Cuiavia (Cuÿawia, Cuyawya, Kujawy) 30, 36, 97, 118, 130–

133, 139, 156, 158, 162, 174–177, 191, 223, 225, 226, 252, 258, 268, 276, 278, 279, 283, 287, 289–291, 300, 317, 328, 331, 356, 361, 373
Cuiavienses 242, 278, 306
Cuiaviensis provincia 174, 182, 194
Cuiaviensis terra 178, 179, 184, 202, 287, 356, 359, 385, 395
Culm opp. in palat. Bidgostiensis 153, 260, 386
Culma (Chelmia, Chełmno) opp. 326
Culmensis arx 232, 375
Culmensis (Chelmensis) dioec. 167, 325
Culmensis (Chelmensis), terra 81, 202, 227, 232, 240, 257, 258, 259, 264, 267, 326, 364, 379, 385
Cuntzonis villa v. cf. Strankawa
Curenczino (Kvrenczino) v. 274, 391
Cuÿawia (Cuyawya) cf. Cuiavia
Cybina (Czibina) fl. 307
Czaczów (Czaczow) v. 54, 314
Czanstochoviensis distr. 304
Czarna fl. 335
Czarnowansch opp. cf. Czarnowąs
Czarnowąs (Czarnowansch) opp., monasterium Praemonstratensium 213, 214, 276, 368, 392
Czchów (Alba Ecclesia, Czchow, Schow) opp. 222, 238, 371, 372
Czemyeryn castr. 43, 311
Czerlejnko v. in distr. Sredensi 330
Czerlejno v. ad Kostrzyn 330
Czerlenno v. in distr. Sredensi 330
Czersk (Czirnsk, Czirzsko) castr., opp. ducatus 252, 266, 267, 383, 385
Czerwona Wieś (Czirwyony Kosciol, Ruffa Ecclesia) v. 25, 305
Czibina fl. cf. Cybina
Czirnsk castr. cf. Czersk
Czirnyelino (Czerlejnko v. in distr. Sredensi ?, Czerlejno v. ad Kostrzyn ? Czerlenno v. in distr. Sredensi ?) v. 94, 330
Czirnyeow cf. Czyrniejov
Czirwyony Kosciol cf. Czerwona Wieś
Czyrneow cf. Czyrniejov
Czyrniejov (Czirnyeow, Czyrneow) castr., opp., ducatus 42, 55, 65, 118, 159, 310, 316, 320, 328, 384
Czyrniejoviensis regio 256
Czyrwien arx 345
Czirzsko opp. cf. Czersk

Dacia (Regnum Daciae) cf. Dania
Dalysachicze v. 255
Damascus opp. 153
Dambrowa v. in distr. Opoczno 108
Damiata urbs cf. Damietta
Damietta (Damiata) urbs 230, 374
Dania (Dacia) 21, 125
Dankow v. 276, 391
Danubius fl. 310, 332, 334
Dirsovia opp. 385
Dlichów (Glichów) v. 270, 390
Dlubna fl. 242
Dlubnya v. 255, 384
Dobczyce (Dobschicze) opp. 245, 380
Dobrinensis terra 202, 364
Dobrzin castr. 240, 257, 258
Dobschicze opp. cf. Dobczyce
Doley castr. 148, 348
Domczelan v. cf. Tomisławice ?
Dorohobuż ducatus 318, 359
Drążeń v. cf. Drożyn
Drohiczensis provincia 118
Droszyn v. cf. Drożyn
Drożyn (Drążeń, Droszyn) v. 274, 391
Druszkowo v. 218
Drwancza fl. cf. Drwęca
Drwęca (Drwancza) fl. 258, 385
Dunajec (Dunayecz) fl. 372, 389
Dunayecz fl. cf. Dunajec
Dvina (Dwina) fl. 148, 348
Dzerszanszna v. cf. Dzierążnia
Dzerzaszna v. cf. Dzierążnia
Dzierążnia (Dzerszanszna, Dzerzaszna, Dzyerzaszna) v. 54, 164, 255, 315
Dzyerzaszna v. cf. Dzierążnia

Edessa (Arach, Edissa, Orhai, Urhai, ar-Ruha) urbs 38, 309
Egres (Egrus) opp., eccl. 178, 262, 387, 391
Elbing fl. 280
Elbinga (Elbÿang) urbs 280, 393
Elbÿang opp. cf. Elbinga
Ericinia silva cf. Hericinia Silva
Estimnoho v. cf. Stanowe
Europa 309

Farfa v., monasterium 37, 308
Fasczeschowa v. cf. Faściszowa
Faściszowa (Fasczeschowa) v. 222, 372
Ferrara (Ferraria) 144, 347
Franci (Franki) 41, 62, 74, 96, 177, 308, 331, 357, 393
Francia cf. Gallia
Franckfordia cf. Francofordia supra Maynum
Francofordia (Franckfordia) supra Maynum 40, 52, 309, 313
Francogallia cf. Gallia
Franki cf. Franci
Fratres Cruciferi cf. Cruciferi
Fratres Dobrinenses (Milites Christi) 198, 203, 240, 258, 362, 365, 379, 385
Fulda opp, monasterium 48

Galicia cf. Haliciensis ducatus
Gallacia cf. Haliciensis ducatus
Gallia (Francia, Francogalia) 37, 44, 45, 50, 59, 74, 82, 96, 103, 119, 224, 255, 280, 308, 311, 313, 324, 328, 339, 377, 393
Ganszawa opp. cf. Gąsawa
Garwolin decanatus 330
Gąsawa (Ganszawa) opp. 247, 248, 250, 254, 265, 368, 381, 388

Gdansk (Gdanzk) opp. 117, 211, 240
— monasterium Praedicatorum 253
Gdanzk opp. cf. Gdansk
Gdynia opp. 338
Gecz opp. cf. Giecz
Gedanensis distr. 337, 338
Gedanensis palat. 337, 338
Genua urbs 324
S. Georgii Bracchium cf. Marmara Mare
Germani (Almani, Theutunici) 63, 76, 103, 116, 119, 129, 132, 138, 154, 168, 218, 219, 232, 300, 312, 317, 319, 323, 327, 331, 332, 349, 350, 353, 366
Germania (Almania, Theutonia) 35, 40–42, 44, 46–48, 50, 56, 57, 59–61, 64, 66, 67, 70, 75, 87, 88, 90, 96, 100, 119, 132, 151, 172, 192, 200, 205, 213, 214, 216, 217, 223, 243, 258, 271, 311, 312, 319, 321, 324, 325, 369
Giebułtów v. 315
Giecz (Gecz) opp. 25, 304, 305
Glambowy (Clambin, Clambovi) v. 115, 338
Gleyszowo (Clersovo, Kleszczewo Poznańskie ?) v. 94, 330
Glichów v. cf. Dlichów
Glinka v. 94
Glogovia (Glogow) castr., opp. 63, 76, 219, 220, 319
Glogoviensis ducatus 76
Glogow castr. cf. Glogovia
Glogowa cf. Głogowa
Glowna fl. cf. Główna fl.
Glownya, bona epi Posnaniensis 262
Głogowa (Glogowa) v. 210, 367
Główna (Glowna) fl. 32, 307
Głuchów (Hluchow) castr. 55, 316
Głuchowo v. 370
Gnesna (Gnezna) castr., opp. 26, 27, 93, 117, 127, 259, 260, 265, 275, 284, 329, 353, 386, 391, 394
— eccl. et dioec. 45, 56, 80, 129, 146, 167, 174, 218, 230, 262–264, 289, 290, 396
Gnezna opp. cf. Gnesna
Gniewków opp. 385
Gnojnik (Gnoynyk) v. 222, 371
Gnoynyk v. cf. Gnojnik
Gnyew castr. 211
Goldberg opp. cf. Złotoryja
Golikowo (Głuchów ?, Głuchowo?) v. 219, 370
Gołuchów v. 370
Gora v. 210
Gorka v. cf. Górka
Gorzika v. 271
Gorzów distr. 390
Gosczikowo v. cf. Paradyż
Gosprzydowa (Gothprzidowa, Libertas Gotfridi) v. 222, 371
Gostachow v. 270, 390
Gostinensis distr. 305
Goszdowo castr. cf. Gozdów
Goszthowo (Cozsutowo, Gostów ?, Gozdów ?, Koszuty Małe, ? Koszuty Duże ?, Koszuty Poduchowne ?, Koszuty ?) v. 94, 330
Gościkowo v. cf. Paradyż
Gothprzidowa v. cf. Gosprzydowa
Gozdów (Gostów, Goszdowo) v. 226, 287, 330
Góra v. cf. Góra Bałdrzychowska
Góra Bałdrzychowska (Góra, villa in Montem), v. 108, 335
Górka (Gorka) v. 94, 330
Grabiny Duchowne v. 338
Graeci (Greci) 41, 44, 78, 177, 325
Graecia 146
Gransov v. cf. Granszowy
Gransowi v. cf. Granszowy
Granszowy (Gransov, Gransowi, Grenzlau ?) v. 115, 338
Greedis castr. cf. Gródek
Grenzlau v. cf. Granszowy ?
Grochecz castr. cf. Gródek
Grodziec castr. cf. Gródek ?
Gródek (Greedis, Grochecz ?, Grothecz ?, Grodziec ?,) castr. 39, 50, 67, 102, 309, 321
Grójec distr. 391
Grzibowo v. cf. Pogrzybów
Gwda fl. 238

Hab Stagnum cf. Zalew Wiślany
Hainburg (Haÿnberk) opp. 51, 313
Halee opp. 319
Halicia (Halicz) opp. 55, 58, 128, 129, 137, 143–145, 148, 168, 197, 204–210, 216, 229, 232, 236, 342, 351, 358, 363, 365, 374, 394
— arx, castr. 136, 137, 141, 143, 144, 169, 206, 208, 209, 232, 234, 243, 342, 344, 363, 365, 366, 375
— monasterium Praedicatorum 283, 394
Halicienses (Haliczienses) 59, 128, 169, 173, 204, 205, 207, 208, 229, 234, 236, 379
Haliciensis ducatus 5, 129, 136, 137, 141, 143, 145, 147, 148, 168–170, 173, 177, 191, 204–206, 212, 229, 230, 232, 243, 345, 346, 354, 357, 361, 365–368, 374, 377, 379
Haliciensis regio 128, 137, 147, 173, 243
Haliciensis Regnum 204, 212
Halicz opp. cf. Halicia
Hartlibi villa cf. Skorzynice
Hartlipdorf v. cf. Skorzynice
Harzburg (Arconburg) arx 230, 374
Haÿnberk opp. cf. Hainburg
Hebdów v. 383
Heinrichow (Henrichow) v., monasterium Cisterciensium 236, 377
Hellespontus (Strictum) 146, 348
Henrichow v. cf. Heinrichow
Herbipolis (Wirczburk) opp. 59, 61, 62, 318
Hericinia Silva (Ericinia silva) 75
Hierosolyma (Iberusalem, Ierusa-

lem, Iherusalem, Hierusalem) 65, 144, 313, 314, 323, 347
Hispania 223
Hluchow castr. cf. Głuchów
Holoszicze v. cf. Chołoszyce
Holusza v. cf. Chołoszyce
Hortyca fl. 369
Hostia opp. cf. Ostia
Hostin Hradec cf. Hostinné
Hostinné (Costan, Hostin Hradec, Kosczan) opp. 13, 298
Hungari (Pannonii) 5, 43, 54, 78, 98, 129, 137, 141, 143–145, 147, 154, 168, 175, 204–209, 212, 218, 229, 232, 238, 311, 315, 342, 345, 347, 363, 365–367, 374
Hungaria (Hungariae Regnum, Pannonia) 16, 51, 54, 55, 62, 72, 78, 90, 98, 99, 129, 136, 137, 141, 143, 145–147, 154, 178, 180, 181, 204–206, 209, 212, 217, 218, 220, 229, 230, 232, 234, 236, 238, 240, 243, 252, 253, 262, 265, 273, 280, 284, 285, 298, 299, 307, 310, 313, 323, 325, 332, 345, 356, 357, 358, 365, 368–371, 378, 380, 393, 394

Iagodno v. 94
Ianuenses 145, 224
Iarognyewy v. cf. Jarogniewice
Iasszlikowicze v. 54
Iatvingi 329, 349
Iaworek v. cf. Jaworek
Iberusalem cf. Hierosolyma
Iconium opp. cf. Konya
Ierusalem (Iherusalem) cf. Hierosolyma
Igołomia opp. 315
Ilkussiensis distr. 382
Insula S. Mariae cf. S. Mariae Insula
Internum Mare 348
Iokul opp. cf. Üxküll
Irlandia 312
Israel 348
Israeliti cf. Iudaei
Istria 387
Itali 324, 331
Italia 57, 59, 67, 70, 74, 96, 103, 119, 234, 255, 256, 270, 320, 321, 331, 334, 355
Iudaei (Israeliti) 225, 323
Iunivladislaviensis distr. 303, 381, 385
Iurkow v. cf. Jurków
Iyezewo v. cf. Jeżów

Jarocin distr. 391
Jarogniewice (Iarognyewy ?) v. in distr. Kościan 94, 330
Jarogniewice (Iarognyewy ?) v. in distr. Września 94, 330
Jaworek (Iaworek) v. 189, 360
Jerzmanowa v. 390
Jeżów (Iyezewo) v. 25, 305
Jurków (Iurkow) v. 222, 372

Kacice (Kaczicze) v., monasterium Cisterciensium 235, 245, 376
Kaczicze v. cf. Kacice
Kalcza fl. cf. Kałka
Kalisch opp. cf. Calisia
Kalisz opp. cf. Calisia
Kaliszkowice Mnisie (Rablawy, Raclavi, Racławy) v. 218, 370
Kalmius fl. 369
Kałka (Kalcza) fl. 216, 368, 369
Kamenczicze v. 54
Kamienna (Kamyona) fl. 119, 339
Kamienna v. cf. Wanchock opp.
Kamień opp. 375
Kamień v. ad Opole 374
Kampa v. cf. Zagórzyce
Kamyeniecz opp. 230
Kamyenyczenses 230
Kamyona fl. cf. Kamienna
Karakorum (Coroczora) opp. 142
Kargów (Karwow) v. 202, 364
Karsy (Carsco, Carssi, Karszko, Szarsko) v. 91, 92, 329
Karszko v. cf. Karsy
Karwów v. cf. Kargów
Kassubi 247
Katowice palat. 302, 304
Kayna opp. 309
Kazimierz opp. cf. Casimiriae
Kazimierz Biskupi (Kazimirz) opp. 277, 278, 392
Kazimiria cf. Casimiriae
Kazimirz opp. cf. Kazimierz Biskupi
Kelce opp. cf. Kielce
Kelcensis castellania 330
Kelcensis palat. 297, 302, 303, 314, 315, 335, 336, 339, 345, 373
Kelcze opp. cf. Kielce
Ketlic (Kÿetlicz) v. 100, 333
Kępa v. cf. Zagórzyce
Kielce (Kelce, Kelcze) opp. 94, 330
— eccl. 95, 258, 326, 378
Kije (Kygye) v. 25, 302
Kijovia (Kyow, Kÿow) castr., urbs 14, 42, 43, 55, 59, 65, 66, 74, 78, 85, 86, 90, 91, 95, 97, 118, 141, 158, 184, 197, 198, 209, 216, 229, 266, 306, 310, 320–322, 327, 329, 331, 339, 355, 359, 362, 369, 388
— arx 118, 198, 362
Kijovienses (Kyovienses) 66, 78, 85, 91, 118, 173, 185, 198
Kijoviensis ducatus 42, 43, 65, 66, 68, 78, 85, 86, 97, 118, 134, 184, 320, 331, 362
Kitzingen opp. 360
Klaźma arx, regio 384
Kleparz cf. Clepardia opp.
Kleszczewo Poznańskie v. 330
Klimontow (Climontow, Climyanthow) v. 284, 297, 394
Kliszewo v. cf. Kliszowo
Kliszowo (Cliszowo, Kliszewo) v. 210, 367
Klobuczko (Klobuczsko) opp. 25, 302
Klodawa v. cf. Clodava
Knin (Kunicz) opp. 140, 346
Kobielniki v. 390
Komorowo v. cf. Komorów
Komorów (Komorowo) v. 73, 323

Konary (Conari) v. 54, 110, 336
Konarzew (Conarowo) v. 218, 370
Konczisko v. 222
Konin distr. 304, 330, 367, 391, 392
Konin opp. 25, 210, 304, 305
Konya (Iconium) opp. 41, 310
Końskie (Conske) opp. 228, 373
Koprzywnica (Copriwnicia, Coprziwnica, Koprziwnicza) v. 138, 315, 345
Korczyn (Nova Civitas Korczin) opp. 245
Kosczan cf. Hostinné opp.
Kosczol v. cf. Kościelna Wieś
Kosczyelyecz v. cf. Kościelec
Kostrzyn opp. 330
Koszczelecz cf. Kościelec Kujawski
Koszuty suburbium opp. Środa 330
Koszuty Duże v. in distr. Słupca 330
Koszuty Małe v. in distr. Słupca 330
Koszuty Poduchowne v. in distr. Słupca 330
Kościan distr. 304, 305, 330
Kościelec (Kosczyelyecz, Kościelec Pińczowski) v. 257, 315, 384
Kościelec Kujawski (Koszczelecz) opp. 25, 303
Kościelna Wieś (Kosczol, Kościół) v. 210, 303, 367
Kościół v. cf. Kościelna Wieś
Kothlow opp. cf. Kotłów
Kotłów (Kothlow) opp. 25, 304
Kotowice (Kotthowicze) v. 189, 360
Kotthowicze v. cf. Kotowice
Kowal (Kowalye) opp. 226, 373
Kowalye opp. cf. Kowal
Kórnickie lacus 388
Krankowa v. cf. Krąków
Krąków (Crancowo, Krankowa) v. 210, 367
Krobia (Crobya, Sulkowa Krobya, Villa Fulconis) opp. 25, 263, 304, 305, 387
Krosno Odrzańskie (Crosna, Croszna, Kroszno) opp. 76, 281, 282, 394
Kroszno opp. cf. Krosno Odrzańskie
Krotoszyn distr. 370
Krowodrza (Crowodrza, Crowodra) v., suburbium Cracoviae 237, 377
Krzyszkowo opp. cf. Crisgove
Krzywin opp. 387
Krzywosądów (Crzivosandowo) v. 210, 367
Kujawy cf. Cuiavia
Kunicz cf. Knin opp.
Kutná Hora opp. 299
Kvrenczino v. cf. Curenczino
Kwidzyn (Qwyedzin) opp. 267, 268, 389
Kÿetlicz v. cf. Ketlic
Kygye cf. Kije
Kyovienses cf. Kijovienses
Kyow (Kÿow) cf. Kijovia urbs

Lacus cf. — Bnińskie lacus
— Kórnickie lacus
— Pipini lacus
Lancicia opp. 25, 121, 289, 290, 302
— eccl. 59, 308
Lanciciensis terra 201, 276, 389
Lanczino v. cf. Łączyn
Lanczno v. cf. Łęczno
Land opp. cf. Ląd
Lanka v. cf. Łąka
Laon (Laudunum) opp. 311
— eccl. cathedralis 45, 328
Laudunum opp. cf. Laon
Lavin cf. Lubin opp.
Ląd (Land) opp., monasterium Cisterciensium 33, 34, 307
Legnicza opp. 220, 371
Legniczensis terra 172
Lehnin v., monasterium Cisterciensium 271, 390
Leoninum Mare 41
Lepietnica fl. 389
Leśnica v. 394
Libertas Gotfridi v. cf. Gosprzydowa
Libertas Timonis v. cf. Tymowa
Limanowa distr. 390
Lina v. 271
Lipnica (Lipnicza) v. 189, 360
Lipnicza v. cf. Lipnica
Lipnik v. 390
Lisiec Duży (Lyszecz) v. 210, 367
Lisiec Mały (Lyszecz) v. 210, 367
Lithuani (Lithwani, Lythwani) 198, 202, 212, 224, 226, 293, 364, 372, 396
Lithwani cf. Lithuani
Livoni (Liwoni, Lywonicze) 148, 152, 198, 349
Livonia (Liwonia) 148, 152, 198, 293, 348
— Milites Christi, Ordo 293, 396
Livoniensis regio 362
Liwa fl. 389
Liwoni cf. Livoni
Liwonia cf. Livonia
Loděnic (Ludomicz) opp. 138, 339, 346
Lodensis distr. 335
Lodensis palat. 302, 305, 335, 336, 370, 394
Lodi castr. 321
Lodomeria cf. Haliciensis ducatus
Lombardi 73
Lombardia 75, 223, 324
Lotharingi 62
Lotharingia 99, 115, 319, 332
Lotharingia Superioris 319
Lovicensis castellania 396
Lovitia (Lowicz, Lowycz) castr., opp. 289, 290, 318, 396
Lowicz castr. cf. Lovitia
Lowycz opp. cf. Lovitia
Lubaviensis (Lubawiensis) terra 240, 257, 258, 379, 385
Lubawiensis terra cf. Lubaviensis
Lubcza v. 167
Lubens opp., monasterium Cisterciensium (Lubense) 56, 57, 102, 180, 203, 316, 333, 355, 365, 377

Lubin (Lavin) opp. 25, 304, 305
— Benedictinorum monasterium (Lubinense) 260, 301, 305, 346, 386
Lublin castr., opp. 193, 194
Lublinenses 200
Lublinensis ducatus 162, 191, 201, 270, 272, 274
Lublinensis terra 21, 52, 53, 86, 88, 192, 193, 269, 284, 364, 389
Lubucensis (Lubuczensis) dioec., eccl. 75, 167, 277, 278, 392
Lubucensis (Lubuczensis) terra 171, 219, 354
Lubusch castr., opp. 240, 285, 288, 395
Lubuszenses 219
Luca civitas 130, 140
Luceoria (Luczsko) opp. 43, 66, 68, 311, 321, 351
Luczsko opp. cf. Luceoria
Luczslauicze v. cf. Lusławice
Ludomicz opp. cf. Loděnic
Ludzimierz (Ludzimirz. Ludzimyrz) 270, 389, 390
Ludzimirz v. cf. Ludzimierz
Ludzimyrz v. cf. Ludzimierz
Lugdunum opp. 90
Lunyowo v. cf. Łoniów
Lusatia (Luszacia, Serbia, Sirbia) 24, 151, 159, 219, 301, 356, 381
Lusatia Inferior 332
Lusatia Superior 333
Lusławice (Luczslauicze) v. 222, 372
Luszacia cf. Lusatia
Lwówek distr. 360
Lypnicza v. in distr. Słupca? 94, 330
Lypnicza v. in distr. Szamotuły? 94, 330
Lyszakowo v. cf. Łysaków
Lyszecz v. cf. Lisiec Duży
— cf. Lisiec Mały
Lythwani cf. Lithuani
Lywonicze cf. Livoni

Łączyn (Lanczno, Lanczino) 12, 54, 297
Łąka (Lanka) v. 228, 374
Łekno v., monasterium Cisterciensium 307
Łęczno (Lanczno) v. 108, 336
Łoniów (Lunyowo) v. 54, 314
Łyna fl. 393
Łysaków (Lyszakowo, Lysszakowa) v. 12, 54, 297
Łysogóry m. 330

Macedonia 297, 300
Magdeburg (Maÿdburg) civitas 65, 320
— eccl. 288
Magna Novogradia opp., ducatus 310, 343, 362–364, 372, 373
Magno Sale cf. Wieliczka
Maguntia (Maguncia) urbs 172, 355
Maior Polonia cf. Polonia Maior
Malonne pp. 311
Malpadew fl. cf. Mała Panew
Mała Panew (Malpadew) fl. 214, 368
Małogoszcz castr. 327
Marburg on der Lahn (Marpurg) opp. 253
Marcinkowo (Marczinkowo) v. 249, 381
Marczinkowo v. cf. Marcinkowo
Mare cf. — Azowskie Mare
— Balticum Mare
— Internum Mare
— Leoninum Mare
— Marmara Mare
— Tirrenum Mare
S. Mariae Insula (Quidin) 389
Marmara Mare (Propontis, S. Georgii Bracchium) 146, 348
Marovicze v. cf. Osarovici
Marpurg opp. cf. Marburg an der Lahn
Masovia (Maszowia, Mazovia) 12, 21, 26, 30, 36, 43, 81, 91, 97, 118, 130–133, 139, 156, 158, 162, 175, 191, 194, 201, 223, 225, 226, 232, 235, 240–242, 246, 248, 250–252, 254, 255, 257, 258–260, 264, 266, 268, 270–274, 276–280, 283–287, 289–291, 306, 327, 329, 331, 339, 351, 356, 359, 361, 363, 375, 383–386, 392, 393, 396
Masovienses 242, 269, 306
Massilia urbs 259
Maszowia cf. Masovia
Maÿdburg opp. cf. Magdeburg
Mayn fl. 40
Mazovia cf. Masovia
Mediolanenses 59, 60, 67, 70, 71, 73, 319, 323
Mediolanum urbs 64, 67, 70, 74, 75, 321, 323, 324, 366
Meran 175, 181, 217, 261, 358, 386, 387
Merseburg opp. 319
Messina opp. 355
Mezbeze v. cf. Międzyborze
Mezboze v. cf. Międzyborze
Mianów (Myanow) v. 108, 335
Michowo v. cf. Mnichów
Miechovia (Mÿechow) opp. 72, 73, 89, 315, 323
— monasterium 137, 323
Miechoviensis distr. 315, 376
Mielec distr. 314
Mierzawa (Mirzewa) v. 54, 315
Międzyborze (Mezbeze, Mezboze) v. 251, 382
Międzychód distr. 330
Międzyrzecz distr. 390
Milejów (Mileow) v. 108, 335
Mileow v. cf. Milejów
Militis Christi cf. Fratres Dobrinenses
Milostowo v. cf. Miłostowo
Miłostowo (Milostowo) v. 94, 329
Minsk opp. 315
Mirzec v. 339
Mirzewa v. cf. Mierzawa
Mislakowo v. cf. Namysłaki
Misnia opp. 100, 333
Misznenses 62
Mnichów (Michowo) v. 54

Mogila v. cf. Mogiła
Mogilno opp. 257
— Benedictinorum monasterium 243, 257
Mogiła (Clara Tumba, Mogila) v., monasterium Cisterciensium 245, 255, 376, 380, 382
Monte Cassino, monasterium 349
in Montem v. cf. Góra Bałdrzychowska
Monyakouicze v. cf. Muniakowice
Moravi 46, 62, 138, 200
Moravia (Morawia) 18, 19, 21, 33, 114, 129, 132, 136, 138, 140, 147, 154, 159, 168, 180, 261, 265, 275, 280, 342, 346, 350, 354, 358, 386, 387
Morawia cf. Moravia
Morimundum (Alta Marna) monasterium Cisterciensium 12, 138, 297
Mossul urbs 309
Moszgawa fl. cf. Mozgawka
Mozgawa (Moszgawa) opp. 165, 170, 174, 183, 322, 352
Mozgawka (Moszgawa) fl. 162, 352
Mozyr opp. 310
Mschow opp. cf. Mstów
Msthów opp. cf. Mstów
Mstów (Mschow, Msthów) opp. 25, 255, 304, 384
Muniakowice (Monyakouicze) v. 235, 376
Murom arx, regio 384
Murzinow v. cf. Murzynno
Murzynno (Murzinow) v. 258, 385
Mutina urbs 255, 256, 344
Myanow v. cf. Mianów
Myechow opp. cf. Miechovia
Myedzwyedz v. cf. Niedźwiedź
Mylostwo v. 274
Myślenice distr. 380, 390

Nadzerzowo v. cf. Nędzerzew
Nakel castr., arx 275, 284, 381
Namysłaki (Misłakowo) v. 218, 370
Natangi 395
Naumburg civitas 333
Neapolis urbs 151, 171, 349
Ner fl. 335
Newemburg cf. Nowogród Bobrzański
Nędzerzew (Nadzerzowo) v. 210, 367
Niałek v. 375
Nida fl. 53, 352
Niedźwiedź (Myedzwyedz) v. 243, 245, 379, 380
Niemcza (Nyemcze, Nyempcz, Nÿempcze) castr. 39, 50, 67, 219, 309, 321
Nieszawa distr. 303
Nieszawa (Nyeschow) opp. 258, 385
Nigra Silva (Silua) 270
Niszensis terra 172
Nithcovi v. cf. Nithcowi
Nithcowi (Nithcovi, Vitcoviz?) v. 94, 329, 330
Nogat fl. 389, 393
Noricum provincia 344
Norvegia 316
Noteć (Nothesz) fl. 238, 378
Nothesz fl. cf. Noteć
Nouohrod castr. cf. Novogrod
Nova Civitas Korczin opp. cf. Korczyn
Novogrod (Nouohrod, Nowogrod Schewyorsky) opp. 55, 134, 328
Novogrodenses de Syewior 159
Nowa Huta (pars Cracoviae) 323
Nowe Slupsko opp. cf. Nowy Słupsk
Nowogrod Schewyorsky cf. Novogrod opp.
Nowogród Bobrzański (Numborg, Newemburg, Numberg) opp. 25, 304
Nowy Słupsk (Nowe Slupsko) opp. 211, 367
Nowy Targ (Novoforensis) distr. 389
Nowy Targ opp. 270, 389
Numberg (Numborg) cf. Nowogród Bobrzański
Nuremburg opp. 100
Nyemcze castr., cf. Niemcza
Nyempcz castr. cf. Niemcza
Nÿempcze castr, cf. Niemcza
Nyeschow opp. cf. Nieszawa
Nyeschowiensis terra 258
Nysa distr. 304
Nysae (Nyssza) opp. 25, 236, 304
Nyssza opp. cf. Nysae

Oberzekye v. cf. Objezierze
Obezerze v. cf. Objezierze
Objezierze (Oberzekye, Obezerze, Obyeszerze) v. 94, 274, 330
Oborniki distr. 330
Obyeszerze v. cf. Objezierze
Oddera fl. cf. Odra
Odra (Oddera) fl. 46, 62, 75, 102, 214, 319, 368
Oesel-Wiek regio 349
Ohlau opp. cf. Oławia
Oławia (Ohlau) opp. 304
Oliva (Olywa) opp., monasterium Cisterciensium 101, 115, 240, 271, 333, 337, 338, 378, 390
Olobok fl. 219
Olobok opp. cf. Ołobok
Olszowa v. 222
Olywa opp. cf. Oliva
Ołbin v. (nunc Vratislavia) 304
— monasterium Benedictinorum 302, 303
— monasterium Praemonstratensium 24, 25, 302, 303, 357, 367
Ołobok (Olobok) opp., monasterium Cisterciensium 203, 218, 370
Ondrogewo v. cf. Ondrogowo
Ondrogowo (Andrzejowo, Ondrogewo) v. 274, 391
Opatovia (Oppathow) opp. 25, 202, 277, 278, 303, 392
Opatoviensis distr. 303
Opava opp. 76
Opoczno distr. 302, 335
Opoczno opp. 382

Opole (Opol, Opolia) opp. 276, 368, 374
Opolia opp. cf. Opole
Opoliensis ducatus 367
Opoliensis palat. 304, 368, 392
Oppathow opp. cf. Opatovia
Oppothkouicze opp. cf. Zakliczyn
Orhai opp. cf. Edessa
Oriens 37, 39, 309
Orlow v. cf. Orłowo
Orłowo (Orlow) v. 258, 385
Osarovici (Marovicze) v. 54
Ossa fl. 77, 81, 258, 268, 326
Ostia (Hostia) opp. 140
Ostroviensis distr. 304
Ostrów Mazowiecki distr. 370
Ostrów Wielkopolski distr. 370
Ostrów Wielkopolski opp. 210, 367
Ostrzeszów distr. 370, 380
Osviecimiensis (Oswanczimensis) regio 118, 339
Oswanczimensis regio cf. Osviecimiensis

Pajęczno distr. 394
Pajęczno (Payaczno) opp. 25, 302
Palaestina 310
Palestrina urbs 347
Paleśnianka fl. 372
Pannoni cf. Hungari
Pannonia cf. Hungaria
Paradisus S. Mariae v. cf. Paradyż
Paradyż (Gosczikowo, Gościkowo, Paradisus S. Mariae) v., monasterium Cisterciensium 271, 390
Parisii urbs 255
Partegal v. cf. Partheinen
Partheninen (Partegal, Portegal) v., castr. 288, 293, 395
Pasturow (Rudno? in distr. Przysucha) v. 108, 336
Payaczno opp. cf. Pajęczno
Pereaslaw opp. cf. Perejaslavia
Perejaslavia (Pereaslaw) opp. 42, 43, 65, 66, 68, 91, 159, 201, 311
Perejaslavienses 65
Peresopnica (Przeszopnicza) castr. 320, 322
Persia 309
Perusia urbs 224, 255, 372
Pforta v. cf. Porta
Philistini 310, 323
Pictauia opp. cf. Pictavia
Pictavia (Pictauia, Poitiers) opp. 172, 205, 355
Pilcza fl. Pilica
Pilica (Pilcza) fl. 108, 335
Pilis monasterium Cisterciensium 218, 370
Pinczoviensis distr. 302, 315
Pinsk opp. 311
Pińczów opp. 302, 315
Piotrków Trybunalski distr. 335, 336
Piotrowice Wielkie opp. 330
Piotrowo (Pyotrowo) v. 210, 367
Piotrów (Pyotrow) v. 108, 335, 336
Pipini lacus 260, 386
Pisae urbs 145, 347
Pisani 145, 224
Pkanow v. cf. Ptkanów
Plocensis dioec., eccl., episcopatus 59, 91, 93, 120, 139, 167, 227, 239, 283, 286, 289, 290, 318, 396
Plocensis distr. 329
Plocensis terra 306
Ploczko opp. cf. Płock
Ploczsk opp. cf. Płock
Plodek opp. cf. Płock
Płock (Ploczko, Ploczsk, Plodek) castr., opp. 26, 67, 120, 139, 227, 235, 252, 254, 279, 286, 321, 382, 383, 391, 395
— monasterium Praedicatorum 271
Poddębie distr. 335
Pogesani cf. Prutheni
Pogorzelicza v. 274
Pogrzybów (Grzibowo) v. 218, 370
Poitiers opp. cf. Pictavia
Pokrzywnica fl. 304
Polencz v. 271
Polichta v. cf. Polichty
Polichty (Polichta) v. 222, 372
P⟨o⟩loczsko opp. cf. Polotia
Poloni 5, 11, 18, 24, 25, 32, 33, 36, 40, 41, 43–54, 56, 58, 60–66, 68–71, 73, 75–79, 81–85, 87, 88, 92, 93, 97–99, 101, 104, 107, 109, 116, 118, 120–122, 125, 128–130, 134–137, 139–141, 143–150, 152–155, 168–171, 173, 174, 192–199, 202, 204–210, 212–214, 217, 219, 226, 232, 235, 238–240, 243, 247–250, 257–259, 261, 272, 284, 287, 306, 308, 311, 316, 318, 319, 321, 324, 326, 340, 344, 345, 347, 354, 356, 361, 363–368, 372, 389, 392
Polonia (Poloniae Regnum, Polonicum Regnum) 5, 11–18, 20–23, 25, 27, 35, 36, 38, 40, 41, 44–46, 48–51, 53, 56, 60–65, 67–69, 72, 75–79, 81, 83, 84, 86, 93, 94, 96–100, 102, 106, 116, 120, 125, 127, 129, 135, 139, 141, 143, 145–147, 153, 154, 166, 168–171, 176, 177, 187, 193, 194, 201, 213, 229, 231, 233, 237–243, 245, 248, 249, 257, 258, 263, 264, 273, 274, 276, 277, 281, 288, 297, 298, 300, 303, 308–312, 316, 319, 320, 322, 325, 327, 331, 333, 334, 340, 344, 345, 347, 353, 354, 357–359, 361, 365, 366, 373-378, 381, 392, 394
Polonia Maior (Maior Polonia) 21, 26, 30, 33, 34, 49, 51, 56, 57, 62, 64, 69, 73, 77, 78, 80, 89, 94, 98, 99, 103, 113–118, 123, 125, 127, 129, 130, 132, 133, 139, 140, 149, 151, 152, 157, 160–166, 174, 175, 178–181, 200, 210, 220, 221, 230, 238, 243–245, 247, 248, 250, 254, 259, 260, 262, 264, 265, 270, 273–275, 277, 279,

281–284, 288, 306, 337, 356, 358, 359, 363, 371, 377, 381, 386, 387, 388, 394
Polonia Minor 345
Poloniae orae 192
Poloniae (Polonorum) terrae (regiones) 177, 212, 227, 235, 239, 248, 356
Polotia (P⟨o⟩loczsko) opp. 224
Polotiensis ducatus 372
Polowczones (Polowczy) 5, 55, 65, 66, 90, 95, 134, 159, 173, 184, 185, 197, 205–209, 215, 216, 230, 330, 343, 351, 352, 355, 359, 362
Polowczonum terra 215
Polowczy cf. Polowczones
Polye v. 218
Pomerani 114, 116, 118, 123, 211, 235, 247–249, 319
Pomerania 51, 57, 62, 64, 69, 89, 94, 98, 99, 101, 113–115, 117, 125, 161, 201, 210–212, 238, 243, 247–250, 253, 254, 257, 260, 264, 265, 268, 275, 280, 283, 284, 287, 317, 326, 337, 352, 367, 378, 384, 388, 393, 394
Pomerania Gedanensis cf. Pomerania Superioris
Pomerania Inferioris 247, 338
Pomerania Orientalis 335
Pomerania „Slupsko“ 117
Pomerania Stetinensis 338
Pomerania Superioris (Gedanensis) 247, 337, 338, 341, 350, 367, 395
Pomezania 271
Ponticum mare cf. Pontus Euxinus
Pontus Euxinus (Ponticum mare) 117, 357
Poros'je (Porszy) 66, 321
Porszy cf. Poros'je
Porta (Pforta) v. 102, 333
Portegal castr. cf. Partheinen
Posnania cf. Śródka, veterrima pars Posnaniae
Posnania (Poznania) urbs 12, 26, 35, 49, 51, 57, 88, 94, 149, 163, 183, 200, 213, 244, 245, 262, 265, 273, 284, 330, 363, 380, 387, 388, 394
— castr. 26, 27, 61, 306
— eccl. et dioec. 42, 48, 49, 57, 69, 73, 103, 107, 114, 140, 166, 167, 210, 262–264, 274, 283, 284
— Fratres S. Johannis (Joannitae) 94, 329
— monasterium Praedicatorum 262, 387
Posnaniensis distr. 63, 88, 303, 319, 370, 388
Posnaniensis ducatus 260
Posnaniensis palat. 304, 305, 307, 319, 330, 336, 367, 370, 380, 388, 391, 392
Poszna v. cf. Pozna
Potok v. cf. Potok Mały
Potok Jemielnicki fl. 368
Potok Mały (Potok) v. 12, 54, 297
Potok Wielki v. 314
Pozna (Poszna) v. 222, 372
Poznachowice (Poznanovicze) v. 270, 390
Poznania urbs cf. Posnania
Poznanovicze v. cf. Poznachowice
Praga urbs 13, 19, 116, 119, 129, 132, 147, 151, 155, 167, 192, 257, 279, 333, 339, 350, 353
Pragensis eccl. 253, 257
Prandnik fl. cf. Prądnik
Prandnyk v. cf. Prądnik Czerwony
Prandnyk Parvus v. cf. Prądnik Czerwony
Prandocin (Prandoczin) opp. 235, 272, 273, 277, 376, 377
Prandoczin v. cf. Prandocin
Prądnik (Prandnik) fl. 251, 382, 393
Prądnik Czerwony (Prandnyk, Prandnyk Parvus) v. 236, 237, 377
Pregoła fl. 395
Premislia (Przemisl) castr., opp. 54, 141
Premisliensis provincia 118
Prichow v. cf. Przychowa
Přimda (Przemunda) castr. 42, 310
Pristinum Burgum opp. cf. Castelvetro
Propontis cf. Marmara Mare
Proschowicze opp. cf. Proszowice
Prosna fl. 359, 370
Proszoviensis distr. 315, 377, 383
Proszowice (Proschowicze) opp. 257, 377, 384
Protholcze („protolczi“) 215, 369
Prussia 5, 76, 77, 81–83, 87, 152, 153, 264, 268, 280, 288, 325, 375, 385, 393
Prutheni (Prussi) 76–84, 88, 92, 152, 153, 226, 227, 232, 235, 240, 241, 257–260, 264, 267, 268, 271, 288, 293, 325, 326, 349, 350, 361, 373, 385, 386, 389–391, 393, 395
Pruthenica terra 227, 258, 268, 280, 393
Przecopa v. cf. Przykop
Przegina v. cf. Przeginia
Przeginia (Przegina) v., castr. 281, 382, 393
Przekopa v. cf. Przykop
Przemisl opp. cf. Premislia
Przemunda castr. cf. Přimda
Przeszopnicza castr. cf. Peresopnica
Przewyczlanye cf. Przęsław v.
Przęsław (Przewyezlanye) v. 54, 314
Przychowa (Prichow) v. 263, 387
Przykop (Przecopa, Przekopa) v. 54, 314
Przysucha distr. 336
Ptkanów (Pkanow) v. 25, 303
Puczniów (Pvczonow) v. 108, 333
Putywl arx 345
Pvczonow v. cf. Puczniów
Pyenyaszkowo v. 219
Pyotrow v. cf. Piotrów
Pyotrowo v. cf. Piotrowo

Pyzdry opp., castr. 265

Quidin insula cf. S. Mariae Insula
Qwyendzin opp. cf. Kwidzyn

Rablawy v. cf. Kaliszkowice Mnisie
Rachowo v. cf. Raków [sic
Raclavi v. cf. Kaliszkowice Mnisie
Racławy v. cf. Kaliszkowice Mnisie
Radomsko distr. 302
Radzin castr. 264, 268
Radziwie, suburbium Plocense 395
Rakoschino v. cf. Rakoszyn
Rakoszyn (Rakoszyno, Rakoschino) v. 12, 54, 297
Rakoszyno v. cf. Rakoszyn
Raków (Rachowo) v. 12, 54, 297
Rambino v. cf. Rąbin
Rambyesszicze v. cf. Rembieszyce
Rathiboria opp. cf. Ratiboria
Ratiboria (Rathiboria) opp. 35, 76, 113, 118, 254, 259, 260, 307, 339, 384
Ratisbona urbs 322
Rąbiń (Rambino) v. 25, 304
Reate opp. cf. Rieti
Regensburg opp. 309
Reims (Remi) opp. 37, 43, 308, 311
Rembieszyce (Rambyesszicze) v. 54, 314
Remi opp. cf. Reims
Reszan opp. cf. Riazan
Reszani (Rzeszani) 203, 253
Reszeł distr. 329
Reszin (in Prussia) 264
Rhenus fl. 34
Riazan (Reszam) opp., ducatus 55, 134, 203, 343, 344, 362, 365, 383
Riazanensis (Reszanska) terra 253
Ribniky v. cf. Rybnik
Rieti (Reate) opp. 267, 389
Rieti provincia 308
Riga opp. 152, 198, 348, 349, 362
Rigensis eccl. 152, 198, 349
Rinenses 62
Roccotinice v. cf. Rososznica
Rocotinicze v. cf. Rososznica
Rogow castr. cf. Rogów
Rogoźnik fl. 389
Rogów (Rogow) castr. 258, 260, 264, 385, 386
Roma (Urbs) 26, 33, 36, 37, 50, 55, 57, 58, 74, 122, 130, 135, 140, 148, 151, 171, 205, 223, 225, 228, 229, 231, 232, 246, 255, 261, 292, 307, 308, 313, 316, 317, 320, 322, 349, 369, 375, 377, 381, 384
— eccl. (Basilica Vaticana) s. Petri 55, 171, 205, 232, 322
— eccl. Lateranensis 26, 33, 36, 151, 222, 224, 305, 307, 308, 316
— Palatinus (Mons Palatinus, „in Palatio") 307, 308
— Romana Ecclesia 37, 50, 168, 205
— Sedes Apostolica 202, 217, 231, 256, 291, 305, 316, 334, 347, 353, 375, 378, 382, 388, 393
Romani 21, 33, 34, 37–41, 44, 46, 48, 50–52, 57, 58, 62, 70, 95, 130, 140, 146, 168, 216, 230, 232, 233, 253, 288, 313, 317, 348, 355, 369, 386
Rososznica (villa Alberti, Roccotinice, Rocotinicze, Rozotmicze) v. 189, 360
Rososzyca (Roszeyowo) v. 210, 367
Rostovienses (Rostowczi) 55, 90, 134
Rostow opp. castr. 134, 253
Rostowczi cf. Rostovienses
Roszeyowo v. cf. Rososzyca
Rozegroch v. 239, 378
Rozotmicze v. cf. Rososznica
Ruda 25, 302
Rudensis terra 243, 367
Rudno (Pasturow?) 336
Ruffa Ecclesia cf. Czerwona Wieś
Ruffa Ecclesia cf. Studnicza (in Silesiam)
Rugi 319
Rugia 99, 333
ar-Ruha cf. Edessa
Rumpella cf. Cracovia, eccl. s. Michaelis Archangeli in Rupella
Rusca v. 330
Russi cf. Rutheni
Russia 5, 33, 41, 43, 49, 55, 68, 69, 90, 95, 118, 127, 129, 136, 137, 141, 143, 148–151, 158, 159, 164, 169, 170, 174, 177, 192, 193, 197–200, 204–206, 209, 212, 215, 229, 231, 267, 299–301, 307, 309, 310, 315, 317, 327, 328, 342, 345, 348, 351, 354, 357, 361, 365, 366, 368, 369, 372, 374, 377, 380, 388, 389, 392, 394
Russia meridionalis 369
Russiae orae 162
Russiae (Russorum, Ruthenorum) terrae (regiones) 147, 154, 202, 212, 213, 215, 216, 224, 252
Rutheni (Russi) 5, 18, 26, 27, 31–33, 35, 38, 95, 115, 128, 129, 136, 137, 140, 144, 150, 161, 168, 170, 173, 174, 192–199, 201, 202, 204-208, 212, 213, 215, 216, 224, 232, 234, 306, 349, 361, 362, 364, 368–370, 372
Ruthenorum regiones cf. Russiae terrae
Rybnik (Rybniky) v., monasterium Praemonstratensium 213, 214, 276, 368, 392
Rylsko opp. 352
Rzeszani cf Reszani
Rzeszanska terra cf. Riazanensis terra

Saburra 316
Sadlno (Sudilno) v. 189, 360
Sagosce cf. Zagost
Salef fl. 348
Salikov v. cf. Szalkovicze
Salkowitz v. cf. Szalkovicze
Samborzec v. 345
Samoczirnska v. 94

— cf. Rusca v.
— cf. Sannici v.
San fl. 54, 315
Sandomiria opp. 12, 26, 87, 89, 98, 112, 175, 177–179, 194, 196, 197, 200, 201, 255, 266, 269, 279, 280, 284, 327, 336, 380, 392
— monasterium Praedicatorum 245, 246, 380
Sandomirienses 164, 186, 200, 266, 269, 306
Sandomiriensis distr. 314, 315, 345
Sandomiriensis ducatus 162, 191, 255, 270, 272, 274, 277, 278
Sandomiriensis terra (provincia) 21, 26, 30, 52, 53, 86–88, 120, 184, 185, 192, 194, 201, 267–269, 272, 278, 280, 284, 306, 339, 389, 392
Sandowice v. cf. Wrocieryż
Sannici v. 330
Sanok fl. 315
Santhok castr. 287, 395
Saraceni (Sarraceni) 37, 53, 230, 309, 310
Sardinia 361
Sarraceni cf. Saraceni
Savona v. 360
Saxones 62, 287
Saxonia 62, 75, 99, 115, 154, 172, 321, 333, 350, 370
Scampiz v. cf. Skąpe
Scarbimiria opp. 272, 273, 277
Scepusiensis terra 350
Schirzicz v. cf. Szczyrzyc
Schow opp. Czchow
Schrandin castr. cf. Schrangenberg
Schrangenberg (Schrandin, Schrando castr.) v., castr. 288, 293, 395
Scopha arx cf. Stophe
Scrandonis Mons 395
Sczepanow v. cf. Szczepanów
Sedes Apostolica cf. Roma
Segna opp. 354
Semlin castr. cf. Zimony
Senae urbs 68
Serbia cf. Lusatia
Serborum terra 301
Seret (Şrt', Sereth) fl. 58, 318
Sicilia (Regnum Sicilie) 151, 171, 172, 216, 232–234, 348, 361, 369
Sieciechów (Szyeczyechow castr., Syeczyechou) castr., monasterium Benedictinorum 266–268, 389
Sievieriensis regio 339
Siewierz (Szyewyor) opp. in distr. Zawiercie 25, 302
Silesia (Slesia, Slesiaticus principatus, Slesziana regio, Slezia, Slezitica terra, Zlesie) 13, 35, 44, 75, 76, 87, 88, 98, 117, 163, 189, 219, 232, 241, 242, 247, 249–252, 254, 261, 265, 269, 272, 274–279, 281, 282, 284, 288, 298, 303, 304, 307, 316, 321, 325, 327, 338, 339, 354, 355, 357–360, 363, 365, 368, 371, 379, 386–388, 392, 393
Silesia Inferior 371
Sincimis v. cf. Sinczinicze
Sinczimitz v. cf. Sinczinicze
Sinczinicze (Cincimiz, Sincimis, Sinczimitz) v. 115, 338
Siradia opp. 385
Siradiensis distr. 336
Siradiensis terra 201, 389
Sirbia cf. Lusatia
Sirgunia fl. 389
Skala v. cf. Skała
Skala castr. 116
Skała (Skala) opp. 251, 281, 382, 393
Skaryszów (Skarzeszow) opp. 392
Skarzeszow opp. cf. Skaryszów
Skarżysko opp. 339
Skąpe (Scampiz, Skąpice, Stampin) v. 108, 336
Skąpice v. cf. Skąpe
Skorzynice (Hartlibi villa, Hartlipdorff) 189, 360
Skothniky v. 54
Skowrodno v. cf. — Skowronno Duże
— Skowronno Małe
Skowronno Duże (Skowrodno) v. 54, 315
Skowronno Małe (Skowrodno) v. 54, 315
Skrzin cf. Skrzyńsko
Skrzynno castr. 25, 302, 327, 336
Skrzyńsko (Skrzin) opp. 21, 25, 302
Slavi Occidentales 301, 309, 386
Slesia cf. Silesia
Slesiaticus principatus cf. Silesia
Slesziana regio cf. Silesia
Slezia cf. Silesia
Slezitica terra cf. Silesia
Slona v. 222
Slumniky opp. cf. Słomniki
Slupensis castellania cf. Stolpensis castellania
Sławno distr. 330
Sławno opp. 338
Słomniki (Slumniky, Szłomniki, Szłumniki) opp. 235, 376
Słupca distr. 307, 330
Słupia opp. 330
Smolensk (Smolensko, Szmolnensi opp., Szmolensko) opp. 65, 66, 86, 97
Smolescenses (Szmolnenses) 230
Smolescensis ducatus 362, 372
Smolescensis terra 256, 384
Sneyn opp. cf. Znin
Snowsk ducatus 359
Sobótka opp. 303
Sola fl. 102
Spira urbs 13, 298, 309
Spithkowicze v. cf. Spytkowice
Spoleto opp. 58, 317
Spytkowice (Spithkowicze) v. 251–252, 382
Srt' fl. cf. Seret
Srzem opp. cf. Śrem
Srzoda opp. cf. Środa
Srzodka cf. Śródka
Stagnum Hab cf. Zalew Wiślany
Stampin v. cf. Skąpe

Standow v. cf. Thanyow
Staniątki v. 315
Stanowe (Estimnoho) v. 115, 338
Starchow v. cf. Sterczow
Starkowa Huta v. 338
Starogród opp. 386
Stary Sącz opp. 394
Stauf cf. Stophe
Staw Duży (Staw) v. 219, 370
Sterczow (Starchow, Sterkow) v. 115, 338
Sterkow v. cf. Sterczow
Stibor castr. 108, 336
Stiria 386
Stobnica opp. cf. Stopnica
Stoczek parochia 330
Stodorani 301
Stolpe opp. 338, 341
Stolpensis (Slupensis) castellania 125, 338,
Stolpensis ducatus 338
Stolpensis terra 125, 341
Stophe (Scopha, Stoyphe, Stuf, Stufe) arx 52, 313
Stopnica (Stobnica) opp. 364
— collegiata 300
Stoyphe cf. Stophe
Strankawa (villa Cuntzonis) v. 189, 360
Strictum cf. Hellespontus
Strzelce Opolskie distr. 392
Strzelcze v. in distr. Opoczno 108
Strzelno opp., 25, 302
Studnicza (Ruffa Ecclesia) 220
Stufe cf. Stophe
Suchdol cf. Suchodol
Suchodol (Suchdol) opp. 193, 361
Sudilno v. cf. Sadlno
Sudowic v. cf. Wrocieryż
Suevi (Swewi) 62, 313
Suevia (Swevia) 146, 172, 205, 253, 313, 348, 355, 361, 366
Sula fl. 159
Suleyow (Suleioviense oppidulum, Sulÿeow) opp. 108, 335, 336
— monasterium Cisterciensium 335
Sulikow v. cf. Szalkovicze
Sulkowa Krobÿa opp. cf. Krobia
Sulÿeow opp. cf. Suleyow
Sulzbach opp. 355
Sur urbs cf. Tirus
Susz distr. 329
Suzdal (Szuszdal) opp., arx, ducatus 55, 90, 97, 316, 345, 362, 363, 383
Suzdalensis terra 253
Swece cf. Świecie
Swevia cf. Suevia
Swewi cf. Suevi
Swyerzinÿecz cf. Zwierzyniec, suburbium Crac.
Syeczyechou castr. cf. Sieciechów
Szalkovicze (Salikov, Salkowitz, Sulikow) v. 115, 337
Szamotuły distr. 330, 367
Szarsko v. cf. Karsky
Szawle opp. 396
Szczepanów (Sczepanow) v. 108, 335, 336
Szczyrzyc (Schirzicz) v., monasterium Cisterciensium 270, 389, 390
Szdanovicze v. cf. Zdanowice
Szłomniki opp. cf. Słomniki
Szłumniki opp. cf. Słomniki
Szmolensko opp. cf. Smolensk
Szpetal v., monasterium Cisterciensium 372
Szuszdal cf. Suzdal
Szuszdali (Szuszdalczi) 55, 253
Szwyerzinyecz cf. Zwierzyniec
Szydłów distr. 303
Szyeczyechow castr. cf. Sieciechów
Szyewyor cf. Siewierz

Śrem (Srzem) castr., opp. 265, 274, 275, 388
Śrem distr. 388
Środa (Srzoda) opp. 171, 259, 260, 265, 330, 363, 386
Środa (Sredensis) distr. 305, 330, 360
Śródka (Srzodka), veterrima pars Posnaniae 262, 387
Świecie (Swece) arx 368
Tarnoviensis distr. 372
Tarnow (Tarnowe, Tharnowienses silvae) 220, 371
Tarszawa (Tharschawa) v. 12, 54, 297
Tartari (Thartari) 5, 142, 213, 215, 216, 253, 256, 292, 340, 346, 347, 369, 384
Terdona opp. cf. Tortona
Terra Sancta 37, 38, 40–42, 44, 52, 53, 72, 115, 127, 144–147, 153, 222–224, 230, 240, 274, 308–310, 313, 347, 348, 374
Tersona cf. Chersones
Teutonicorum Ordo (Beate Mariae Theutonicorum Ordo) cf. Cruciferi
Thandow v. cf. Thanyow
Thanyow (Thandow, Standow) v. 108, 336
Tharschawa cf. Tarszawa
Thartari cf. Tartari
Theutonia cf. Germania
Theutunici cf. Germani
Thikadlowo v. cf. Tykadłów
Thincza v. cf. Tinecia
Thinyecz v. cf. Tinecia
Thorczsk arx cf. Torczesk
Thorun opp. cf. Torunium
Thuringia (Turingia) 217, 253, 328, 358, 370, 379, 386, 391
Thworkowa v. cf. Tworkowa Wola
Thymowa v. cf. Tymowa
Tiber fl. 58
Tibur urbs cf. Tivoli
Tinecia (Thincza, Tynecz) v. ad orientem a Calisia urbe 303
Tinecia (Thinyecz) v. in Silesia 25, 303
Tirrenum Mare 119
Tirus (Sur) urbs 146, 147, 348
Tivoli (Tibur) opp. 55, 308, 316
Tomisławice (Domczelan?) v. 108, 336
Torczesk (Torczsko, Thorczsk) arx 209, 229, 367
Torczsko arx cf. Torczesk
Toropec arx, ducatus 363, 372

Tortona (Terdona) opp. 58, 317
Torunium (Thorun) opp. 260, 264, 385, 386
— Fratres Minores Conventuales 288, 395
Toscania cf. Tuscia
Transiluanensis regio cf. Transsilvanensis regio
Transsilvanensis regio (Transiluanensis regio) 78
Trapezus 357
Trebnica (Trebnicz, Trzebanyczsz, Trzebnicz, Trzebniczense oppidum) opp. 189, 360
— monasterium Cisterciensium 190, 220, 266, 279, 281, 282, 359, 388, 394
Trebnicensis distr. 360
Trebnicz cf. Trebnica
Tripolis urbs 147, 348
Tropiszów (Tropiszow) v. 54, 315
Trubczewsk arx 352
Trzebanyczsz cf. Trebnica
Trzemesznense monasterium 247, 381
Tuchola distr. 391
Tulce (Tulcze) v. 25, 305
Tulcze v. cf. Tulce
Tuluza regio 222, 372
Tumska insula cf. Vratislavia, Ostrów Tumski
Turcae (Turci, Teuci) 44, 309
Turcia 348
Turek distr. 336, 367
Turingia cf. Thuringia
Turones (Tours, Caesarodunum) urbs 103, 334
Turovia (Turow) opp. 14, 66, 311
Turow opp. cf. Turovia
Tusci 73
Tuscia (Toscania) 75, 224, 324, 355
Tusculanum cf. Tusculum
Tusculum (Tusculanum) 122, 123
Tvczmandorff v. cf. Zbylutów
Tworkowa Wola (Thworkowa) v. 222, 371
Tykadłów (Thikadlowo) v. 218, 370
Tymowa (Libertas Timonis, Thymowa, Volya Timonis) v. 222, 371
Tynecz v. cf. Tinecia

Ujazd (Vgyasd) v. 54, 315
Ujście (Uszcze, Uście, Vszcze, Vsczye) castr., opp. 238, 244, 275, 284, 378
Ulm opp. 103, 334
Urhai urbs cf. Edessa
Uszcze arx cf. Ujście
Uszwica fl. 371
Uście arx cf. Ujście
Üxküll (Iokul, Yekeskule) castr., opp., 148, 348, 349

Valachia (Walachia) 41, 310
Varadino urbs 273, 391
Varminii 395
Vaticana Basilica cf. Roma
Veneti 103, 177, 334, 357
Venetiae urbs 103, 223, 334
Verd 261
Verona urbs 57, 140, 317, 343, 345, 346
Veronenses 317
Veszinburk opp. cf. Weissenburg
Vetaw cf. Bietow
Vetus Mons cf. Altenberg opp.
Vgyasd v. cf. Ujazd
Vgyaszd v. ad Zakliczyn oppidum 222
Vielunensis distr. 302, 370
Vienna urbs 261
Vieste opp. 334
Vigonowo v. (nunc suburbium Posnaniae) 94
Villa Fulkonis cf. Krobia
Vilna castr. 267
Visla fl. cf. Vistula
Vislicia (Wislicia) opp. 181, 184, 327, 358
Vislicienses 269
Visliciensis terra 269
Visna (Wizna) castr. 91, 329
Visnensis castellania 329
Vissegradiensis arx 339
Vistula (Visla, Wisla, Wrola) fl. 153, 194–196, 245, 253, 258–260, 264, 266, 286, 339, 361, 368, 385, 386, 393
Vitcoviz v. cf. Nithcowi
Viterbo urbs 37, 308
Vithow v. cf. Witów
Vitknilinbach cf. Witilisbach
Vladimiria (Wladimiria) castr., opp. 68, 74, 86, 91, 149, 196, 201, 324, 327, 351
Vladimiriensis arx 201, 383
Vladimiriensis provincia 118
Vladimiriensis (Wladimiriensis) terra 134
Vladislavia (Wladislauia) opp. 58
Vladislaviensis dioec., eccl. 69, 90, 116, 148, 167, 191, 223, 290, 291, 318, 396
Vnyeoviensis eccl. 57
Vogilsang (Avium Cantus, Vogilsank) arx 259, 264
Volhynia 322
Volhyniensis principatus 311
Volya Timonis v. cf. Tymowa
Vormatia (Wormatia) urbs 309, 355
Vratislavia (Wrathislauia) urbs 24, 25, 50, 76, 189, 250, 269, 276, 279, 286, 301–303, 360, 367
— in Arena (cenobium canonicorum regularium in Arena) 303, 304
— Fratres Minores Conventuales 292, 396
— Ołbin, cf. Ołbin v.
— Ostrów Tumski (insula Tumska) 303
Vratislaviensis dioec., eccl. 16, 20, 37, 45, 56, 75, 90, 167, 172, 180, 218, 263, 311, 328
Vratislaviensis (Wratislawiensis) ducatus 16, 117, 172, 180, 219, 338
Vratislaviensis palat. 360, 377, 387, 391

Vratislaviensis terra 63
Vsczye castr. cf. Ujście
Vszcze castr. cf. Ujście
Vysoka (Wiszoka) m. 19, 299
Vysoka, vicus 299

Wadowice distr. 382
Walachia cf. Valachia
Wanchock (Kamienna v., Wanchoczsko, Wielka Wieś) opp., monasterium Cisterciensium 119, 339
Wanchoczsko v. cf. Wanchock
Wangrowyecz opp. cf. Wągrowiec
Wartberg 348, 349, 362, 365
Wartha fl. 32, 34, 307
Wawrzinczicze v. 255
Wągrowiec (Wangrowyecz) opp., monasterium Cisterciensium 33, 34, 307
Wąska fl. 393
Weglowo v. cf. Węgleniec
Weissenburg (Veszinburk) opp. 249
Wetaw cf. Bietow
Węgleniec (Weglowo) v. 54
Wiaticze (Wyeticze) 86, 327
Wieliczka (Wyeliczka,Magno Sale) opp. 237, 377
Wielka Wieś cf. Wanchock
Wielkie (Wyelike, Wyelkye) v. 94, 274, 330
Wielkie Księstwo Poznańskie 304
Wieruszów distr. 370
Wiganovo v. 274
Winari v. cf. Winiary
Winiary (Winari) v. 245, 380
Wischegrad castr., eccl. 13
Wisla fl. cf. Vistula
Wislicia opp. cf. Vislicia
Wiszehrod opp. cf. Wyszogród
Wiszoka m. cf. Vysoka
Wiśniowa v. 390
Witilisbach (Vitknilinbach) arx 205, 366
Witów (Vithow) opp., monasterium Praemonstratensium 120, 340
Wizna castr. cf. Visna
Wladimiria castr. cf. Vladimiria
Wladimiriensis provincia (regio) cf. Vladimiriensis provincia
Wleń (Wlen) castr. 67, 321
Wlodimirczi 90
Wolffenbüttel opp. 396
Wołów distr. 387
Wormatia cf. Vormatia urbs
Wrathislauia urbs cf. Vratislavia
Wrocieryż (Sandowice, Sudowic, Wroczirzisz) v. 251, 382
Wroczirzisz v. cf. Wrocieryż
Wrola fl. cf. Vistula
Wroniec (Wroniniec Mały) v. 237, 377
Wronin (Wronin Duży) v. 237, 377
Wronin Duży v. cf. Wronin
Wroniniec Mały v. cf. Wroniec
Wroszlye v. 218
Września distr. 330, 388
Wyeliczka opp. cf. Wieliczka
Wyelike v. cf. Wielkie
Wyelkye v. cf. Wielkie
Wyerczicow (Werczicziow) v. 25, 302
Wyeticze cf. Wiaticze
Wyrzchvczino v. 274
Wyszogród (Wiszehrod) opp. 66
Wyżgorod opp., arx 311, 328, 362

Yekeskule opp. cf. Üxküll

Zabierzów v. 324
Zagorzicze v. cf. Zagórzyce Dworskie
Zagost (Sagosce, Zagosth, Zagoszcz) v., monasterium fratrum Joanitarum 53, 313, 314
Zagoszcz v. cf. Zagost
Zagórzyce (Campa, Kampa) v. 108, 335
Zagórzyce Dworskie (Zagorzicze) v. 72, 323
Zakliczyn (Oppothkouicze) opp. 222, 372
Zalesie opp. 362
Zalew Wiślany (Stagnum Hab) 280, 393
Zarczicze v. cf. Żarczyce
Zarnow v. cf. Żarnów
Zarzecze (Zerzicze) v. 315
Zauichost opp. cf. Zavichost
Zavichost (Zauichost, Zawichost) opp., monasterium 192, 194, 204, 269, 361, 362, 365
Zawiercie distr. 302
Zawodzie (nunc Calisia) 316
Ząbkowice Śląskie distr. 360, 377
Zbylutów (Tvczmandorff) v. 189, 360
Zdanowice (Szdanovicze) v. 54, 314
Zdanya v. cf. Zdonia
Zdeccze v. cf. Zerzicze
Zdonia (Zdanya) v. 222, 372
Zemplin castr. cf. Zimony
Zerzicze (Zdeccze, Zarzecze?, Żarzyce ?) v. 54, 315
Zidowo v. cf. Żydów
Zielona Góra palat. 304, 390
Zimony (Semlin, Zemplin) castr. 98, 332
Zlesie cf. Silesia
Zlothniky v. cf. Złotniki
Złotniki (Zlothniky) v. 54, 314
Złotoryja (Aureus Mons, Goldberg) opp. 220, 371
Zneina opp. cf. Żnin
Zuchilez v. cf. Zuchilyecz
Zuchilyecz (Zuchilez) v. 94, 330
Zwierzyniec (Szwyerzinyecz, Swyerzinyecz) suburbium Crac., monasterium monialium Praemonstratensium 25, 73, 243, 303, 323, 324

Żarczyce (Zarczicze, Żarczyce Duże, Żarczyce Małe) v. 54, 314, 315
Żarnów (Zarnow) v., castr. 25, 302, 327
Żnin distr. 381
Żnin (Zneina, Sneyn) opp. 42, 246, 247, 306,
Żydów (Zidowo) v. 218, 370

## LIBRO CONTINENTUR


Praefatio . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5

Abbreviationes . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 7

Liber quintus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 11

Liber sextus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 99

Commentarii . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 295

Indices . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 397

Index nominum personarum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 399

Index nominum geographicorum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 416


BIBLIOTEKA NARODOWA BN

15

*Państwowe Wydawnictwo Naukowe*

*Redaktor* Maria Skowronek

*Redaktor techniczny* Halina Urbańska

*

*Wydanie I, Nakład 910+90 egz.*
*Arkuszy wydawniczych 33,25; arkuszy drukarskich 27,25+2 wkł. kred.*
*Papier druk m./gł. kl III, 120 g, 82×104*
*Oddano do składania w kwietniu 1972 r. Podpisano do druku w październiku 1973 r.*
*Druk ukończono w listopadzie 1973 r.*
*Zam. nr. 413/72. B-7/1079. Cena zł 110.—*

*

*Drukarnia Narodowa*
*w Krakowie*